

6619, II, L, a

20. TK

CARNIOLIA ANTIQUA ET NOVA.

ANTIQUA

JAPYDICA, HYPERBOREA, CELTICA, PANNONICA, NORICA,
ISTRICA, CARNICA, ROMANA, VANDALICA,
GOTTHICA, LANGOBARDICA, SLAVICA, AVARICA,
FRANCICA.

NOVA

GERMANICA, SLAVICA, FRANCICA, BAVARICA, AUSTRIACA.

SIVE

INCLYTI DUCATUS CARNIOLIAE ANNALES

SACRO. PROPHANI.

Ab orbe condito ad nostram usque ætatem
Per Annorum seriem Chronographice digesti

IN DUOS TOMOS.

Cum antiquorum Locorum, Urbium, Montium, Fluviorum, Populorum &c. designatione
Choro-graphica, ad illustranda vetera Historicorum monumenta in Apparatum conjecta.

Ex probatis plus centum Authorebus & plurimis MSS. Cartophylacijs
ACCURATE COLLECTI.

TOMUS I.

A MUNDO CONDITO AD ANNUM CHRISTI MILLESIMUM.
AUTORE

JOANNE LUDOVICO SCHÖNLEBEN,
Carniolo Labacensi SS. Theologiæ Doctore, Protonotario Apostolico.



LABACI, Sumpt. & Typis JOANN. BAPTISTÆ MAYR,
Typographi & Bibliopolæ.

Anno Christi M. DC. LXXXI. Amonæ seu Labaci Conditæ MM. DCCCC. IV.

(N \pm .03000 68.39)

DEDICATORIA

CELSISSIMIS PRINCIPIBUS,

Reverendissimis, Excellentissimis, Illustrissimis,
Perillustribus, Generosis, Magnificis, Nobilibus,
Strenuis, &c.

DD. DD.

INCLYTI DUCATUS CARNIOLIÆ PROCERIBUS,

DOMINIS DOMINIS GRATIOSISSIMIS.

 Dumbrata tenui Penicillo Patria *Lucem* captat,
dum *vestri* prensat *umbram* Patrocinij, *Cel-*
sissimi Principes, Illustrissimi Proceres, Pa-
triæ Patres. CARNIOLIA inquam ANTIQUA
& NOVA, quæ hactenus à condito mundo pluri-
marum gentium migrationibus, culturis, ruinis, per
adversos pariter ac prosperos fortunæ casus jactata, quasi in
umbra delituit, ferè Orbi ignota, quia nullius unquam ca-
lamo illustrata, nunc sub auspicio *vestro*, meo labore in
Lucem prodire gestit, ut innotescat. Nullam verò *Lu-*
cem ambitiosius anhelat, quam *vestram*, cùm Majorum
vestrorum vetustatem sanguinis, pro aris & focis certami-
na, illustria & heroica facinora educit in publicum. Extrema
est hæc Germaniæ pars ad meridiem, & parva quidem to-
tius partis, sed jam olim magnis, & memorandis inclaruit
mutationibus, quæ pluribus Tomis suppeditarent materi-
am, si maiores nostri calamos æquè tractassent, ac ferrum :
id quod vel ex hoc ipso synoptico Annalium volumine velut
ex ungue leonem agnoscent, qui legerint. Primus ego secu-
lorum omnium tenebris involutam evollo, & quantum meis
concessum est viribus, illustratam exhibeo. Majorem à pa-
trocinio *vestro Lucem* accipiet, si concessum illi fuerit
sub *umbra* nominis *vestri* conquiescere. Quid dico *um-*
bra? malè sentit de gloria patrocinii *vestri*, qui aliquid in eo

non irradiatum splendoribus meditatur. Nisi forte *um-
bram* faciat Aquila *vestra*, colore cælesti, & cæsareo redi-
mita Diademate, dum alas explicat. Sed hæc *umbra* tam illu-
stris est, ut quisquis sub ea refugium quæsierit, undique se vir-
tutum *vestrarum* radiis, & insignis beneficentiaæ clarita-
te, sentiat circumfusum. Primum igitur hoc Volumen An-
naliū, sub *vestro* patrocinio, *vestro* imperio scriptum Du-
cali *vestræ* Aquilæ pronus submitto, ut ejus favore latè per
orbem, si quid in eo *Lucis* nanciscitur obscura antiquitas,
ceu radiis solaribus diffundatur. Amica soli est aquila; explo-
rat genuinam prolem ad ejus splendores. Partus hic meus,
an potius *Vester*? Sanè labore meus, jure *Vester*, quia glo-
rias *vestras*, & Majorum *vestrorum* explicat; experimen-
tum non refudit, quia veritatis assertæ conscientiâ securus. U-
nicum restat, quod voveo, ut me unà cum labore meo, sub
umbram illustrissimam Aquilæ *vestræ*, ac gratiofissi-
mum patrocinium accurrentem, illis complectamini bene-
volentiaæ argumentis, quæ in alios gloriæ *vestræ* studiosos
dispertiri consuevistis. Gloriosè omnino profusum cenfebo
sudorem meum in hoc opere, & operam magnificè colloca-
tam, si æternum hoc voluntatis meæ addictissimæ, & duratu-
rum obsequii auctoramentum, *vobis* gratum esse perspexe-
ro. Vivetis in eo *Patriæ Patres*, vivent maiores *Vestri*,
vivent & seri nepotes, dum Majorum suorum fortiter gesta
relegent, & secuturam posteritatem ad æmulationem accen-
dent. Ego verò quos adhuc Superi concesserint dies, ita vi-
vam, ut gloriæ & immortalitati *Vestri* nominis, celebrandæ
si non par facultate, semper tamen sincerissimo affectu devo-
tus perseverem. Dabam Labaci Calendis Maij. Anno 1680.

Celsitudd. & Illuſtriss. DD. VV.

Submissimus Servus & Capellanus

Joannes Ludovicus Schönleben.

CENSURA.

Vissus à Celsissimo & Reverendissimo Domino Domino JOSEPHO, ex Comitibus de Rabatta, Principe Episcopo Labacense, &c. Legi ego infra scriptus Operis, cui Titulus, *Carniola Antiqua, & Nova: seu Incliti Ducatus Carniolae Annales Sacroprophani, &c.* Tomum Primum duas Partes complectentem à Reverendissimo Domino Joanne Ludovico Schönleben, Carniolo Labacense SS. Theologiæ Doctore, Protonotario Apostolico, compositum, & perlegi, nullo orthodoxæ fidei, vel bonorum morum offendiculo reperto, vt proinde prælo dignissimum censem : & præterea spondere ausim, Authorem hunc non tantum Patriæ debitum suum, quod ortu contraxit, ipsam ingenioso labore antiquitati, quæ se jam humanæ subtraxerat memoriæ, restituendo, solvisse ; verum etiam plurium adiacentium Regionum Incolas devinctorum sibi reddidisse ; cum in hoc vno opere, quod in plurimis Historicis, & Antiquarijs vel ipso quæ situ difficillimum fuit, lectu jucundissimum effecit. Ita Patriæ calamo renatæ aggratulando, ita Compatriotæ applaudendo censem. Labaci in Conventu D. V. Assumptæ 13. Octobris 1679.


Fr. Antonius Lazari, Ord. Min. Reg.
Obser. SS. Theologiæ Lector Generalis, & Consistor: Labacensis.

APPROBATIO.

Visâ per Nos Libri inscripti : *Carniola Antiqua & Nova, seu Incliti Ducatus Carniolæ Annales Sacreprophani, &c.* de Mandato Celsissimi & Reverendissimi Principis Episcopi Labacensis, &c. Per Admodum Reverendum Patrem Fr. Antonium Lazari, Ord. Min. Reg. Observ. SS. Theologiæ Lectorem Generalem, censurâ, vt hoc Authoris eruditissimi opus, ad singulare Patriæ nostræ decus & ornamentum in publicum edatur ; authoritate quâ fungimur ordinariâ, licentiam concedimus, & facultatem. In quorum fidem &c. Labaci ex Palatio Episcopali 19. Octob. 1676.



Franciscus Josephus Garzaroll à Garzarollshoffen,
SS. Theol: Doctor. Vicarius Generalis Labacensis, pro Celsissimo & Reverendissimo Princeps Ordinario Labacensi,



INDEX TITULORUM APPARATUS,

SEU

P A R T I S I.

Apparatus ad Annales Sacro-Prophanos.

C A P U T I.

| | | |
|---|--|----------|
|  | E Carniola Antiqua, ejus nominibus, incolis, limitibus, situ &c. | pag. 7. |
| | §. I. Celticæ notio, limites, populi &c. ejus pars Germania, Germaniæ Carnioliæ. | pag. 10. |
| | §. II. Limites & divisio Illyrici, ejus olim pars Carniola. | pag. 13. |
| | §. III. Pannoniæ etymon, divisio, limites, pars ejus olim pars Carnioliæ. | pag. 17. |
| | §. IV. Taurisciæ notio, limites, & an aliquando Carnioliæ portio? | pag. 20. |
| | §. V. Norici notio, limites, divisio, ejus pars olim pars Carnioliæ. | pag. 22. |
| | §. VI. Istriæ notio, limites, cuius pars hodie pars Carnioliæ. | pag. 27. |
| | §. VII. Japidiæ notio, limites, divisio, ejus situs in hodierna Carniola. | pag. 30. |
| | §. VIII. Carniæ antiquæ nomen, limites, divisio, ejus pars olim pars Japidiæ, & nunc Carnioliæ. | pag. 34. |
| | §. IX. Dalmatiæ antiquæ, & Liburniæ limites, & an pars Dalmatiæ aliquando pars hodiernæ Carnioliæ. | pag. 39. |
| | §. X. Brevis collectio præcedentium. | pag. 41. |

C A P U T II.

| | | |
|----------|---|----------|
| D | E Antiquæ pariter & novæ Carnioliæ Metropoli Æmona ejusque vero situ. Æmona Vindicata, sive Labaco Metropoli Carnioliæ vetus Æmonæ nomen jure assertum. | pag. 45. |
| | §. I. Æmonæ prima origo ex antiquis scriptoribus. | pag. 45. |
| | §. II. De nomine Æmonæ. | pag. 47. |
| | §. III. De vetustis Auctoriis, qui Æmonæ & Nauporti meminerunt. | pag. 48. |
| | §. IV. Æmonam veterem esse hodiernam Labacum solidis argumentis ostenditur. Argumenta ex antiquis Geographis. | pag. 51. |
| | §. V. Argumenta ex antiquis Historicis. | pag. 59. |
| | §. VI. Argumenta ex antiquis Itinerariis. | pag. 65. |
| | §. VII. Argumenta ex antiquis Inscriptionibus. | pag. 67. |
| | §. VIII. Argumenta ex sensu Recentiorum scriptorum. | pag. 69. |
| | §. IX. Dubiis secus sentientium obviatur. | pag. 73. |
| | §. X. Unde & quomodo Episcopi Civitatis Novæ in Istria, & quo jure assumpserint titulum Episcoporum Æmonensium. | pag. 77. |
| | §. XI. Qua occasione Æmona à Iasone condita. | pag. 83. |

C A P U T III.

| | | |
|----------|--|----------|
| D | E Antiquæ Carnioliæ Vrbibus, Oppidis, Coloniis, mansionibus, vicis &c. | pag. 86. |
| | §. I. Antiquæ Carnioliæ vrbes, Coloniæ, mansiones, vici, populi. Adranci, Alani, Ambifonti, Ambidravi, Ambilici, Amantini. | pag. 86. |
| | §. II. Lit. A. B. Arupium, Avendo, Bilbilis, Burnum. | pag. 88. |
| | §. III. Lit. C. E. F. L. Corrodunum, Coletiani, Corinnium, Edeatæ, Enona, Flanova, Fines, Latobici, Latovicorum Prætorium, Longatica mansio. | p. 90. |
| | §. IV. Lit. M. Magniana. Magnus vicus, Metulum, Monætium. | pag. 94. |
| | §. V. Lit. N. O. Nauportum colonia, ad Nonum, Novidunum. Ocra vrbs. | pag. 98. |
| | | S. VI. |

Index Titulorum.

| | | |
|----------|--|------------------------|
| §. VI. | Lit. P. Q. R. Ad Pirum. Posseni. ad Publicanos. Pucinum. Quadrata. Romula. | |
| §. VII. | Lit. S. Saloca. Segeste. Senia. ad Silanos. | pag. 101. |
| §. VIII. | Lit. T. V. Tarfatica, Tasinemetum, Tergeste, Terpo, Torgium, Turres, Vendum. | pag. 104. pag. 107. |

C A P U T IV.

| | | |
|----------|---|-----------|
| A | Ntiquæ Carnioliae, Montes, Fluvij lacus &c. | |
| §. I. | Lit. A. Alpes. | pag. 110. |
| §. II. | L. A. B. Albius mons, Alpius mons, Auraz lacus. Bollia flumen. | pag. 115. |
| §. III. | Lit. C. Carvanca mons, Carusadius mons, Colapis fluv. Corcoras fluv. p. 116. | |
| §. IV. | Lit. F. L. Frigidus fluvius, Lugea specus. | pag. 121. |
| §. V. | Lit. N. Nauportus fluvius. | pag. 124. |
| §. VI. | Lit. O. P. Ocra mons. Phlygadius mons. Picis mons. | pag. 131. |
| §. VII. | Lit. S. T. Savus fluvius, Sontius fluvius, Timavus fluvius. Tedanium flumen. Tullus mons. | pag. 134. |

C A P U T V.

| | | |
|----------|--|-----------|
| A | Ntiqua nomina locorum Carnioliae vicinorum. | |
| §. I. | Lit. A. B. Aguntum. Albici populi. Alicanum. Anamatia. Anassum. Aquama. Aquæ. Arrabo flu. Azelia, Bassiana Vrbs. Bathanatum. Badacum. Beloia via. Bononia. Bregetium. Boiorum deserta. | pag. 139. |
| §. II. | Lit. C. D. F. G. Candobiana, Capedunum, Carnuntum. Celeia. Claudia. Dacia. Flavium. Flexum. Gavanodurum. Gallia Cisalpina. Gefodunum. Ge- faces mons. Graviacum. | pag. 142. |
| §. III. | Lit. H. I. L. Heortes vrbs, Idunum, Julium Carnicum, Juliobona. Labeates. Laciacum. Lentia ripa. Lentudum. Loncium. | pag. 149. |
| §. IV. | Lit. M. Madronum vallis. Maletum. Marinana vel Marcena castra. Meneiana castra. Montana castra. Muroëla. ad Muros. Mursia, Mursella, Mutila. | |
| §. V. | Lit. N. O. Nefactium. Noreia. Noricum. Olimacum. Ovilabis. | pag. 155. |
| §. VI. | Lit. P. Q. R. Pecentinum. Peiso vel Pelsö lacus. Polybianum. Promona vrbs. Quadrata. Ragando. Regius mons. Rhispia. | pag. 160. |
| §. VII. | Lit. S. Sabatinca. Sala. Santicum vel Sianticum. Savaria. Savarius fluvius Scabantia. Scordisci. Segesta. Sirmium. Siscia. Solvense. Soragra. | pag. 170. |
| §. VIII. | Lit. T. V. Taurunum. Teurnia. Vacorium. Variana castra. Virunum. Vindobona. Vinundria. Visontium. | pag. 177. |

C A P U T VI.

| | | |
|----------|---|-----------|
| D | E antiquæ Carnioliae populis inquilinis & eorum migratione. | pag. 181. |
| §. I. | Aborigines Carnioliae veteris inquilini. | pag. 182. |
| §. II. | Secundi Carnioliae inquilini Japydes. | pag. 182. |
| §. III. | Tertia inquilinorum Carniol. veteris nomenclatura Hyperborei. | pag. 183. |
| §. IV. | An Scythiae nomen aliquando in Carnioliam extensum. | pag. 184. |
| §. V. | Quarti Carnioliae veteris inquilini Celtæ. | pag. 185. |
| §. VI. | Quinti Carnioliae veteris inquilini Pannones. | pag. 186. |
| §. VII. | Sexti Carnioliae veteris inquilini Taurisci & Norici. | pag. 189. |
| §. VIII. | Septimi Carnioliae veteris inquilini Romani. | pag. 191. |
| §. IX. | Octavi Carnioliae veteris inquilini Vandali. | pag. 193. |
| §. X. | Noni inquilini Carnioliae veteris Gothi. | pag. 194. |
| §. XI. | Decimi Carnioliae veteris inquilini Langobardi. | pag. 197. |
| §. XII. | Vtrum Suevi aliquando incoluerint Carnioliam. | pag. 198. |
| §. XIII. | Vndecimi Carnioliae veteris inquilini Slavi. | pag. 200. |
| §. XIV. | Vnde Vindis enatum Slavorum nomen. | pag. 204. |
| §. XV. | Quando Slavi Carnioliam incolere cœperint. | pag. 208. |
| §. XVI. | Duodecimi Carnioliae veteris inquilini Avares & Hunni. | pag. 210. |
| §. XVII. | Decimi tertii Carnioliae veteris inquilini Franci. | pag. 213. |

C A P U T VII.

| | | |
|----------|---|-----------|
| D | E antiquis Inscriptionibus Carnioliae. | pag. 214. |
| §. I. | Antiquæ Inscriptiones, quæ extant Labaci in vrbe, & extrâ vrbe. | pag. 215. |
| §. II. | An- | |

Index Titulorum.

| | | |
|---------|---|-----------|
| §. II. | Antiquæ Inscriptiones, quæ olim extabant Labaci, nunc latent. | pag. 217. |
| §. III. | Antiquæ Inscriptiones Nauporti seu Hyperlabaci. | pag. 218. |
| §. IV. | Antiquæ Inscriptiones Magni Vici, seu hodierni Iggij. | pag. 218. |
| §. V. | Antiquæ Inscriptio. Crainburgi, Rattmanstorffij, & aliorum locorum. | p. 221. |
| §. VI. | Antiquæ Inscriptiones Gurkfeldi, & vicinorum locorum. | pag. 222. |
| §. VII. | Antiquæ Inscriptiones in limitibus Carniolæ. | pag. 223. |

P A R S II. T O M I I.

Complectitur Annales ab Orbe Condito usque ad Natalem Christi.

P A R S III. T O M I I.

Complectitur Annales à nato Christo, usque ad annum Millesimum Ærae Christianæ.

Syllabus MSS. quæ operi servierunt.

MS. Chronicon cuiusdam Martini, vel ut in margine corrigitur, Honorij cui adjecta series Episcoporum & Archiepp. Salisburgensium. Incipit à condito mundo, desinit Anno 1277. fol.

MS. Chronicon Viennense conscriptum ab aliquo Monacho Benedictino ab Anno Christi 973. usque ad annum 1327. Notat author ad annum 1289. quæ vidimus testimoniū. fol.

MS. Alterum Chronicon Viennense Anonymi continuatum usque ad annum Christi. 1233. fol.

MS. Historia Austriaca Thomæ Ebendorffer de Hasselbach Canonici Viennensis ab anno Christi 928. usque ad annum 1467. quo author vixit. fol.

MS. Chronicon Anonymi ex Bibliotheca Aurspergica. 4.

MS. Chronicon breve Joannis Thomasich Minoritæ Bosnensis ab anno Christi 1200. usque ad annum 1562. quo author vixit, ex Bibliotheca Aurspergica.

MSS. Collectanea parentis mei Ludovici Schönleben ex Archivo senatus Labacensis, usque ad annum 1660.

MS. Chronicon Cileense Anonymi.

MSS. Varia ex diversis Monasteriis communicata.

Authorum impressorum nomina, qui operi servierunt, reperiuntur in marginibus annotata, ferè 200.



JOAN-





JOANNIS LUDOVICI
SCHÖNLEBEN,

CARNIOLI LABACENSIS SS. THEOL. DO-
CTORIS, PROTONOTARII APOSTOLICI.

AD

ANNALES CARNIOLIÆ
SACRO-PROPHANOS
APPARATUS.

Proœmium.



Cripturus brevem patriæ meæ Chronologiam, opus aggredior arduum; non quia magnum, sed quia primus, nulli adhuc tentatum. Cæteris Annalium Scriptoribus tritam inire viam facile fuerit, ut pede inoffenso decurrant ad metam: mihi sine duce per ignotas salebras non cespitare, impossibile. Accedit, quòd labori tempus breve nimium pro rei dignitate (sic tamen placuit) definierim triennium, quo quantum in summarerum oblivione, & Scriptorum Veterum silentio præstare potuerim, judicabunt, qui judicare possunt; & ignoscent facile, qui meminisse volent, me aliud isthic non agere, quām brevi compendio ampliori operi præludere. Erit, qui post me, non tamen sine me, hæc auctiora producet: favebo patriæ hunc sive honorem, sive fructum, dum primus novale signavero. Desiderabunt nonnulli quæpiam sibi nota, & obvia, quæ me fugerunt, sed ut ajebat Plinius: *Minime mirum est, hominem genitum non omnia humana novisse.* Viceversa illimet quædam hîc legent, quæ prius nescierint. Arripiant modò hinc occasionem investigandi plura pro patriæ communi bono; & porrò sive mihi, sive alteri deinceps fusiore stylo hæc prosecuturo communicare non negligant, ne quod ad-

A

huc

Plin. hist.
nat lib. 3.
proœm.

huc venerandæ vetustatis supereft, deperdatur. Etiam ex his multa, quæ nunc à putredine, & tineis vindicavimus, peritura erant, nisi obiter saltem, dum supersunt, annotarentur. Majores nostros incusamus desidiæ, nescio quo jure, nosipſi culpabilius negligentes. Vſque ad hoc quod nunc decurrit ſæculum, traçſarunt illi arma, ut calamos non poſſent: quid nos? nec arma, nec calamos. Ego præeo, opto ut fequantur alij magis instruēti libris, carthophylacijs, archivorum arcanis, arte, ſcientiâ, historiarum notitia, ſolertiâ; quæ quām ſint mihi exigua, fatis perſpicio. Jacio tamen aleam, & potestatis defectum ſuppleo bonâ voluntate. Methodum hanc mihi præſcripsi, ut Antiquam Carnioliam cum nova conferam, ſeu illos terrarum traçtus, quos hodierna Carnolia occupat, ſub diversis veterum nomenclaturis, eorumquè limites, quantum fatis fuerit intelligendæ Chronologiæ perſtringam. De nova exactè Topographicè exhibenda, alterius labor eſto, qui totam oculis perlufret. Et hæc in Apparatu. Chronographiam, quæ non eſt aliud, quām ſuccinēta rerum geſtarum per ſingula tempora deſcriptio, ordinar cum ipſo mundi exordio, non quōd universale Opus moliar, ſed ut Lector tenui, velut Ariadnæo filo, ducatur primò in cognitionem eorum, qui primi ex mortalibus poſt universalem cataclyſmum has terras coluerint; qui populi quibus ſucceſſerint: deinde, ut ubi domeſtica deficiunt, modicum libare poſſit de externis, & conſerre temporibus tempora, regnis regna, populis populos. Id conſultius mihi viſum, quām ſolum privata, & domeſtica promere, ne in perpetua Chronologia nimij intercederent temporum hiatus. Egerunt id ante me alii: Megiferus Styriaca, & Carniolica: Palladius multa noſtratia neceſſitate quadam conjuſtarum regionum. Neque tamen iſthic aliena patriæ meæ attribuam, quod nonnulli plus quām audacter præſumunt, totam viciniam, tametſi natione, lingua, moribus, domino, diſcretam ſui juris facientes. Ego, ſuum cuique. Steriles ſunt multi anni (id fateri oportet) non rebus geſtis, ſed ſcriptis. His ergò in ſubſidium aliquando vicina, ut vicina, quin etiam extera, ut extera vocabo; omnia breviter, & compendiosè. Vix ulla Germaniæ Provin- ciarum

ciarum tot, tamquè diversis populis habitata, tot bellicis motibus, & vastationibus obnoxia fuit, ac nostra Carniola; vt mirum videri non debeat, si quid à majoribus nostris fuisset literis consignatum, inter continua disturbia perisse. *Non habet locum res pacis, temporibus inquietis,* a-
M. Aur. Cas-
trod. Pref. ad
Inst. div.
lect.
jebat olim de literarum studio per bella impedito M. Cassiodorus: quod vel maximè Carniola nostra damno suo experita est, vt deinceps notabimus. Neque enim id aliter accidere potuit, cùm inter duo quondam florentissima regna Greciæ, & Italiae, media; imò murus, & propugnaculum alterius contra alterum fuerit. Sive enim è Græcia Græci, aut peregrini incolæ Galli Italianam, sive Romani Græciam impeterent, hac ferè illis transeundum erat: hic de porta, de clauistro, & munimento priùs disceptandum. Sic quippe ab antiquis Alpes nostræ appellatæ sunt. Marcellinus: *Claustra patefacta sunt Alpium Julianum.* Et Nicephorus Callistus: *Eugenius equidem hac spe inescatus maximum paravit exercitum, & Italiæ portas, quas Romani Julias Alpes vocant, præoccupatas præsidio tenuit.* Quin, & Pacatus in Panegyrico ad Theodos. Imp. *vt superatis Alpibus Cottijs, Julia claustra laxaret.* Et Zosimus Julius Alpes notiore nomine aliarum Alpium Appenninum appellans: *Theodosius autem cum exercitu per Pannoniam superiorem, & Apenninos montes Aquilejam contenderet, &c. Per Pannoniam, & portas Apenninorum montium progressus.* Cùm igitur has Italiæ portas penetraverint Celtæ, Galli, Græci, Romani, Vandali, Gothi, Langobardi, Slavi, Francones, vt aliam nationum colluviem, Hunnorum, Avarum, Taifalorum, &c. præteream, quid mirum assiduis incursionibus bellicis impetitam Carnioliam nostram, parùm de literis, de rerum memoria posteris transmittenda cogitasse? Conabimur nihilominus paucis ea perstringere, quæ antiqui Authores de hac patria obiter attigerunt, & ijs statum hodiernæ Carnioliae, quantum sat in his temporis, & defectus monimentorum circumstan-
Marcel. lib.
31.
Niceph. lib.
17. c 35.
tijs licuerit, comparare: idq; in apparatu: nam quod Historicum est, series temporum exhibebit. Ingratus sim patriæ meæ si taceam, quæ publicari sunt digna. Paulò remotioribus Europæis ignota est Carniola, plerique populi, etiam quid nominis sit, ignorant. Nam qui haec tenus Cosmo- &

Geographias scripserunt contenti nominâsse, quæ nesciebant, prodere non poterant. Et tamen modica licet sit hæc Provincia, cum multis amplioribus de præstantia certare potest. Habet, quæ mireris, habet etiam, quibus ad delicias fruaris. Quid mirabilius subterraneis fluvijs ? qui si patentem haberent exitum ex infero velut orbe novos educerent Argonautas. Lacum nostrum Circkhnicensem, qui eodem anni decursu, eodem loci situ, messem, venerationem, piscationem exhibet, figmentum arbitrantur, qui legunt exteri, & non vident, quod nos quotannis videamus. Japidia nostra Carnioliæ pars, quasi lapidea (& talis est) modicas quidem inter saxa ingentia fertilis terræ portiones habet, sed quæ amplissimis Provincijs in plano sitis meritò præferantur. Nascitur inter hæc saxa vinum, Liviæ olim Augustæ, ipsique Augusto præ cœteris æstimatum, Pucinum dictum, quod Poëtarum juxta, & Historicorum veterum ingenia celebrant. Effoditur ex hisce saxis ad miraculum tanta vis Mercurij, quæ toti penè Europæ communicatur. Qui terram hanc peregrinus transit, frugi hominem illic nasci vix credat. Dedit tamen lapidea hæclapidia heroës toga, & sago Illustres, quorum suo loco meminerimus. Dedit etiam qua planior est Carniola Principum Aulis Consiliarios, & Præfectos, Ecclesiis Præfules, militiæ Duces, magna Reipublicæ firmamenta, de quibus per decursum secundi Tomi frequentior occurret narrandi materia. Observatum à majoribus est, Maximilianum I. & Ferdinandum I. Imperatores tantum tribuisse Carniolis, ut plures unà retinerent in Aula, & ad spectatissima munia applicarent : Observatum etiam nuper à multis, ex trigono prospectu unius fori Labacensis, hoc seculo, tres Heroës ob præclarè gesta suprema Aulæ Cesareæ Officia, Principum titulis auctos ; Eggenbergium videlicet, Auerspergium, & Portiam, quæ hic insinuata, suo loco fusiū prosequemur. Non quære Lector, quis scribat hos Annales, patriota, an peregrinus : parùm interest, quis scribat : magni interest quid, & quomodo scribat. Res quæratur, non nomen : scriptum bonum, efficit bonum nomen. Securius forsan mihi hoc munus demandatum est, quàm aliunde accersito. Domestica mihi notiora sunt, quàm alienigenis;

genis ; unde pro veritate non facilè mihi fabulæ obtrudentur. Neque, is sum, qui pro fumis consequendis fumos velim vendere. Verum scribere in utramque partem est animus , nec velificari Favonijs , ut impingam in syrtes. Hoc protestor : illud verò obsecro : Sepone Lector affectum , & malè affectorum rumores : æstimabis quod scribo , si medullam inspexeris. Multorum præclara opera , præteritæ fortunæ recordatio , aut præsentis humilitas depretiat , & sæpè quæ se ipsis illustria sunt , personarum fortuitâ consideratione vilescunt. Sed redit rebus æstimabilibus suum pondus , si aut ijdecesserint , qui res ob personam oderunt ; aut ij , qui agunt sese invidiæ subtraxerint. Multa post mortem tulere plausum auctori , quæ vivo per cuniculos odium instruebant. Quid quòd agnatum sit mortalibus malum , fastidire præsentia , subducta ex oculis desiderare ? Quanquam mihi curæ non est , ut quæ scribo , placeant omnibus : auctum agat , qui id agat. Nemo unus hactenus scriptorum , omnium votis satisfecit. Libet canere cum Jacobo Balde :

*Omnibus semper placuisse res est
Plena Fortunæ : placuisse paucis
Plena virtutis : placuisse nulli
Plena doloris.*

Calde in
Sylu.

*Si quid extremi tamen eligendi
Optio detur , medio relicto
Præferam nulli placuisse , quam Ger-
manice cunctis.*

Nihil scribat , qui censores metuit. Hoc ævoplures sunt Judices , quam judicia , quia multi judices sine judicio.

*Diversa hominum ingenia sunt : alios utilia , alios amœna de-
lectant. Infirmior amœna elit , utiliora fastidit :* inquit

S. Ambrosius. Desiderabunt hîc aliqui exactam temporum rationem , alij majorum suorum exaggeratas panegyres , alij longâ avorum serie deductas familiarum nobiles Geneses , alij aliud pro' cuiusque genio. Ego verò licet desiderem singulis satisfacere , id tamen mihi polliceri non possum , qui rudi initio solùm provoco feliora ingenia , & pro scopo mihi statuo veritatem , quæ ipsa omnibus placere non solet. *Quod scio asseverabo , quod nescio , fatebor me*

S. Ambros.
lib. de A-
brah.

nescire ; de quo dubitabo , relinquam in medio , & quantum licuerit Authorum probæ notæ allegationibus asserta firmabo . Rarus mihi nominabitur Aventinus , & qui ipsi nimium facili credulitate passim subscriptus Megiferus : nisi vbi lapsus eorum indicandi erunt . Secernam cùm hos admisero paleas à tritico . Geneses seorsim parcè libabo , & ferè quas ipse inspectis originalibus documentis collegi : quidquid tamen de majoribus nostræ nobilitatis annotatum deprehendero , sparsim promere non intermittam . Seriem verò scriptioñis hanc mihi præfigo . Totum Opus in duos Tomos dispertior : priorem in tres partes divido , quarum prima Apparatum ad cognitionem Veteris , & Hodiernæ Carnioliae sub diversis nomenclaturis , & appellatiōnibus continebit : altera Chronologiam ab exordio mundi ad natalem Christi deducet , tertia à Christi Natali ad Annū salutis millesimum inclusivè prosequetur . Inde Tomo II. ab Anno millesimo ad nostra usque tempora perpetua annorum serie fusiore nonnihil calamo excurret narratio , in qua enitar , ut potius multa paucis , quam pauca multis exprimam : Compendium siquidem scribo , non Historiam . Tu interim Lector boni consule hunc qualem-
cunque meum conatum , & lege bono animo ,
quod ego bono animo
scribo .









APPARATUS *Ad Annales Carnioliae Sacro-Prophanos.*

CAPUT I.

DE

CARNIOLIA ANTIQUA, *EJUS* NOMINIBUS, INCOLIS, LIMITIBUS, SITU, &c.



Arniolia hodie Ducatus Austriae Principum Hæreditarius, latissimo, quo nunc extenditur ambitu, ab Oriente Slavoniam, & Croatiam, ab Occidente Forum Julij, & partem Carinthiæ; à meridie Histriam (cujus hodie magnam partem in se complectitur) & Flanaticum maris sinum, ac Liburniam; à Septentrione Styriam, & Carinthiæ partem attingit. Latitudo ejus à Meridie ad Septentrionem sunt triginta ferè millaria Germanica, quæ Italica faciunt centum circiter, & viginti: Longitudo ab Oriente in Occidentem sunt viginti quatuor Germanica, seu nonaginta sex Italica, computando juxta Romanos, quorum potissimum historijs nitimur, pro uno milliari Germanico quatuor millia passuum. Nomenclatura ejus hodierna præcis seculis ignota. Primus, quod haec tenus deprehenderim, Carnioliam nominavit Paulus Warnefridi Diaconus Aquileiensis Langobardus, & proximè post eum Eginhardus, quorum hic sub Ludovico Pio circa annum 820. æræ Christianæ, ille vero anno Christi 760. sub Desiderio ultimo in Italia Langobardorum Rege floruit. A Carnia Carnioliam plerique fluxisse credunt: id quo jure faciant infra dicemus. Universalissimâ juxta, & antiquissimâ nuncupatione à Græcis dicta est Hyperborea regio, unâ cum cœteris omnibus ad Septentrionem tendentibus Provinciis, si fides Cluverio, imò Straboni, quem allegat: *Veteres Græcorum Scriptores universas gentes Septentrionales Scytharum, & Celto-scytharum appellatione affecerunt, qui verò ante hos adhuc eas diviserunt, supra Euxinum, Istrum, & Adriaticum mare colentes, Hyperboreos dixeré, & Sarmatas, & Arimaspos.* Ita quidem veteres Græci, quomodo autem ipsimet Septentrionales appellaverint suas patrias, id haec tenus compertum non est, defecstu Scriptorum. Cæterùm ex hoc ipso loco patet alterum nomen Septentrionalibus terris attributum Scythiæ, & Celto-scythiæ, ac deinceps Celticæ, quæ quia appellations universales erant, & totum comprehendebant Septentrionem, successivè ab Historicis major adhibita est cura proprias quarumvis Regionum nomenclaturas investigandi, & suo unamquamque nomine appellandi. Est tamen magna adhuc inter veteres confusio, dum alij vestissimo, alij mediæ ætatis, alij deniq; novissimo utuntur nomine, ut mirum non sit recentiores frequenter labi ob nominum promiscuam usurpationem, quod vel

Paul. Diac.
l. 6. c. 52.

Cluver-Ger.
man. Ant.,
lib. 1. c. 2.
Strab. l. 11.

Arrian. in
vit. Alex. ap.
Laz. in Mi-
grat. gent.
l. proœm.
n. 9. Aut.
suppl. Q.
Curt. l. 2.
num. 3.

Strabo l. 7.
Geogr.

Guarin. Ve-
ron. in vers.
Strab. Laz.
sup. cit.

Jonand. de
reb. Get. c.
53. &c. 55.

Anno Chri-
sti 473.

Cluver. Ger-
man. l. 1.
cap. 10.

Idem l. 1.
cap. 5.

Plin. in Pa-
neg. Trajan.

Lipſ. in No-
tis.

ex uno hoc exemplo liqueat. Arrianus, & ex eo Author supplementi in Q. Curtium, scriptum reliquit; postquam Alexander Magnus Triballos in Peucem Insulam pepulit, quæ ad Danubium erat, venisse eò Legatos etiam Germanorum, & superbo responso lusisse fastum Alexandri. *Huc loci venerunt Legati à cæteris Dannibij accolis, Syrmo Triballorum Rege, atq; Germanis, qui Jonium sinum incolunt, &c.* *Quibus infidem, & amicitiam receptis, è Germanis quæsivit. Quidnam esset in humanis rebus, quod præ cæteris extimescerent? ratus nominis sui magnitudinem ad illos, multoq; etiam interius penetrâsse: idq; esse, quod præ cæteris sibi formidolosum faterentur. Illi verò quod procul ab Alexandro agebant, quod loca accessu difficillima incolebant, ipsumq; ad alia bella intentum videbant, timere se illud ante omnia dixerunt, ne forte in se se aliquando cælum rueret. Nihil movit Alexandrum superbum Legatorum responsum: itaq; nihilominus in amicitiam: & societatem receptos domum remisit: id tamen elocutus, Germanos arro-gantes esse. Eandem legationem attingens Strabo, non Germanos vocat Legatos, sed Celtas. *Tradit Ptolomæus Lagif. eadem expeditione Celtas, qui Adriaticum mare ac-colunt, amicitiae, atq; hospitiij jungendi causa Alexandrum adiisse, quos Rex comiter exceptos, quum inter pocula rogâsse, quidnam esset, quod maximè metuerent; existimans di-Eluros, ipsum: respondisse; nihil nisi, nequando cælum in se se rueret.* Ita vertit Philippus Cluverius, secus ac Guarinus Veronensis, qui pro Celtis Gallos posuit. Wolfgangus Lazius hanc Legationem Suevis tribuit, & ijs quidem, quos putat tempore Alexandri M. Carnioliam incoluisse, & quorum reliquiæ sint hodierni Gottscheenes, adducit verò pro se Jornandem testem, quod olim Suevi has terras coluerint: sed procul à scopo Lazius aberrat; quia primò Jornandes nuspiam tradit, Suevos incoluisse ad mare Adriaticum, licet dicat: *Dalmatiis Suavia vicina erat, nec à Pan-noniis multum distabat.* Suaviam autem dicere voluit Pannoniam Saviam, & hæc fuit vicina Dalmatiæ. Unde etiam Jornandes errat limites assignans Suaviæ, qui fuerunt limites Sueviæ. Ait enim: *Regio illa Suavorum ab oriente Bajobaros habet, ab occidente Francos, à meridie Burgundiones, à septentrione Thuringos.* Hoc de Suevia verum sit, non autem de Suavia, sive Savia: ergo non accoluerunt mare Adriaticum Suevi. Deinde Jornandes loquitur de temporibus Theodemiri Gothorum Regis; & Glycerij Imperatoris, inter quem, & Alexandrum Magnum octingenti fluxerunt anni, quo temporis spatio plurimæ fuerunt gentium migrationes in hac Europæ parte, & fortè tunc aliqua Suevorum colonia in has terras ducta fuerat. Straboni libentius assentior, qui usus vetustiore nuncupatione gentis non discrevit fuerintnè Galli, an Germani; Gallos fuisse contendit Cluverius, ex eo, quia apud Strabonem est nomen Celtarum, quasi hæc vox ad solos spectaret Gallos, immemor sui, quod eodem libro tradiderit. *Celtarum nomine quinque olim comprehensas fuisse validissimas nationes, Illyrios, Germanos, Gallos, Hispanos, atq; Britannos.* Quare igitur credit, Strabonem intellexisse Gallos; & non Germanos sub Celtarum vocabulo?*

II. Arriano, qui centum, & paucis aliquot annis Strabone junior est, credendum erat, qui Celtarum universalis vocabulo prætermisso, speciem digito monstravit, & Germanos fuisse afferuit: quia primitus Gallos, & Germanos unam fuisse nationem meminerat, sub communi Celtarum vocabulo, ut acutatè advertit Justus Lipsius, quem frustra erroris redarguere conatur Cluverius, ut per alienam viri magni ruinam sibi gradum paret ad gloriam. Allegans enim Lipsius illum locum Plinij Germaniam quamplurimæ gentes, ac propè infinita vastitas inter-jacentis soli, tum Pyrenæus, Alpes, immensiisque alii montes, nisi his comparentur, muniunt, dirimuntque, &c. Ad quæ Lipsius: *Itane Pyrenæus, inter Germaniæ terminos? sed,* latè

late illius sumptae, ut Gallias etiam comprehendat. Nec id novum est: & sicut Celtas eos prisci Græci communiter vocârunt; sic Latini modo Gallos alternant. Plura exempla sunt; sed hoc Senecæ huc apertissimum, consolatione ad Helviam: Pyrenæus Germanorum transitus non inhibuit, ubi de gentium migratione agit. Ecce ante Plinium vetustiorem testem Senecam, quod veteres Galli, & Germani eadem natio fuerit, sed Cluverius, hæc sciens, & scribens, bilem effundit in Arrianum, & Authorem supplementi Curtij, quod sub Celtarum nomine Germanos intellexerint, cum ipse Celtas veteres fateatur Gallos, & frustra invitis alijs Historicis sejungat Gallos veteres à veteribus Germanis. Senecæ ætate recens erat memoria Gallorum, à quibus nondum centum annis Roma quietem obtinuerat, & hos Pyrenæum transisse constabat; appellavit tamen eos Germanos Seneca, & Livius Gallos, quia Galli, & Germani eadem natio censebantur antiquitùs: sed mittamus ista. Ex hoc saltem loco aperte colligitur eandem gentem modò Celtarum, modò Germanorum, modò Suevorum appellatione nuncupatam. Et illud quoque certum est Carniolam olim antiquissimis temporibus dictam Hyperboream, & ut puto etiam ex parte Japidiam, partem dein fuisse Celticæ, mox divisam in Japidiam, Pannoniam, quin & Taurisciam, & Noricum, dcmum vocari cœpit pars Illyrici, quæ nuncupatio Illyridi antiquæ propria, æquè forte vetusta fuit, ac Celticæ, ad plures sensim extensa Provincias. Nomen Celticæ dénum ad partem Galliæ Trans-Rhenanæ restrictum est.

III. Nam Illyricum, primitus Macedonas, Liburnos Pannonios exclusit, mox inclusit, etiam præter Pannonias Noricum, vt infrà dicam: tandem eo reducta est vox Illyrici, vt aliud non sonet, quam Liburniam Croatianam, & Dalmatiam, vt tradit exactus Illyricarum rerum scrutator Joannes Lucius. Post conditam Æmonam pars Carniolæ hodiernæ, quam aliqui sicciam nominant, speciali appellatione dicta est Istria; hac vetustior vox Japidia sub Romanorum Imperio evanuit, & cñm Carso mutatum nomen ex parte est, Istriæ adhuc manet. Subinde Carniola saltem, quæ vltra Labacum ad Orientem, & Septentrionem protenditur, pars fuit Pannoniæ Superioris, vnde Emona, seu Labacum à Ptolomæo in fine Pannoniæ Superioris reponitur: *Inter Italiam verò sub Norico, Pannoniæ iterum civitas Emona.* Quam esse hodiernam Labacum ex multis argumentis infrà ostendam, quidquid Lazius, & alij incontrarium sentiant. Partem etiam Carniolæ olim Taurisciæ adscriptam, & Norico, apud Geographos in confessu est. Quæ vt clarius percipiантur, operæ pretium fuerit, paucis expōnere veteres Limites Celticæ, Illyrici, Istriæ, Japidiæ, Pannoniæ Taurisciæ, &c. Hæc singula breviter, & quantum satis compendium scripturo, perstringam.

Senecæ Con-
fol. ad Hel-
viam.

Luc. de reg.
Balm. lib. I.
c. 2. fine.

Ptöl. lib. 2.
Geogr. cap.
15. Tab. 5.
Europ.



§. I.

*Celticæ notio, limites, populi, &c. ejus pars Germania,
Germaniæ Carniola.*

I.

Celtarum nomen vnde ortum sit, varia est. Authorum opinio. Berosus Chaldæus (cui fides haberetur, nisi ab Annio Viterbiensi fabularum confarcinatore editus, & depravatus fuisset) Celtas deducit à duobus Japheti filiis Comero, & Samoëthe, ita scribens: *Anno undecimo hujus (nempe Saturni Babylonici, de quo agit) Comerus Gallus posuit colonias suas in regno, quod post Italia dicta est, & regione suam à suo nomine cognominavit, &c. Jubal condidit Celtiberos: & paulò post Samoëthes (qui & Dis) Celtas colonias fundavit: neque quisquam illâ ætate isto sapienter fuit.* Appianus Græcus Scriptor paulò aliter. *Polyphemum ex Galatea conjugi Celtam, & Illyrium, & Galam filios suscepisse, eosque ab Sicilia digressos imperiū populis, qui inde Celtæ, Illyriique, & Galli sunt appellati.* Addit mox: *Atque hæc inter plurima fabularum, quæ hoc loco referris solent, mihi maximè probantur. Videtur igitur censere hæc semifabulosa. Quæ expendens Cluverius, de Polyphemo, & Galatea putat fabulam esse; admittit tamē ex hoc colligi, quod Galli, & Germani, qui nomine Celtarum hic intelliguntur, & vna Illyrij ab antiquissimis mortalibus pro vnius, ejusdemq; generis, seu gentis nationibus fuerint habiti.* Applaudo Cluverio dum Gallos, & Germanos antiquitùs sub uno Celtarum nomine appellatos asserit, & quidem ab ipso Appiano sic acceptum Celtarum nomen; ac proinde quæ Appianus de Celtis narrat, tām de Germanis, quām Gallis intelligenda esse, cūm fuerint idem populus adhuc indistinctus. Sed miror tamē Cluverium, quod non advertat apud Appianum tres fra-

Beros. apud
Laz. Migrat.
lib. 5.

Appian. lib.
de Illyric.

Cluver. lib. 1.
Germ. c. 2.

A. tres distingui, à quibus tres populi or- tum ducant; vel ergò debuisset Appia- num arguere erroris, vel ejus authori- tatem non adducere, cūm aduersetur intentioni. Conatur nihilominus infrà iterum Appianum in suam partem tra- here cūm ait: *Sed quia Celtæ ejusdem li- beros cognovimus supr ex à Appiano Illyri- um, ex etymologico GræcoBritannum, par- tium gentis Celticæ conditores; ipsum Cel- tam istum fuisse Ascenazem, universæ gen- tis Celticæ Originem, conditoremq; manife- stissimo colligitur argumento.* Nuspian le- go apud Appianum, quod Illyrius fue- rit filius Celtæ, nec locus suprà addu- ctus ita sonat, sed expressè Celtus Illy- rius, Gala fratres ex Polypheimo nati. Lazius putat à Gomero filio Japhet, quem Gallum cum Berofo nominat, o- riginem trahere Celtas, Belgas, & Cini- bros, qui non solùm intrâ Rhenum, Hispaniamqué, sed etiam in Alpibus Italiæ proximis usque in Noricum, & Pannonias rerum potiti sint: sed dum ex Gallo Guallum, & per syncopem Gallum; mox etiam ex Welscha Laz. cit. Guelta, Guelga, Belga, Kelta, & Cel- ta format, distorta promit, quæ non C. probes.

B. II. Subscribit ei tamen Cluverius, quod putet vocem **Gallen**/antiquitùs idem fuisse cum **Wallen**/quod est pro- ficiisciCeltico, seu Germanico Idiomate. Miror, cur Celtas cūm fateatur ad septé- trionem sitos, & acre pati frigus non i- gnoravit, non potius deduxerit à voce Germanica **Kalte**/frigus: vt qui primò Hyperborei, id est suprà Boream habi- tantes appellati sunt, postmodum dice- rentur **die Kälten**/à Græcis **Keltoi**; à Latini- nis Celtæ, quā ratione intelligeretur lo- cus Julij Cæs. qui ipsorum lingua Celtæ, no- strâ Galli appellantur. Debeat sanè apud Cel.

Idem l. eod
cap. 9.

Cluver. l. 1.
cap. 9.

Jul. Cæs. l. 1.
de bel. Gall.

Celtas hæc vox aliquid olim significare, cùm dicatur pertinere ad propriam linguam : nihil verò magis illi affine est, quam **Kalta / Kalt**: quod audientes Romani expresserunt facilitiori vocabulo pro Kalta, vel Calta Gallus. Sed vndeunque ortum sit Celtarum nomen, illud certum haberi debet, sub uno hoc eodemque vocabulo olim comprehensos tam Germanos, quam Gallos, donec successu temporis factâ separatione non tam terrarum, quam commerciorum, qui trans Rhenum habitabant Galli tantummodo, & qui cis Rhenum Germani appellari coeperrunt: restrictâ tamen adhuc inter ipsos Gallos ad certam gentem nomenclaturâ Celtarum.

Strabo l. 4.

III. Strabo clare cognatos facit Germanis Gallos, de his quippe agens, inquit : *Superioribus temporibus quales fuerint, ex Germanorum adhuc durantibus consuetudinibus intelligimus. Nam & naturâ, & vitæ institutis gentes hæ similes sunt, & cognatæ interfè, confinem habitantes regionem, Reno flumine divisionem.* Julius item Cæsar vocat apud Dionem Marcomannis similes Gallos, *similes, & ejusdem gentis populos.* Dio ipse, & Diogenes Laërtius Germanos vocat Celtas, quin imò Strabo antiquam Celticam ad totum septentrionem extendit : *In toto autem Orbis ambitu, quod ad septentriones usque ad extrema est, vel ad Scythiam, vel ad Celticam pertinet.* Accedit, quòd Herodotus Danubium apud Celtas oriri afferit, cuius origo citra dubium in Germania est. Similiter Eratosthenes uno vocabulo Germanos, & Gallos appellabat Celtas. Idem tradiderunt ex Recentioribus Volaterranus, Marlianus, Irenicus, Lazijs, &c. Appianus in libro, cuius principium extat, & quem Celticum appellavit, disertè vocat Bojós Celtarum nationem, & de Celtis loquitur, vt distincta natione à Gallis, nimirum

Dio hist. l.
38. Laërt,
proem. de
vit. Philos.Strabo l. 1.
init.Herod. in
Euterpe.
Volaterran.
Comm. Ur-
ba. Marlian.
in Ptolom.
Iren. Germ.
l. 1. cap. 12.
Lazijs cit.
sup. Cluver.
cit. Blondus
En. Sylv.

A. suo tempore, cùm alias una gens, & natio primitùs fuerint. Quando verò hi Celtæ tam Germani, quam Galli in plures alias nationes se se divisorint, & plura distincta nomina sortiti sint, non facile quisquam dividabit, nisi de paucis, vt suo loco dicemus. Manserunt tamen hæ nationes etiam divisæ longo tempore, sub priori universalis nomine, vel Germanorum, vel Gallorum, & omnes usurparunt eandem vetustam linguam Germanicam, prout ad longum ostendunt, Lazijs, Irenicus, Cluverius, &c.

Laz. sup. cit.
Iren. lib. 1.
cap. 12. Clv.
ver. lib. 1.
e. s. Germ.

IV. Hinc existimo ego Senones Gallos, qui Segniam denominârunt, & circa litus Adriatici maris olim habitârunt, verè Germanos linguâ, & natione fuisse, quin & eos, qui Romanum occupârunt, & cum Romanis, sæpè in Italia congressi sunt, non alias fuisse, quam Germanos, licet solum appellarentur à Græcis Celtæ, à Latinis Galli, quia tunc nondum nomen Germanorum, sed paulò ante Julij Cæsaris tempora exortum fuit; Unde Tacitus : *Germaniae vocabulum recens, & nuper auditum :* quæ verò Galli contrà Romanos gesserunt dum ante Julium Cæsarem contigere. Ac proinde merito antiquæ Celticæ tribuit pars Liburniæ, Japidia, Taurisia, Noricum, & Pannonia. Cluverius addit totum Illyricum, cuius antiquissimi fines (inquit) fuere inter Istrum, & Alpes, Adriaticumque pelagus, & inter Rhenum, ac Mæsiam, sed hæc amplitudo Illyrici non convenit antiquissimis illis temporibus, quibus Celticæ nomen adhuc in usu erat: sed ampliatum est Illyricum firmato jam Romano Imperio, vt benè docet Joannes Lucius, & nos infra trademus. Neque obstat quòd Bastarnæ, Peucini, & Scordisci in Illyrico habitaverint, qui fuisse Germani perhibentur à Strabone, Athenæo, Plinio,

Tac. lib. de
Germ.Cluver. l. 1.
cap. 2.
Germ. Ant.Joan. Luc. l.
1. de Dal-
mat.
Strabo l. 7.
Athen. lib.
6. cap. 5.
Plin. l. 4.
cap. 14.

quia hi populi fuerunt reliquæ Gallo-
rum, seu Germanorum, quos Brenno
duce Delphos profectos suo loco dice-
mus, & in Illyrico confederunt exole-
scente jam sensim Celtarum appella-
tione, occupando terras alienas. Hinc
est, quòd de illis agens Livius vocet
Gallos, cùm verum adhuc inter Gallos,
& Germanos discrimen paſſim, vel i-
gnoraretur, vel recens effet Livij æta-
te, qui Julio Cæſari coævus fuit. Ipſe
tamen Julius Cæſar inter Germanos, &
Gallos distinguebat; vt potè qui expe-
ditionibus in illos populos ſusceptis, v-
trosq; nō ſcere potuit, non quòd tunc
plenè adhuc diſtincti eſſent lingua, &
commercijs, ſed quia ſenſim incipie-
bant, & lingua, & moribus diſcrepare.
Unde Tacitus: *Treveri, & Nervi circa
affectionem Germanicæ originis ultrò
ambitiosi ſunt, tanquam per hanc gloriam
ſanguinis à ſimilitudine, & inertia Gallo-
rum ſeparentur.* Meminerant nempe
illi populi, omnes ſe eſſe originis Celti-
cæ Germanicæ, & portionem ſolūm v-
nam commercio aliorum populorum,
Græcorum, & Latinorum linguam
mutare, & mores: idcirkò ambiebant
conſervare nomen Germanorum, & ita
ſeparari à Gallis licet cognatis.

V. Huc ſpectat quod benè obſer-
vavit Cluverius, ipſos illos Gallos, quos
Gæſatas appellabant, & vt Mercena-
rios conducebant Romani fuſſe Ger-
manos, & ſub Germanorum vocabulo
in tabula marmorea Triumphorum
Romanorum nominatos. Habitabant
hi inter Rhodanum, & Alpes, vbi ve-
ros Gallos à Germanis diſtinctos alij au-
thores agnoscunt. Livius tamen Semi-
Germanos appellavit. Nec veriſimile eſt,
ea tunc ad Galliam, inquit, patuiſſe itine-
ra; utiq; cùm, quæ ad Penninum ferunt,
obſepta gentibus Semigermanis fuſſent, &c.
Maneat ergò Germanos, & primos il-
los Gallos, qui ante conſtitutum Ro-
manum Imperium vario Marte pu-
gnarunt cum Romanis, varias peregrini-

Liv. lib. 24.
cap. 44.

Tac. lib. de
Germ.

Cluver. 1.1.
ap. 5.

Liv. lib. 21.

A. nas terras adierunt, in Asiam ipſam pro-
fecti, & Galatæ poſtmodum nominati
ſunt, fuſſe vnam eandemquè proge-
niem Celticam Germani idiomatici, o-
riginem trahentes ab Aschenace Japhe-
ti ex Gomero filio nepote, prout ipſi
Hebræi scriptores videntur agnoscere
teſte Cluverio, qui allegat Josephum: *Joseph. 1.1.
Aschenazes condidit Aschenazas, qui nunc cap. 7.
Cluver. 1.1.
Rhegines appellantur à Græcis.* Hos Rhe-
gines (inquit Cluverius) oportet
eſſe Germanos, cùm alibi nuspiam eo-
rum faciat mentionem Josephus, & ali-
bi non reperiatur nomen Reginorum.
Quidni reperitur? In vetuſtis tabulis
pro Ratisbona legitur Regino, & Rhei-
ginoburgum, cujus forte totus tractus
olim eodem nomine appellabatur, &
fuerit forte primaria Germanorum fe-
des tempore Josephi, qui ſub Vefpasia-
no Imp. vixit. Jam ergò cùm conſtet.
tam Germanos, quām Gallos veteres
eiusdem fuſſe originis, linguae, mo-
rum ſub vno Celtarum nomine anti-
quitūs comprehensos, quin & Hispa-
nos, & Britanos, vt vult Cluverius,
imò & Illyrios, vt idem putat, quos ta-
men Aristoteles excludit, vt colligitur
ex ejus verbis: *In Illyrico, & Ibracia,
& in Epiro Afini parvi habentur, in Scy-
thia verò, & Celticæ prorsus nulli:* facile
C. concluditur, qui fuerint limites anti-
quæ Celticæ. Ad noſtrum institutum
ſatis ſit, eam includere intra fines Ger-
maniæ, vt de Gallia, Hispania, Britan-
nia, & veteri Illyrico aliis curam relin-
quamus. Porrò Germaniæ fines, ac li-
mites apud Pomponium Melam hi-
ſunt: *Germania hinc ripis Rheni uſque
ad Alpes, à meridie ipſis alpibus, ab oriente
Sarmaticarum confinio gentium, qua ſe-
ptentrionem ſpectat, Oceani littore obducta
eſt.* Ergò à Meridie, quidquid ab Al-
pibus ſeptentrionem respicit, id totum
Germania olim fuit: videlicet Japidia,
Taurifcia, Noricum, Pannonia, quæ
versus orientem ad Sarmaticas gentes
ſe extendit. Non requiro alios termi-
nos,

Arist. lib. 1.
de hist. ani-
mal.

Mela lib. 3.
cap. 3.

nos , quos nonnulli assignant , includendo ipsam etiam Sarmatiam , & quod absurdius est , Hungaros adscribendo Germanis , qui ex toto alio cœlo ad Mœotidis plaudem prodierunt . Limitibus à Mela designatis correspontet Recentiorum quorundam opinio .

*Aen. Sylv. &
Peutinger. ap.
Irenic. l. i.
cap. 14.*

Aeneæ Sylvio , & Peutingero sunt Germaniæ limites ab oriente Dacia , quæ nunc dicitur Transsylvania , à meridie Italia , ab occidente hodierna Gallia , à septentrione Sarmatia , seu Polonia . Ex quibus patet , licet pars aliqua Panno-

A niæ occupetur ab Hungaris , non ideo tamen Hungaros Germanis adscribi debere : ynde moderni Geographi à Germania secludunt , quidquid Hungarico Regno attribuitur . Patet etiam , Carnioliam nostram primo Celticæ partem fuisse , idqué adhuc ante Alexandri Magni ætatem , deinde Germaniæ , nunquam interrupto jure (vt ex decursu liquebit) ejusque adhuc hodie Imperij membrum esse , nemo est , qui igno- ret .

§. II.

Limites , & divisio Illyrici , ejus olim pars CARNIOLIA.

VNDE nomen traxerit Illyris , sive Illyricum , quod primò in regnum excrevit , mox plura regna comprehendit , res est , vti de aliis quóq; regionibus planè incerta . Berofo Chaldæo ante nomen Illyridis , Istria , & Mœsia suam sortitæ sunt nomenclaturam , sic enim ait apud Nauclerum : *Anno 131. à salute ab aquis , prima omnium gentium , & civitatum fundata est Babylonica Urbs . Ab exordio hujus Janus pater , alias Noa , misit in Europam , & Regem Sarmatiæ fecit Tuisconem à Tanai ad Rhenum fluvium . Junctique sunt illi omnes filii Istri , & Mœsæ cum fratribus suis ab Adula monte usque ad Mœsembriam Ponticam . Ex quibus verbis colligi posset , ante appellationem Celtarum fuisse appellationem Tuisconum , qui sunt Germani , eosqne à Tanai fluvio usque ad Rhenum dominatos (qui à mons Adula est ad fontem Rheni) junctis Mœsijs , quæ nunc sub Turcarum jugo Bosna , & Servia appellantur : aut saltem regiones plerasque Illyrici , ante exortum nomen Illyridis Sarmatiæ vocabulo fuisse comprehensas , cultores tamen earum Tuisconis , Istri , & Mœsæ posteritatem . Cui suspicio ad stipulari videtur , quod Plinius*

*Berofo ap.
Nacl. Vol.
1. Gen. 16.*

de Scythis refert ; Scytharum nomea usquequaque transit in Sarmatas , atq; Germanos : nec aliis prisca illa duravit appellatio , quam qui extremi gentium harum , ignoti propè cæteris mortalibus degunt . Ex quibus elicitur , terras illas , quas Plinij tempore occupabant Sarmatæ , & Germani quondam appellatas sub uno nomine Scythiam : Postmodum quidquid Scythiae olim fuerat in Sarmatiæ & Germaniam divisum ; cùm ergo antiquitus Illyridis latissimè sumptæ regiones ad Scythiam pertinuissent , neq; unquam omnes Germaniæ accensæ fuissent , consequens est , Illyridem nomen Sarmatiæ consecutam , priusquam Illyris vocaretur . Nequè hic censendus est errare Plinius , qui usurpat nomen Germaniæ , cùm loquitur de antiquissimis temporibus , quibus de Germaniæ nuncupatione adhuc nihil constabat . Id enim facit per anticipationem , uti frequentius alii Historici , adhibentes vocem suo tempore notiorem , vel ideo , quod sciret , antiquitus diversissimas fuisse Germanorum appellationes ; sed quidquid sit de nomine Sarmatiæ ; id certum est , latius olim patuisse , quam subsecutis temoribus , quodq; hodie prorsus extinctum est , vel restri-

*Plin. lib. 4.
cap. 12.*

Etum ad Poloniam, & contiguas regiones. Istriæ saltē, & Mœsiæ nomenclaturam prius extitisse, quām Illyridis, ex allegato Berosi loco videtur colligi: si ab Istro Istri, à Mœsa Mœsi fuerunt appellati, quorum regiones postmodum in Illyride sunt computatæ.

II. Porrò nomen Illyridis Appianus ex antiquorum scriptis ab Illyrio Polyphemi filio Celti fratre desumptum existimat, & ab eo plures alias gentes propagatas scribit. Verba ejus ex nova Stephani Gradij versione hæc sunt. *Fama tenet Illyriorum cognomen ab Illyrio Cyclopis Polyphemi filio demissum: quippe Polyphemum ex Galatea conjuge Celtum, & Illyrium, Galam filios suscepisse eosque ab Sicilia digressos imperitasse populis, qui inde Celtæ, Illyrijque, & Galli sunt appellati, &c.* Illyrio deinde filios Encheleum, Autharium, Dardanum, Medum, Taulantem, Perrhebumque fuisse tradunt: *filias quoque Partham, Daortam, Dassaram, aliasque: à quibus Taulantij, Perrhebi, Enchelei, Autharij, Dardani, Partheni, Dassaretij, Darsiique prodiere.* Autario Panionium, sive Pœona genitum, Pœona autem Scordiscum, & Triballum, quibus item cognomines populos habemus.

*Appian. lib.
illyric.*

*az. Migrat.
ib. 2.*

Discordant ab Appiano alij apud Lazium, qui putant Illyrium fuisse Cadmi filium Thebarum conditoris, qui ex Phoenicia in Bœotiam, inde in agros Illyricos transfiérat, suo nomine gentem, & regionem signans. Utriusque gesta plena sunt fabulis; & vereor, vt Polyphemum ideo veteres parentem fecerint Celti, & Illyrij, ad exprimendam Germanorum potissimum propensionem in potum, quo vitio Polyphemus laborasse fertur, Gigas dictus, quia Princeps gentis. Cadmum verò, qui Europam quærens Draconis dentes seminavit, ex quibus nati homines mutuis se se vulneribus confecerunt, ideo, quia profectò à prima gentis origine Germanis in usu fuit, vt ab exterorum impetu securi, in seinet arma converterent. Hæc de nomine.

III. Nunc limites Illyrici, qui prō varietate temporum diversissimi fuerunt, inquiramus, Scylax Cariandensis qui vixit 352. annis ante natum Christum: initium Illyrici facit à Ceraunijs montibus; ad Hyllos usque, & Bulinos, deinde ad Amantios, & circa oram maritimam ad Chaoniam usque extendit: Istriam verò, & Liburniam prorsus excludit ab Illyride. Similiter Schimnus Chius, qui floruit ante Christum annis centum, & quinquaginta: quin & Dionysius Afer, qui ad Christi natalem pervenit, Istriam, & Liburniam sejungunt ab Illyride. Strabo qui sub Tyberio Augusto scripsit circa annum Christi decimum nonum. Inter alia sic habet: *Docuimus in Illyrii ora maritima esse Istrorum, conterminos Italie, & Carnis; Principesque nostros bodie Italie fines ad Polam usque Istriæ urbem protulisse, &c.* Tota ora Istriæ stadiorum 1300. sequitur Iapodum ora stadiorum mille. Siti sunt Iapodes sub Albio monte, qui finis est Alpium admodum alto ac partim ad Pannonios, & Istrum pertingunt, partim ad Adriam: bellicosa gens, sed ab Augusto Cæsare prorsus defatigata, &c. Notis compuncta sunt corpora in morem reliquorum Illyriorum. Et plura deinceps, ex quibus colligitur mentem Strabonis fuisse, limitem Illyrici Orientalem montes Ceraunios, occidentalem verò sinum Adriaticum, seu Jonium, includendo Istriam (vti etiam sentit Palladius Fuscus Patavinus) septentrionalem Germaniam, meridianum lateraliter idem mare Adriaticum, & Macedoniam. Atque adeò tam Japidiam, quam Istriam inclusam Illyridi. Alter de ejus mente opinatur Lucius, qui putat Istriam fuisse terminum extrinsecum occidentalem Illyrici ab eoque una cum Liburnia exclusam: Carnos item Italæ jam sub Augusto credit adnumeratos: cum tamen vel ex eo potuisset clarè perspicere mentem Strabonis, quòd dicat: *De Illy-*

*Scylax. Ca-
riand.apud
Luc.l.i.c.2.*

*Schimnus
& Dion.
Afer. ib.*

*Strabo lib.
7. Geogr.*

*Pallad. fol.
lib. de fin
Illyrici.*

*Luc. lib. 1.
Dalm.c.1.*

Illyricis igitur dicendi sumamus initium, A. quæ *Istro* sunt *Alpibusque contigua*: interque, *Italiam & Germaniam jacentia*. *Inchoant autem à lacu Vindelicorum, & Rhætorum, & Tæniorum*. Quidquid ergo à septentrionali parte ad meridiem *Italiam* versus *Alpibus contiguum* est, id totum spectabat sub *Tiberio Cæfare* ad *Illyricum*. *Vindelia*, *Rhætia*, quidni ergo, & *Carni* partim *Inalpini*, partim *Transalpini*, & *Alpibus contigui*, & multò magis *Istri*, seu ut hodie loquimur *Istriani*, cùm nondum *Istri* fuerint pars *Italiæ*, vt ex superioribus ejus verbis appetet, vbi dicebat *Istros conterminos Italiæ, & Carnis*. Imò *Lucius Strabonem* ex mala versione allegat. *Guarinus Veronensis* superiora verba *Strabonis* aliter legit, ac interpungit, nimirum: *Diximus primos Illyrici litoris Istros esse, Italiæ, Carnisque vicinos*. Ecce *Istri* in ipso *Illyrico* litore primi, ergo *Illyrici*: quidquid sit de *Carnis* an tunc fuerint adjecti *Italiæ*, de quibus postea speciatim agemus. Ex ejusdem *Strabonis* sensu *Japodes* disertè pronunciantur *Illyrici*, quin & ipsi *Pannonij* usque ad *Istrum* flumen, seu *Danubium* protensi, cùm subnectat post superiora *Strabo*: *Reliquam plagam Pannonii obtinent, usque ad Segeticam atque Istrum, ad Septentrionem atque Orientem*, quià sciebat *Danubium* à Septentrione curvari in Orientem: includit totum tractum ab alpibus (intrà & extrà quas etiam *Carni*) penes *Danubium*, seu *Istrum* usque ad orientem, vt de limite occidentali & Septentrionali nihil amplius possimus dubitare. Hos ergò limites *Illyricum* habuit sub *Tiberio*. Verosimile multis annis ante in hanc amplitudinem crevisse, neque aliter quam ampliatâ Romanorum potentiatâ, vti ex *Chronologia liquebit*.

Mela lib. 2.
cap. 3. IV. Pomponius Mela proximè ad *Strabonis* ætatem vixit temporibus *Claudij Augusti* post natum Christum quinquagesimo sexto. Hic de *Illyrici*

terminis agens, inquit: *Deinde Ceranij montes: ab ijs flexus in Adriam. Hoc magno secessu litorum acceptum, & vastè quidem in latitudinem patens, qua penetrat tamen vastius. Illyricis usque Tergestum; cætera Gallicis Italique gentibus cingitur*. Addit deinde: *Tergestum intimo in sinu Adriae situm finit Illyricum*. Ergò ex mente Melæ totum litus *Adriæ* à *Macedonia* usque *Tergestum* *Illyrico* attribui debet, ergò etiam *Istria*. De *Japidibus* nullam facit mentionem. Commentator ejus *Vadianus* hæc ibi annexit: *Adriæ primam oram Macedones populi inhabitant, reliquam Dalmatæ, Illyrij, Liburni, Istri, usque Tergestum: quos Mela communi Illyricorum nomine censet*. Rectè, distinguit ab *Illyriis Dalmatas, Liburnos, & Istros*: & nihilominus omnes illos nomine *Illyriorum* censet ad mentem Melæ, qui loco citato disertè anumerans populos *Illyrici*, ait: *Parthini, & Dassaretæ prima ejus tenent, sequentia paulatim Encheliae, Phæaces: deinde sunt quos propriè Illyricos vocant: tum Pyrei, & Liburni, & Istri*. Ex quibus colligitur antiquam *Illyridem* multò restrictiorem fuisse, quam postmodum à *Romanis* occupatam, dum vicinæ illi *Provinciæ* sensim accederent. Similia ferè habet C. Plinius, qui ævo *Vespasiani*, ANNO Plin. lib. 8. cap. 25. Christi 80. floruit.

V. Sequenti seculo, videlicet Anno Christi 130. vixit, sub *Trajano*, & post sub *Hadriano*, cuius Magister Epistolarum erat, *Suetonius Tranquillus*; hic paucis verbis limites *Illyrici* complexus est. Ait enim in *Tiberio*: *Perseverantiae grande pretium tulit, toto Illyrico, quod inter Italiam, regnumque Noricum, & Ibraciam, & Macedoniam, interque Danubium flumen, & sinum maris Adriatici patet, per domito, & in deditiō nem redacto*. Non labore an *Provinciæ*, quas hoc loco in *Illyricum* claudit *Suetonius*, habuerint nomen *Illyrici prius* quam subjugarentur à *Tiberio*, vel postea

Sueton. in
vita Tiberij.

postea primum illi fuerint insertæ: hoc satis esto sub Hadriano, tam latè patuisse Illyricum, ut à Danubio ad mare Adriaticum, à Norico in Thraciam, & Macedoniam protenderetur.

VI. Eodem seculo sub Antonino Pio Anno 160. scribebat suam Geographiam Ptolomæus, qui sic Illyridem circumscriptit. *Illyris terminatur à septentrionali plaga utrâque Pannoniâ, ab occasu verò Istriâ, ab ortu verò superiore Mygia per lineam, quæ à divertigio Sain fluminis usque ad finem, qui juxta montem Scardum est, extenditur: à meridie autem terminatur parte Macedoniae, & usque ad Adriam pertingit, & hinc latere Adriatico usque ad dictum Istriæ limitem.* Post Istriam Italiae reliqua Liburniae, quæ in Illyride est, maritima sequitur ora. Factâ deinde mentione fluvii Drilonis, qui ad montem Scardum fluit, & alterius Drini, qui in Saum influit ad Taurunum, ait: *Tenent autem Provinciam, qui Istriæ haerent Iapides.* Unde patet quod Japidam Illyrico adnumeret, licet nullam ejus antiquam civitatem nominet.

VII. Nullus verò meo judicio melius descripsit limites Illyrici, quam Ptolomæo coævus (vixit enim Anno Christi 150.) Appianus Alexandrinus. Advertit illa opinionum diversitatem oriri ex diversitate nationali opinantium, & aliter Græcos, aliter Romanos definire, idem Illyricum. Sic ergò tradit: *Illyrios Græci putant, qui cunque super Macedoniam ac Thraciam, à Chaonibus atque Thesprotiis porrectas ad flumen Istrum terras incolunt: Hi regionis in longitudinem fines. Latitudo à Macedonia, & Montanis Thracibus ad Pœonas usque, & mare Jonium, Alpiumque radices protenditur.* Ex Græcorum igitur opinione limites Illyrici ad orientem fuerunt suprà Macedoniam, Chaonia, Thesprotia, & aliæ terræ usque ad flu- men Istrum, seu Danubium, à meridie Macedonia, ad occidentem mare A-

driaticum, seu Jonium, usque ad Alpes, à septentrione Pannonia. Ex quibus apparet Japidam, Liburniam, Dalmatiam inclusam Illyrico opinione Græcorum. De Istriâ dubitare quis possit, qnid senserit Appianus; sed cùm Ptolomæus illam excluderit, probabile quod etiam Græci, & Appianus eam Italiæ Dominio tunc adscriperint. Porro idem Appianus ad mentem Romanorum aliter descripsit Illyricum, vbi ait: *Atque hæc de populis, qui à Græcis Illyrij judicantur, quasi Procœmii loco dicta sint. Romani verò non hos duntaxat, sed Pœones præterea & Rhætos, Noricosque his finitos, qui per Istrum descendantibus à dextra occurruunt distinguunt à Græcis, non secus ac ipsi Græci, eosque propriis non minibus singillatim appellant, ceterum communi vocabulo omnes Illyrios arbitratur, &c. quippe tributum harum nationum inter fontes Istri, & mare Ponticum sitarum, tanquam unum exigunt, & Illyricum tributum vocant.* Hæc Appianus, quæ ferè coincidunt cum relatis supra ex Strabone.

VIII. Florente igitur, & crescente in primis initiis Romano Imperio, crescebat pariter, & ampliabatur Illyricum, adeò ut non multò post in septendecim, quin & octodecim Provincias distinctum fuerit, quarum pars orientale, altera verò occidentale Illyricum appellaretur. Sextus Rufus scribens ad Valentinianum Augustum circa Annum Christi 370 Provincias, inquit, habet Illyricus septem, & decem, Noricorum duas, Panniarum duas, Valeriam, Saviam, Dalmatiam, Mæsiam, Daciarum duas. Et in Diæksi Macedoniae sunt septem: Macedonia, Thessalia, Achaia, Epiri duas, Prævalis, & Creta. Iisdem prorsus verbis has refert Jornandes, nisi quod duplicet Prævalitanam, adeo que numerum decimum octavum conficiat. Sub Valeriano Augusto circa Annum Christi 263. inter Provincias Illyrici etiam censebatur Thracia;

Ptol. lib. 2.
cap. 17.

Appian. lib.
Illyric.

Sext. Ruf. in
Breviar. c. 8

Jornan. de
regn. succel.
c. 51.



N*o* inserendum in apparatu fol 57 Politicum Prementor:

vt colligitur ex Epistola ipsius Valeriani ad Ablavium Murænam Præfectum Praetorii, in qua de Claudio successore scribit: *Dux factus est, & Dux totius Illyrici: habet in potestate Ibracias, Maealias, Dalmatas, Pannonios, Dacos exercitus &c.* vt est apud Trebellium Pollionem, & observavit Pancirolus, sed circà idem tempus Gallienus Imperator amisit Daciam, quæ posteà nunquam recepta est. Author Notitiæ Imperii sedecim Provincias Illyrico adscribit; Orientali decem: Macedoniæ parvam, Cretam, Theffaliam, Epirum veterē, Epirum novam, cum parte Macedoniæ salutaris, Daciam Mediterraneam, Daciam Ripensem, Moesiam, primam, Dardaniam, Prævalitanam cum parte Macèdoniæ salutaris: Occidentali verò Illyrico sex, Pannoniam secundam, Saviam, Dalmatiam, Pannoniæ primam, Noricum Mediterraueum, Noricum Ripense. Hæc Illyrici ampli-tudo post Constantinum Magnum, aut potius post divisum Romanum Imperium in orientale, & occidentale facta, inclinante sensim Imperio restricta, & mutata fuit pro temporum, & Imperatorum varietate; donec totum Illyricum orientale, quin ferè etiam occidentale, barbaræ, & peregrinæ nationes occuparent. Ultima tandem Illyrici limi-tum assignatio post multa secula facta est à Recentioribus scriptoribus, qui Illyridem ad primævos ferè, quos ante constitutum Romanum Imperium ha-

A. bebat, limites revocarunt. Unde Maginus: sunt qui dicant, Illyridem modo à Junioribus in Sclavoniam, Dalmatiam, & Albaniam dividi, vt pars quidem occidua sit Sclavonia, orientalis Albania, & media inter has Dalmatia. At verò Philippus Cluverius, & post eum Joannes Lucius solam nunc Liburniam, & Dalmatiam Illyrico volunt inclu-fam. De his remporibus parùm mihi curæ est, cum alii longè sint limites Carniolæ: de priscis investiganda fuit veritas, vt constaret quo tempore, quæ pars hodiernæ Carniolæ ad Illyridem pertinuerit. Ostensum autem est, ante natum Christum annis centum, & quinquaginta nullam Carniolæ hodiernæ partem in Illyrico fuisse comprehensam, sensim autem posteà condito, & efflorescente Romano Imperio non modò Japidiam, sed ipsam Pannoniam ad Illyridem pertinuisse: proinde omni dubio semoto dicere possumus, circà initium humanæ salutis, seu Æræ Christianæ Carniolam, quæ ex præfatis Provinciis Istria, Japidia, Pannoniæ parte, vti & Taurisciæ, & Carniæ conflata est, Illyrico fuisse adjunctam: cùm antea multis seculis una ex parte tantùm vicina, & limes, ac terminus esset Illyrici. Serviet hæc observatio ad melius intelligendam Chronologiam. Plura de Illyrico ejusque limitibus reperies apud Lazi A. um, qui satis feliciter hic laboravit.

Laz. Com-
ment. Recip.
Lib. I. c. 7.

§. III.

Pannoniæ etymon, divisio, limites; pars eius olim pars Carniolæ.

I.

Pannoniæ à Græcis Pœ-niam nuncupatam, vti apud Appianum, & alios observare licet, quidam à panis copia nominatam volunt; alii à Pane Deo pastorum, propter soli, pe-corisque præ cæteris regionibus fœ-

cunditatem: à Pannone Moesi filio; vt Beroſo placet; vel Autharii filio Pœ-one ex Illyrio Polyphemi Cyclops nepote, vt Græci fabulantur; vel de-nique à pannorum centonibus, quibus arctim ij populi vestiebantur; vti Dion afferuit: Sed derivare Pannonios facilius

Beroſ. Chald.
Dio. ap. Laz.
Migrat. I. 4.

Appian. in
Illyr.

Strabo l. 6. 7.

lius est allusione nominis, quām veritatis indagine. Nomen à majoribus transmissum teneamus, & quæ certiora sunt scrutemur. Strabo Pœoniam inter Illyricum & Thraciam locat, dum ait: *Quodam enim modo una ducta quasi linea parallelā montes Illyrici, & Pœonici, & Thracii inter se distant, quæ ab Adriatico sinu in Pontum usque perveniat, cujus partes in Aquilonem spectantes inter Istrum montesq; consistunt. In Austrum verò Græcia tellus, &c. in medio autem Pœonia, & hæc celsa tota, è cujus latere utroq; in Thraciam quidem Rhodope propinquus & sublimis sanè mons est post Hænum: altera ex parte ad septentrionem ora Illyrica, & Augaritarum regio, & Dardanica. Sed hic est veteris Pœoniæ situs, ex qua Pannonia postea recentior colonias & nomen accepit: Unde & ipse Strabo de Pœonibus, ac Pannoniis velut distinctis populis agit. Clarè in hanc rem Appianus: *Pœones natio sunt ad Istrum ingens, in longum illa quidem ab Japidibus ad Dardanos porrecta, à Romanis appellati Pannonii, & pars Illyrici crediti, eaq; de causa res Illyricas exequenti mibi nullo modo prætermittendi. Magna genti claritudo ob Agrianos ab ea profectos, quorum opera multò præstantissima in bellis fuit, Philippo & Alexandro Macedonibus navata, Pœones etenim illi ex Inferiore Pœonia sunt Illyriorum colonia. Post rem à Cornelio male gestam in expeditione adversus hanc gentem ingens terror nniversam Italiam incesserat, & segniores postea diu Consules ad ducendum contra Pœones effecit.**

II. Cæterū limites Pannoniæ antequam Romanis pareret; nullus, quod sciam, authorum clarè descripsit. Notius ejus nomen factum est cùm jugum admisit Rōmanum. Plinius ad Meridiem ei assignat limitem *Alpium juga per medium Illyricum à septentrione ad meridiem versa*: ad orientem Mæsiam, ad occidentem Noricum; vt patet legenti. Ptolomæus seorsim superiorem & Inferiorem descripsit; ait quippe:

Plin. lib. 5.
cap. 25.Ptol. lib. 2.
cap. 15.

A. *Pannonia superior terminatur ab occasu monte Cetio, & pro parte Caravanca: à meridie parte Istriæ & Illyridis: à septentrione verò Norici termino, & eâ Danubii parte, quæ est à Cetio monte usque ad divertigium Narabonis fluvii; abortu verò solis inferiore Pannonia. Montem Cetium Lazijs, & alii supponunt esse Calenberg suprà Viennam, quilibet subinde interruptus longo tractu in Styriam protenditur, indeque excurrexit in Carnioliam per ambages, cujus fortassè terminus est prope Labacum eodem nomine insignitus, & Calenberg dictus Germanis. E cujus regione statim prodeunt alii montes, qui in Carinthiam protensi ab B. vna parte illam fecernunt à Carnolia, ab altera verò Carniam, & Forum Julij, quos demum Alpibus contiguos ad Albium montem in veteri Japidia continuari videmus: & hi vno vocabulo mons Carvancas appellati sunt. Cujus nominis adhuc propè Salisburgum extare montem notat Megiserus. Post montem Carvancam est aliis mons, Ocra, cujus tractus à Pannibus ad Carnos protensus, & fortè ulterius, vt infra dicam; nisi sit idem cum Carvanca. Porrò inferior Pannonia sic ab eodem Ptolomæo circumscribitur: *Terminatur ab occasu superiori Pannonia à divertigio Narabonis fluvii: à meridie parte Illyridis, quæ à dicto limite usque ad flexum est Danubii, juxta quem divertitur Saus fluvius. A septentrione autem, & ab oriente terminatur eâ parte Danubii, quæ est à divertigio Narabonis fluvii, usque ad Sai divertigium &c. Fluvius Narabo est is, quem hodie Rabam appellant penes Jaurinum, Saus verò, vel Savus nobis notissimus, cujus origo in Carnolia.**

C. III. Habemus ergò nunc limites utriusq; Pannoniæ, quæ tunc primum dici coeperunt Pannonia Orientalis, & Occidentalis, quando Romanum Imperium divisum est, & novam Romam

Con-

Ptol. cit. cap.
26.

Constantinopolim Cæsares habitare cœperunt. Sub Arcadio, & Honorio Augustis facta est divisio Illyrici in Orientale, & Occidentale, vt testatur Pancirolus: sed multò ante videtur ipsa Pannonia in se divisa, in primam & secundam, ac rursum in Valeriam, & Saviam, & Interamnensem. Valeria dicta est pars inferioris Styriæ, quæ nunc Slavonia est, & Ungariæ pars inter Dravum, & Danubium; alij putant fuisse illam partem, quæ inter Dravum, & Savum sita est, ob id dicta Ripariensis, & Interamnensis: sed errant. Nomen accepisse scribitur à Valeria filia Diocletiani, vt notavit Marcellinus, cujus hæc sunt verba de Constantino Imperatore: *Imperator, ut dictum est, Valeriam venit, partem quondam Pannonicæ, sed ad honorem Valeriae Diocletiani filiae, & institutam, & ita cognominatam; sub pelibusq; exercitu diffuso, per Istri fluminis margines Barbaros observabat.*

Ex quibus colligere fas est, Valeriam non fuisse coercitam inter Dravum, & Savum, sed potius inter Dravum, & Danubium. Quo & illa refer ex Sexto Aurel. Victore: *Cum agrum satis Reipubl. commodantem cœsis immanibus sylvis, atque emissio in Danubium lacu Pelsone apud Pannonicos fecisset, cuius gratia Provinciam Uxoris nomine Valeriam appellavit.* Loquitur hic de Galerio Cæsare, qui cum Constantino patre Constantini Magni imperavit: quæ adversari videntur relatis ex Marcellino, cùm ille à Valeria filia Diocletiani, hic verò à Valeria conjuge Galerij Provinciam scribit denominatam, sed eadem fuit Valeria Diocletiani filia, qui Galerium Cæsarem creaverat, & Uxor Galerij. Lacus Pelsone, alij scribunt Peuso, est, quem modò vocant Neufidler See: ex quo iterum apparet Valeriam Pannonicam fuisse inter Danubium, & Dravum; Lazius vult in tractibus Rackherspurgensi, Petoviensi, & Ciliensi. De Savia Pancirolus hæc habet, quæ fere ad ejus noti-

tiam sufficiunt: *Savia citra Savum, a quo nomen accepit, sita, ubi est Liburnia Correctorem habuit, &c. Hujus Metropolis erat Sisciana, ubi Provinciae thesaurus reponebatur, cui præerat Præpositus thesaurorum Siscianorū Savia nuncupatus. Hic etiam Procurator monetæ Siscianæ sub Comite largitionum monetā percuti curabat. Saviam, & Pannonicam secundam limites Romani Imperij, unus Dux cum pluribus numeris tuebatur, & alius Pannonicam primam. Hæc quia notitiæ Imperij (cujuscunq; tandem sit Authoris) correspondent, arguunt Saviam non tantum intrà Savum, & Dravum coërcitam, sed etiam à parte meridionali Savi extensam fuisse, à qua parte Sisia fuit, inter B. confluentes Colapis, & Savi.*

IV. Brevis hæc Pannonicæ vtriusquè, & vt dicam, superficialis delineatio, lectori ob oculos ponet totam fere inferiorem Carnioliam, excepta illa solùm portione, quam Japidiæ assignabimus; imò hodiernam Carnoliæ Metropolim Labacum, sub nomine Emonæ, sive ut alij scribunt Emonæ, aut denique Hæmonæ in extrema Pannonia ad meridianum limitem constituet. Ptolomæus eam eo loci reputat in tabulis, & situ, quo hodie nostrum Labacum visitur, & nos infrà pluribus explicabimus. Ait enim: *Inter Italiam verò sub Norico Pannonicæ iterum civitas Emona.* Postquam civitates, & loca celebria Pannonicæ superiores enumerâssent, hoc ordine. *Julibona,* quæ aliis Vindobona, Flaviana, Fabiana, Viana, ac demum hodie Viena. *Carnus,* aliis *Carnuntum,* probabili-
C. ter ex Carnia nostra, sive deducta colonia, sive accepta denominatio, hodie creditur esse in ruderibus pagus S. Petronillæ propè Haimburgum, vel vt Cluverius vult, ipsum Haimburgum Austriæ. Passavium ignorantissime posuit Moletius pro Carnunto. *Fexum,* putatur nunc esse Owat in Ungaria Cluverio, vel Ketshe Lazio. *Chertobalus,* aliis

Ptole. cit.

Pancir. Cōmēt. in Not.
Imp. Occid.
c. 62.

Ammian.
Marcell. iib.
19.

Sext. Aur.
Viæ in Cæf.
Constant. c.
40.


Laz. Migrat.
I. 4. Panciro.
Not. Imp. I.
2. de occid.
cap. 63.

Molet. Cōmēt
men in Ptol.
Cluver. in
Vindel. Laz.
Reip Rom. I.
12. cap 6.

Laz. Reip.
Rom. lib. 12.
cap. 6..

Cherolata, seu Gerulata, est Cherburg in ruinis non procul à Rackendorff, qua in Insulam Schuttam ad Danubium iter est. Bregetum, Cluverio est Strigonium, multi putant esse Jaurinum. Sala de qua divinandum. Pætovium, adhuc hodie hoc nomine superstes. Savaria, Rhissia, Vinundria, Bononia, Audantonium, Novidunum, Sacarbantia, Muroëla, Lentudum, Carrodunum, Siscia, Olimacum, Valina, Bolentium, Soroga, Sisopa, Visontium, Prætorium, Magniana, Emona. De quibus conjecturæ

A. variorum variæ, paucæ ex illis certæ. Dicemus de his aliquid intra, vbi Carnioliae nostræ antiquas Colonias, & vrbes disquiremus. Videtur autem Ptolomæus nonnisi præcipuas hoc loco civitates enumerasse, quia in Antonini Itinerario, & apud alios authores plurimum fit mentio, quarum Ptolomæus oblitus est, ut *Castra Variana*, *Menejana*, *Quadrata*, *Bilbilis*, &c. de quibus suo loco quantum satis.



§. IV.

Taurisciæ notio, limites, & an aliquando Carniolæ portio.

I.

az. Migrat.
b. 6.

Vulgi opinio est sub Taurisco-
rum nomine Styros tantum
latere sic dictos à Germanico Stier quod Taurum so-
nat. Quomodo verò se res habeat, mox
constabit. Nomen vnde fluxerit am-
biguum est. Lazius ex Berofo, inquit:
Teyram Jovis fratrem post diluvium
egressum ex Persia, vbi Taurus mons,
& Tauri populi gentis primævæ initia
demonstrant, venisse longis itineribus
in Europam, ibique primò omnium
haud procul à Ponto Euxino consedisse, vbi Tyragetes, & Tyras fluvius ab
ipso nomen traxerunt. Ab his finibus
ad Danubij ripam se contulit, vbi Tau-
runum ad Istri, & Savi confluentes.
(Alba Græca nunc dicitur) condidit,
& in Carpatho monte Teuriscos collo-
cavit. Sed foecundiora loca inquisitu-
rus in Germaniam abiit, vbi Thuringiæ
regnum auspicatus Teuriscos, & Tau-
riscos in Celticas Alpes propagavit.
Sed ista, & fabulis similiora sunt, &
Thuringorum nomen tantam antiqui-
tatem non sapit, vt taceam quod neque
nominis affinitatem habeant Thuringi-
cum Tauriscis. Ejusdem farinæ est illa
derivatio, quam idem Lazius refert:

A. Phocenses navigiis profectos in Gal-
liam, vbi Massiliam condiderunt; ab
insigni quoq; Tauri, quo navis ornaba-
tur, aliam extruxisse civitatem, quam
Taurinum appellaverunt. Et deniq;
ex Marcellino illud his affine promi-
potest: Agens de Gallorum origine
sic loquitur: Regionum autem incolæ id
magis omnibus asseverant, quod etiam nos
legimus in monumentis eorum incisum,
Amphytrionis filium Herculem, ad Geryo-
nis, & Taurisci sævorum Tyrannorum
perniciem festinasse, quorum alter Hispanias,
alter Gallias infestabat: superatisque
ambobus, &c. suscepisse liberos plures,
B. *& eos partes quibus imperitabant suis no-*
minibus appellasse. Addit subinde eâ oc-
casione Herculem per Alpes primum
transitum aperuisse, & eas denominas-
se. Dic Lazi ab hoc Taurisco quem
Hercules peremit, Taurisciam, & Tau-
riscos populos appellatos.

II. Aliam viam ingreditur Clu-
verius, & putat Tauriscos appellatos à
montibus quos incolebant, quos Cel-
tica lingua *Taurn* appellarunt, hinc
illa nomina: Krumler Taurn, Windisch
Taurn, Felber Taurn, Karn
Taurn, Castein Taurn, Vellacher
Taurn,

Matel. lib.
15. cap. 23.
Steph. By-
zant. lib. de
verbib.

Cluver. viii
de. cap. 2.

Taurn, &c. Ego mallem à Tauris derivare, quorum in hisce montibus, & apud hos populos magnus usus, cùm loco equorum jungantur ad currus, & in magna copia passim habeantur; videturq; suadere recentius nomen Styrorum, qui vetus nomen Latinum Tauriscorum mutarunt in Germanicum Steyerer à Steier, quod Taurum sonat, vnde & antiquitus Taurum in suis insignibus habuisse feruntur, cui postmodum flammivomam substituerunt Pantheram. Cluverium miror, quod vocem Tauriscorum putet à Germano vocabulo desumptam die Thaurischen / cum potius Germani id nomen à Latinis acceperint, videanturq; montes dicti Thaurum à Tauris. Meminisse oportuit Taurisciæ nomen huic regioni impositum à Latinis, nec constare quomodo appellata sit antiquis temporibus ab ipsis inquinilis Germanis. Si forte, uti modo Steyer / clarum est, quod à Tauris nomen habeat. Non minum allusionem non improbo, sed ei non judico inhærendum, vbi alia suppetunt in contrarium argumenta. Tam populos igitur, quam montes à Tauris appellatos credibilius est. Denique de Tauriscorum etymo divinare, & definire aliorum sit labor; nos ejus regionis limites inquiramus.

III. Adeò sive antiquum, sive non diuturnum nomen fuit Tauriscorum, ut nullus Geographorum veterum limites Taurisciæ assignaverit. Causa forte fuit, quod huic nomenclaturæ successerit nomenclatura Noricorum. Strabo: *Circa Aquilejam maxime in Tauriscis, qui Norici dicuntur, &c.* Plinius verò: *Juxta Carnos, quondam Taurisci appellati, nunc Norici: his contermini Rhæti, & Vindelici.* Quodsi ita est, quod Taurisci & Norici sunt idem populus, eadem natio, ex limitibus Norici patebunt limites Tauriscorum; sed video in hoc tergiversari nonnullos. Strabo iterum: *Permixtæ sunt Ibra-*

cibus intra Istrum colentibus Gallicæ gentes Boii, & Scordisci, & Taurisci. Ecce Tauriscos extra Noricum in ipsa Thracia. Idem Strabo: *Intimo Adriatici sinus recessui, & locis ad Aquilejam, Noricorum quidam incolunt & Carni.* Noricorum sunt etiam Taurisci. Quæ verba denotant Tauriscos referri ad Noricos, ceu speciem ad genus. Et ita profectò est. Vanè igitur Cluverius illum inter coeteros titulum ponit: *Ostenditur omnes Alpinos populos, quorum pars maxima Vindelici ac Norici, quondam Tauriscos fuisse dictos.* Qui sunt enim illi omnes Alpini populi? Carni, Carinthi, Styri, Norici, Vindelici, Rhæti. Hi profectò sunt populi Alpium inquilini, sed non omnes Taurisci. Vindelicos, & Rhætos Plinius excipit. *Quondam Taurisci appellati, nunc Norici: his Contermini Rhæti, & Vindelici.* Esse conterminos, non est esse cognatos. Carnos idem Plinius eximit à Noricis, igitur, & à Tauriscis, tametsi Alpes inhabitent: *A tergo Carnorum, & Japidum, qua se fert magnus Ister, Rhetis junguntur Norici.* Carni ergò non censentur inter Noricos, Rhæti non censentur inter Noricos, ergo nec inter Tauriscos, cum Taurisci pars sint Noricorum: & de quo prædicatur, vel non prædicatur species, de eodem, & genus. Allegat ipse Cluverius in suum favorem verba eiusdem Plinij: *Incole Alpium multi populi, sed Illustres à Pola ad Tergestis regionem Secusses, Subocrini, Catili, Mænocaleni, juxtaque Carnos quondam Taurisci appellati, &c.* Sed hæc totum titulum Cluverij evertunt. Nam ipse dicit omnes Alpini populi fuerunt olim Taurisci. Plinius econtra dicit Secusses, Subocrinos, Catilos, Mænocalenos fuisse populos Alpitos, non tamen Tauriscos, sed alios quosdam appellatos Tauriscos fuisse, qui erant juxta Carnos.

IV. Tauriscos igitur illos solum mihi ego fuisse persuadeo, qui incipiendo à meridie post Japodes montem

Caravancam accoluerunt, per superiorem hodiernam Carniolam, partemq; Carinthiae, Styriae, & Salisburgensem ditionem in montibus coarctati, quorum limites nemo exacte valeat designare; quia nomine Tauriscorum exoleuisse ferè censendum est, priusquam Geographica scriberent iij authores, qui extant; & ejus loco successit vocabulum Noricorum. Strabo Taurisciæ quidem meminit; sed simul etiam Norici, quod in illius locum succedebat. Hinc Nauportum (hodie nobis dicitur Verchnick) linguâ vulgari, seu Oberlaybach linguâ Germanicâ) vocat Coloniam Tauriscorum. ^{Strabo lib. 7.} Post promontorium ex Aquileja conffendentibus Nauportum stadia sunt 350. ad quam rhabda perducuntur. Ea verò est Tauriscorum colonia. Sed alibi Tauriscos dicit esse Noricos, aut Noricorum partem, ut ex supra relatis constat. Eodem modo Plinius Noricos agnoscit, qui prius erant Taurisci. Populos ergo illos censendum est fuisse Tauriscos, quos modo diximus, qui à meridie septentrionem versus post Japodes mon-

A. tem Caravancam ab utroq; latere usq; ad Alpes Rhæticas penes Carnos incoluerunt, occupata Carinthiae parte, & Styria superiori tota cum parte inferiori. Unde in Carniola Verchnick seu Hyperlabacum, Pillichgræcium, Lopolim, Crainburgum, Wochiniam, Rattmonstorffium, Neumarkhtam, & quidquid Carinthiam attingit Tauriscis attributum fuisse existim', ut de Carinthia, & Styria curam aliis relinquam. Hæc omnia ex sequenti paragraphe clarius elucescent. De illis vero Tauriscis, qui Thraciam coluerunt cum Scordisciis, idem erit sentiendum, quod de Gallis, qui in Asia conserunt, & qui Galatae postea dicti sunt; quod scilicet fuerint coloniæ è Taurisia deductæ: non quod in Thraciam usque protensa fuerit aliquando Taurisia: quod vel ipsa Strabonis verba denotant, permixtae sunt Thracibus intra Istrum colentibus Gallicæ gentes, Boii, & Scordisci, & Taurisci: gentes ait per mixtas Thracibus, non regionem pretensam in Thraciani.

§. V.

Norici notio, limites, divisio, ejus pars olim pars Carniolæ.

I.

B Herculis Alemanni Germaniae Regis, qui tempore Moysis Legislatoris Israëlitici regnasse creditur, filio natu maximo, Norige vel Norico dictum esse Noricum vult persuadere Aventinus, eq; applaudens Lazi, qui ex vestito (ut ait) Annalium libro hæc de- promit: Boarij traduntur ab Armenia oriundi, qui cum magna multitudine de fibibus suis egressi, hanc terram sunt ingressi, expulsisque Aboriginibus, pro eis habitare, & terram de nomine Ducis Bavariae Bavariam nominaverunt. Hanc post multos dies Norix filius Herculis expugnans, Noricum de suo nomine vocavit.

Aenvtin. I.
. Annal.
soic.

az. migrat.
h. 2.

A. Quis non videat imò rideat hujusmodi figmenta? Constat enim Bavariæ nomen multò esse recentius, quam Norici: Constat Bojos extra Noricum habitasse olim, ubi nunc Bohemia ab illis dicta Bojohæmia, alias quoq; in Italia, qui postmodum in Pannoniam migrarunt, ubi Deserta Boorum antiquis nominata: priusquam Bavari vel Bavariæ nomen auditum fuisset: quomodo ergo hic nescio quis Norix mille circiter, & quingentis annis ante Christum natum expugnare potuit Bavros, quos aliqui sic dictos putant, quasi Bojo-Avares ex Gemina natione conflatos, aliquot seculis post Christum natum?

tum? Norigem aliquem, vel Noricum aliquando sive Regem, sive Principem Germanum fuisse, haud temerè negaverim, sed recentiorem fuisse oportuit, quiq; paulò ante Strabonis ætatem viixerit, ac Tauriscorum nomini suum nomen substituerit. Nam vti ex Strabone, & Plinio, suprà relatis colligitur, Norici nomen recens fuisse videtur, quando illi scribebant. Et vt fuerit aliquanto antiquius, non certè posterius nomine Bavariæ. Piget evolvere, quæ alibi in hanc rem congerit Lazijs, nullo solidi nixa fundamento.

II. Limites investigemus. Paucis eos complexus est Plinius : *A tergo Carnorum & Japidum, quæ fert magnus Ister, Rhætis junguntur Norici, &c. Noricis junguntur lacu Peiso, deserta Boiorum, jam tamen colonia Divi Claudi, Sabaria & oppido Scarabantia Julia habitantur.* Quasi diceret: Noricum à meridie habet Carnos, & Japydes; à septentrione Danubium; ab occidente Rhætos; ab oriente Boiorum deserta: Sed clarius in hoc procedit Ptolomæus *Noricum terminatur ab occasu Oeno fluviō; à septentrione Danubii parte, quæ est ab Oeno, usque ad Cetium montem ab ortu verò solis ipso monte Cetio: à meridie verò parte Pannoniæ superioris, quæ sub dicto est monte; & quod inde est suprà Istriam, eo monte, qui Carvancas appellatur.* De limite occidentali & septentrionali non labore: quia constat, quod Oenus per Tyrolim fluens Passavij miscetur Danubio, & Cetius mons propè Viennam ad eundem Danubium incipiat, longoque tractu feratur Celeiam usque, imò vt ego existimo planè ad ripam Savi, eique imminentem montem dictum hodie Calenberg, eodem scilicet nomine, quo propè Viennam initium Cetii appellatur: de sola parte meridionali Norici difficultas est, quam oportet discutere, quia Ptolomæi verba non nihil obscura sunt: *A meridie verò parte Pannoniæ superioris*

A. *quæ sub dicto est monte. Et quod inde est suprà Istriam eo monte, qui Carvancas appellatur.* Hic quatuor ostendenda sunt, 1. quæ sit illa pars Pannoniæ superioris Norico à meridie contermina 2. quis sit ille mons dictus Carvancas. 3. quinam fuerint in quilibet Carvancæ eo tempore, quo scribebat Ptolomæus. 4. cum dicat Ptolomæus *monte super Istriam*: an Istria tunc immediate fuerit contermina Norico. His benè expensis constabit, quinam fuerint veri limites Norici. Certum autem est Carniam & Japydiam (vti ex Plinio dictum) fuisse Norico proximam & contiguam: imò & Pannoniam ab una parte, vt habet Ptolomæus. Certum est etiam B. quod omnes hæ Regiones saepius mutaverint suos limites, quia divisio eorum dependebat, vel ab ipsorum populorum Fortuna, qui se modò contrahebant, modò latius diffundebant; vel à Principum præsertim Romanorum arbitrio, qui sensim occupatis regionibus singulis suos fines ac limites designabant. Unde certi ac stabiles limites neque Norico, neque aliis regionibus assignari possunt, sed tales, qui vt plurimum, vel diutius perseverarunt. Nostra quæstio procedet de temporibus Plinij & Ptolomæi, cum alii antiquiores de hac re nihil prodiderint.

III. De primo itaque puncto sic sentio, quod pars Pannoniæ superioris, quæ limitem Norici ad meridiem constituit, sit ipsa nostra Carniola à confluentibus Saanæ ac Saui Labacum usque penes ripam ejusdem Saui ab oriente in occidentem tendens. Et si Nauportum quoque, seu Hyperlabacum, quod Strabo appellavit Tauriscorum coloniam, Tacitus verò Pannoniæ tribuit, velis accensere Norico, jam rursus concedendum erit, quod ipse fluvius Nauportus, seu Labacus per trium milliarium spatium ambierit Noricum à parte Orientali, sicuti suprà ab eadem

Laz. migrat.
lib. 7.

Plin. lib. 3. c.
24.

Ptol. lib. 2. c.
24.

eadem parte mons Cetius: vel si non ipse fluvius, saltem propinquus illi mons Carvancas, quem alibi dicemus esse propè Labacum, & procurrere usque Hyperlabacum seu Nauportum. Ex quo sequitur, quod quidquid terrarum Celeiā usque ad montem Calenberg vicinum Labaco intrà Saanam, & Savum ejusque ripam septentrionalem continetur, id totum pertinuerit ad Noricum: nimurum Franz, vallis Mednica, Adrans, seu Dranbetg, Stain, Podpetsch, Monsburg &c. à fortiori cætera, quæ Carinthiam versus sita sunt, Crainburgum, Rattmonstorffium &c. Quod verò hoc ita se habeat puto probari posse ex ipsius verbis Ptolomæi, qui alibi factâ mentione fluvij Savi ait.

Ptol. lib. 2.
cap. 16.

Quod juxta divertigium Sai fluvij est, qui & ipse per duas extensas Pannonias Cetio monti jungitur. Certè si Cetius mons ut contendit Cluverius ad Celejam terminatur, nusquam Sauus jungitur Cetio: sed si monten Cetium producas ad ripam usq; Savi propè Labacum, ubi mons Calvaester, ferè similis, & æquè magnus ac initium Cetij propè Viennam, eodemq; nomine appellatus, Calenberg ipsi ripæ Savi imminet; verissimum erit, quod Savus Cetio jungatur. Et quia aliunde ex Ptolomæo habemus, quod Carvancas mons Cetium attingat, Carvancas autem idem sit, qui hodie dicitur Craingebürg / manifestum est, quod Cetius usq; ad ripam Savi, & nostrum Calenberg producatur, cum hic primum propriè incipient montes dicti Craingebürg. Hæc de primo punto.

I V. De secundo infrà suo loco plura differam, hic satis sit insinuare, quod Carvancas, si non idem est cum Carnicis Alpibus, saltem illis vicinus, & contiguus dici debet: Incipit autem, ut dictum post Cetium montem seu nostrum Calenberg ad ripam Savi, & à parte occidentali Labaci procurrit vario flexu Hyperlabacum, seu in O-

A. berlaybach, ubi divisus partim Istriam versus fertur, partim à dextro latere Julianæ Alpis reflectitur versus Idriam, & ultra Lisontij primum, dein Savi, mox Natisonis originem ac fontem. Et in hoc assentior Cluverio, quod Noricum à Carnia separetur ad originem Natisonis, & quod ultra in occidentem excurrit. Nego verò id quod ipse existimat, à confluentibus Saanæ, ac Savi ad Saanæ fontem, dein immediatè ad Savi fontem limites esse, ut totus Savus includatur Pannoniæ partim, partim Carniæ veteri: hoc enim neq; cx Ptolomæo, neq; ex alio antiquo colligi potest. Verum interim est, quod Savus (vt Plinius ait) oriatur ex Alpibus Carnicis, hæc quippe una cum Carvanca flectuntur primò à Septentrione in meridiem propè Labacum, Hyperlabacum, inde ab oriente in occidentem paulo ultra Idriam, demum ab Idria ad fontem Lisontij, à meridie in septentrionem, ob quam fortè causam mons hic dictus est Carvancas, quasi Curvanicas, quod curvetur à parte una ad alteram. Hinc patet, quid sentiendum de tertio punto. Nam habitaverunt ab occidentali, & meridionali parte Carvancae, & in ipso monte Carvanca Carni, quibus ad meridiem per Oram, Carufadium & Albium contigui fuere Japydes, ut infra dicemus, ad septentrionem verò Norici.

V. Quod verò dicat Ptolomæus, *quod inde est suprà Istriam, eo monte, qui Carvancas appellatur*: Non ita intelligendum, quod Noricum ipsam Istriam attigerit, sed mediante Japydia, & Carnia, quia idem ipse etiam dicit: *Tenent autem Provinciam, qui Istriæ barent Japydes*: penes Japydes verò fuisse adhuc Carnos, ita ut Carni occidentales, Japydes verò orientaliores fuerint penes Noricum, id aliunde posteà investigabimus, & Carnia septentrionem versus ubi Noricum attingebat, saltem ad Iulium Carnicum extendi debet. Hinc con-

Ptol. cit.
cap. 14.

conclūdes, quod errēnt illi, qui Goritiam volunt Norico includere, eamq; fuisse veterem Norejam existimant, vti Bertius, qui ait: *Noricum incipit ab Oeno fluvio, protenditur ad Ortum Pannionam usq; superiorem, à meridie autem terminatur monte Carvanca, & Alpibus Noricis, ad Italiam usq; à septentrionibus autē Danubio.* Hæc vera sunt aliqua ex parte, quod scilicet à meridie terminetur Noricum Alpibus Noricis, quæ sunt montes illi Carinthiæ Villaco ad Pontē Fellæ protensi, adeoq; secundum Bertium Goritia excluderetur à Norico, quia est magis meridionalis, quam Alpes Noricæ. Unde quæ subjungit Bertius vera esse non possunt. *Nunc autem habitant occasum versus Bavari: ad ortum verò est Provincia, quæ Ens ex fluvij Anassi nomine vocatur, & Austria pars: ad meridiem autem Styria.* In Alpibus verò habitant Carnici, partimq; Croati gens Slavonica. Comprehenditur quoq; Norici nomine Comitus Goritiensis, & Ciliensis, regionesq; adjacentes. Nec Bavari hodie antiquum Noricum colunt, quia trans Oenum sunt non cis Oenum: nec ad meridiem sunt Styri, sed pars solùm inter Austria, & Carnioliam media ad orientem: nec viam Noricum attingunt Croati, procul inde remoti: nec Comitus Goritiensis potest spectare ad Noricum, si Julium Carnicum suprà Goritiam ad septentrionē situm adhuc in Carnia fuit, vti nō mē indicat, & colligitur ex Ptolomæo.

V I. Pauli Diaconi descriptio æ-
què videtur vitiōsa, nisi fortè ejus tem-
pore Noricum magis fuerit amplia-
tum circa annum Christi 700. Ità
quippe ille limites assignat: *Norico-
rum Provincia, quam Bojariorum popu-
lus inhābitat, habet ab Oriente Panno-
niam, ab occidente Sueviam, à meridie Ita-
liam, ab Aquilonis verò parte Danubij
fluenta. Austriam superiorem seu su-
prà Anasum tunc fortè coluerint Ba-
vari, cis Oenum, & Danubium; sed an
ab occidente usq; in Sueviam exten-*

A. sum fuerit Noricum, valde ambigo; nisi per Sueviam intelligat Rhætiam. Limes verò meridionalis obscurè indicatur per Italiam, sed haud dubiè intelligit Carnos Italiæ attributos, qui ejus tempore jam etiam Japydiam posteriori ex parte occupaverant. Cluverij porrò assignatio limitum præ aliis placet, si modo vltra Celejam meridionalem partem Norici extenderet, quam ego usque Hyperlabacum producendam existimo, Stabonis auctoritate persuasus, qui Nauportum dixit Tauriscorum coloniam. Libet afferre verba Cluverij: *Limites igitur nunc tua* Cluver. No-
tio. cap. 5.
tuu universo Norico præter Oenam, &
Danubium amnes, montemque Cetium ad
B. *Celejam usque oppidum, & Saanae Saviq;*
confluentes. Hinc porrò aliud montium
jugum, quod à dictis confluentibus inter Sa-
vum, & Saanam ab ortu in occasum ad
Savum, & Dravum, ad Savi primum,
deinde jam Alpium Carnicarum Norica-
rumq; nominibus ad Natisonis fontes: hinc
verò in septentriones versus ad fontem Fel-
læ amnis, qui apud oppidum Venzonum Ti-
lavempto redditur. A dicto porrò fonte in
occasum versus ad vallem usq; cui vulgo vo-
cabulum Inchiaro. Per hujus medium li-
C. *neâ inter Æmoniam, & Julium Carnicum,*
ex ortu in occasum, ad monte usq; Setium,
qui amnes Deam, Gailam, & Plavim fun-
dit, ductâ Noricos à Carnis submoveo. Ex
hac descriptione appetet, quod Cluve-
rius plus æquo parcus fuerit, Bertius
verò supra plus æquo liberalis in limiti-
bus Norico assignandis. Interim nolim
pertinaciter obniti, quod non aliquan-
do Noricum æquè restrictum fuerit v-
ti vult Cluverius, aut æquè amplum
vti vult Bertius, qui ut saepius monui,
saepius limites populorum, aut Princi-
pum fortunâ, vel arbitrio variabantur.

VII. Facessit tamen non nihil ne-
gotij nostræ limitum designationi Pto- Ptol. lib. 2.
cap. 14.
lomæus, qui inter populos Norici re-
censet : *Sevaces*, *Ambisontios*, *Ambi-*
D *dravos*,

dravos, Ambilicos. Quos licet Cluverius fateatur se nescire, qui illi, & vbi siti fuerint; ego tamen infrà suo loco dicam Sevaces esse Savaces, sive Savi accolas, Ambifontios vtramque ripam Sontij, Ambidravos, vtramque ripam Dravi colentes, & pro Ambilicis legendum Ambilisos à Lisera fluviò Carinthiæ: quo supposito videtur sequi, quòd Noricum Ptolomæi ætate ad Lisontium, & consequenter ad Comitatum Goritiæ extensum fuerit. Accedit vis argumento, quia Ptolomæus Carnos valdè restrinxit, & quasi intra Tilauemptum, & Natisonem solum inclusit, vt patet ex ejus textu; videtur proinde cœtera usque ad Japydes Norico attribuisse. Hoc sanè favet Bertio, Candido, & sequacibus, qui Goritiam volunt esse antiquam Norejam, vel saltem, ei proximam, & Norici partem. Nihilominus quia idem Ptolomæus ponit *Julium Carnicum inter Italiam, & Noricum*: videtur assignare ab ea parte meridionalem limitem Norici *Julium Carnicum*, quod Goritia sat procul distat septentrionem versus; vt proinde non omnes Sontij accolas, sed solum superiores circà originem Sontij, nec omnes Savi accolas, sed tantum eos, qui ab origine ad usque confluentes Sauræ, & Savi habitabant, Norico videatur adscribere. De Ambidravis nulla est controversia, quia accolæ Dravi quasi medium Norici occuparunt; de quibus extat antiquum vestigium in lapide Villaci reperto, vt est apud Lazium, cum hac inscriptione.

ENINA. F. UXOR. V.V.
F. AMBIDRABO. F. EQUI TI
AUXILIARIO. &c

Atque ex his liquet, quos olim limites, vt plurimum habuerit Noricum, qui an, & quando, & vbi, sive magis extensi, sive magis restricti fuerint, nimiris operosus, & fortè frustraneus foret labor, inquirere. Zosimi Græci locus hic nobis adducendus re-

stat, qui ait de Alarico Regè Gothorum: *Ad Stiliconem quidam nuntium pertulit, Alaricum relictis Epiris, & angustiis, quæ ex Pannonia transitum ad Venetos impediunt superatis apud Hemonam urbem consedisse, &c.* Hemonam igitur progressus Alaricus, jam superatis Apenninis montibus ad Noricum accessit. Hi montes extrema Pannoniae finiunt. Ex his videtur apertè colligi, quòd Alaricus ex Epiro per Liburniam, & Japydiam iter fecerit Hemonam, relictæ ad sinistram Carso, & Alpibus Juliis, quæ Goritiam, & ad Venetos ducunt: Hemonam verò progressus sit ad Alpes Carnicas (quas malè Apenninos montes Zosimus appellat) adeoque per superiorem Carnioliam in Carinthiam iter suscepit, vt Noricum ingredieretur. Qua ratione videtur excludi Goritia à Norico, inter quam, & Noricum Alpes Carnicæ intercedunt.

VIII. Regnum verò fuisse aliquando Noricum, testatur Suetonius in Tiberio: *Toto Illyrico, quod inter Italiam regnumque Noricum, & Thraciam, & Macedoniam, interque Danubium flumen, & sinum Maris Adriatici patet, per domito, &c.* Et Julius Cæsar in Commentariis: *Duae fuerunt Ariovisti uxores, una Sueva natione, quam domo secum adduxerat, altera Norica, Regis Vocationis Soror, quam in Gallia duxerat, à fratre missam.* Et Vellejus Paterculus: *A Carnunto, qui locus Norici regni proximus, &c.* Postquam à Romanis subactum fuit in duas dividebatur Provincias Illyrico Occidentali conjunctum: alterum Ripense, alterum Mediterraneum, de quibus meminerunt Sextus Rufus, Jornandes, Herodianus, Notitia Imperij. Ripense dictum, quod Oeni, & Danubij ripas attingebat, reliquum Mediterraneum, & hoc habebat Præsidem Perfectissimum, vt notavit Panzirolus, & colligitur ex vetusto lapide Celejæ eruto. Cujus hæc est inscriptio.

Sueton. in Tib.

Jul. Cæs. de bell. Gall. I.

Vellej. lib. histor. nro. 9.

Ruf. Brev. n. 8. Jorn. de regno. suc-cess. Herod. in Alex.


Panciroli. Comment. ad Not. Imp. occid. c. 62.

MARTIANUS V.P. PRÆSES
PROVINCIÆ NORICI ME-
DITERRANEI.

Aventinus iterum subdivisit Me-
diterraneum in superius ac inferius.
Noricum, inquit, *Mediterraneum pri-
mum, sive superius Boij trans Oenum,*
*& Tyrolij possident. Noricum mediter-
raneum inferius atque secundum Styrios,*
Carionas vocamus. Trans Oenum non
agnovit ullum Noricum Ptolomæus,
licet Irenicus illud in Nariscos ultra

A. *Danubium extenderit, quo jure, ipse
viderit. Ptolomæus intra Oenum, &
Danubium coërcet Noricum, vt supra
vidimus. Norimbergam à Norico no-
minatam non negem, sed in Norico
eam fuisse nullus veterum afferuit: co-
loniæ fortè è Norico illuc ductæ fue-
rint. Per Carionas verò affectatâ voce*
Aventinus intelligit Carinthos.

Et hæc de No-
rico.



§. VI.

Istria, notio, limites, cuius pars hodie pars
Carnioliae.

I.


Striæ, vel ut multi scribunt,
Histriæ nomen plerique au-
thores flumini tribuunt Istro,
quem ex ea regione in Adria-
ticum Mare effundi crediderunt. Pau-
lus Diaconus: *Histria ab Histro flumi-
ne cognominatur.* Pompeij Trogibrevi-
viator Justinus; vbi recensuisset Ar-
gonautas, qui Jasone comitabantur
ad Aquilejam consedisse, addit: *Hi-
striæ ex vocabulo amnis, quo à mari con-
cesserant appellati: Scylax Carianden-
sis: Post Venetos Istrorum est gens, &
amnis Ister, qui in Pontum etiam effundi-
tur.* Clarissimè Plinius, errorem o-
stendens antiquorum: *Formio amnis,
antiquus autæ Italia terminus, nunc verò
Istria: quam cognominatam à flumine
Istro, in Adriam effluente è Danubio am-
ne, eidemque Istro ex adverso Padi fau-
ces esse, contrario eorum percussu mari
interjecto dulcescente; plerique dixeré
falsò, & Nepos Cornelius etiam Padi
accola. Nullus enim ex Danubio amnis
in mare Adriaticum effunditur. Dece-
ptos credo, quoniam Argo navis flumi-*

B. *ne in mare Adriaticum descendit, non
procul à Tergeste: nec jam constat quo
flumine, &c. Similiter Strabo: Alij
etiam Istrum quandam fluvium, ex ma- Strabo l. 1.
gno Istro ortum in Adriam influere ajunt.
Istros ergo ab Istro flumine nomi-
natos antiqui, & potissimum Græ-
ci, qui de Jasone, & Argonautis
scriperunt, existimant, ob quem
tam manifestum (vt putant) erro-
rem, plurimi Recentiores fabulam
esse censuerunt, quæ de Argonau-
tarum cum Jasone expeditione ve-
teres tradidere. Sed nullus haëte-
nus sive Historicus, sive Geogra-
phus remota, & non uisa scripsit,
cui non aliquid humanum accidis-
set: neque idcirco narratio tota
fabulosa est, quia easu fortè inser-
tum est nomen minùs congruum.
Istros ab Istro flumine cognomina-
tos facilius crediderim, quam ab Istro
de quo Aventinus absque fidejusso-
re: *Tuisco Germanorum, & Sar-* Avent. lib.
*matarum conditor Istrum filium E-
bri in hanc regionem (Noricum)**

cum colonis misit, qui Danubio & Istriæ celebre ad posteros nomen dedit. Istria non uno fluvio irrigatur, quorum nomina longo temporum tractu mutari potuerunt, & fortasse qui modo Risanus dicitur, olim appellatus Formio, primis illis temporibus Ister fuit, quem deinde ob nominis similitudinem male confuderunt alienigenæ cum alio Istro, seu Danubio. Deinde nihil impossibile fuit, ut Istria à remoto illo Istro, seu Danubio nomen sortiretur, cum forsan Argonautæ, vel Colchi illum sibi felicem experti, quando egressi è Ponto illum subierunt, & adverso flumine navigarunt, regionem postea, quam adierant, ejus nomine insignierunt, & si nominari potuit I-

*stria (ut Maginus Catonem allegans suspicatur) ab Istro Italo Principe, quem Janus eo miserit, cur non etiam à navi Argonautarum, quæ per Istrum fluvium, dein Savum, & Nauportum Jasonem vexit? Ea sanè opinio fuit Isidori qui ait: *Istrorum gens originem à Colchis ducit, qui missi ad Argonautas persequendos, ut à Ponto intraverunt Istrum fluvium; à vocabulo amnis, quo à mari recesserant, appellati sunt.* Et sic etiam legenda esse illa Justini verba supra allegata meritò putat Cluverius,*

recesserant substituendo pro concesserant. Et quid si illi antiquiores authores, qui primi scripsierunt Istro flumine in mare Adriaticum defluxisse Jasonem, vocem *Istro* adiectivè sumpsisserent pro fluvio Istriano, vel Istriano, non exprimendo quali flumine, cum forte regionem cognitam non satis haberent? Verùm sive à flumine regio, sive ab aliquo ejus nominis principe, sive aliunde vocata sit Istria, antiquissima prefecito ejus est nomenclatura, Græcis Latinisq; authoribus celebrata; & multò magis, quæ hoc nomine gaudet Provincia. Cassiodorus ita eam effert:

Cassiodorus ita eam effert: Commeantium attestatione didicimus Istriam Provinciam matribus egregiis fructibus

A. sub laude nominatam, divino munere gra- vidam, vini, olei, vel tritici præsentि anno fœcunditate gratulari. Et post nonnulla: Est enim proxima vobis regio supràsi- num maris Jonij constituta Olivis referta, segetibus ornata, vite copiosa: vbi quasi tri- bus uberibus, egregiâ largitate largitus, o- mnis fructus optabili fœcunditate profluxit, quæ non immeritò dicitur Ravennæ Cam- pania: urbis Regiae cella penaria; volu- ptuosa nimis, & delitiosa digressio. Frui- tur in septentriones progressa cæli admi- randâ temperie. Sed jam ad limites.

II. Pro temporum varietate varij sunt sæpè limites Provinciarum, & quod vni decedit - accedit alteri. Istriæ termini ab occidente, & meridie marc

B. Adriaticum, eâ tamen ratione, quod primò vsq; ad fontes Timavi extende- rentur, deinde solùm vsq; ad Formio- nem amnem, qui ex montibus vici- nis fluens à septentrione in meridi- em, mox in occidentem flexus in mare Adriaticum se effundit. A septen- trione Istriam distinguit à Japidibus Alpium juga Albia dicta: ab oriente di- eti Japides in Liburniam producti, & amnis Arsia penes Flanaticum sinum in meridiem à septentrione decurrens, & ab Istria secernens Albonam Flavo- nam, &c. Fuit ergò antiquitùs intrà fi-

*C. nes Istriæ Pucinum, Duinum. Terge- stum; Mugia, & reliqua vicina loca, quæ successu temporis exclusa sunt. Huc coincidunt, quæ Maginus de I- stria profert: *Hujus terminum ab Occi- dente Petrus Copus in Istriæ Cosmographia, & alij Timavum amnem constituunt, & sic Tergestum, Mugilam, & Duinum I- striæ adnectunt: verùm rectius cum Lean- dro Alberto Plinium in sequento ab occasu fi- nes erunt Formio amnis, & pars maris Ad- driatici: à meridie mare Adriaticum, at- que etiam ab oriente mare cum Arsia fluvij Ostio, ubi incipit Liburnia, à septentrione verò Alpes, quæ Carniolam, & Panno- niā ab Italia submovent. In eo tamen, errat Maginus, quod ibidem notet,**

Istriam

Magin. in
descript. Ist.

Ist. origin.
l. 9. c. 2.

Cluver. Ital.
lib. 1. c. 21.

Bleau. in
Tab. Geogr.

Magin. in
descript.
Ist.

Istriam Plinio teste Japidiam olim diciam fuisse. Nihil simile est apud Plinium. Fortè ex eo putavit ita sentire Plinium, quià dixit Plinius Carnorum regioni junctam esse Japidiam, cum ipse Carnis conjungat Istriam; sed vtrumque verum esse potest, vt videlicet Istris olim ab occidente, quin & à septentrione ex parte contermini fuerint Carni, à Septentrione, & Oriente Japides; prout illos defacto ambiunt Carnioli, & mox ab Orientali parte Liburni. Neque uspiam deprehendo apud Plinium, quod Albios montes, qui à Japidibus insidebantur, Istriæ tribuerit, quin potius nobiscum expresse posuit Formionem amnem Istriæ terminum, qui Japodes & Carnos distinxerit ab Istris. Strabo de antiquo limite Septentrionali loquens, ait: *Post Timavum Istrorum usque Polam littus est, quæ Italæ adjacet. In medio Tergeste Castellum est.* Unde Strabonis ætate Istriam adhuc fuisse extensam ultra Formionem, ad Timavi fontes, & quasi totum finum Tergestinum ambivisse, videri posset. Verùm Strabo postea Tergeste vocat pagum Carnicum, quià recenter facta fuerit nova divisio Istriæ à Carnia, & Tergeste attributum Carnis, quos sub id tempus Augustus una cum Japidibus subegerat, vt in Chronologia

Strabo. 1.5.

Idem lib. 7.

Paul. Diae.
de 1. eb. Lon-
gob. 1.2. c. 14.

Plin. 1.3. c. 18

dicemus. Paulus Diaconus totam Istriam antiquæ Venetiæ conjunxit
III. Nullus verò melius ex antiquis designavit limites Istriæ, quām Plinius, qui ait: *Formio amnis antiquus auctæ Italæ terminus, nunc verò Istriæ.* Et rursum: *Oppida Istriæ civium Romanorum Ægida, Parentium, colonia Pola, quæ nunc Pietas Julia, quondam à Colchis condita, abest à Tergeste C. m. p. mox oppidum Nefactium, & nunc finis Italæ fluvius Arsia.* Enumerat maritima loca à Justinopoli incipiendo usque ad Nefactium, quià nimirum post Formionem amnem primum oppidum occurrit Justinopolis seu Ægida, atq;

A adeò, quæ à parte septentrionali & quasi occidentali Formionis seu Risani sita sunt Mugia, & Tergeste ad Carniam spectant. Unde benè observavit Cluverius, quod erraverit Ptolomæus Tergeste adscribendo Histriæ, quià scilicet antiquiorem respexit terminum. *Strabonis* (inquit) ac *Plinii magna debet habere* Cluver. Ital. lib. I. c. 19. *ri hoc loco consentiens authoritas: quando ille diligentissimus exactissimusque in omnibus ferè Italicis deprehenditur esse scriptor;* hic verò non obiter ac turbatoriè, ut cetera ibidem, sed disertissimis verbis Formionem ait esse antiquum auctæ Italæ terminum, post verò Istriæ. Corrigatur itaq; Manzolius, qui suam patriam latè volens exrendere ab occidente Timavum

B. ab oriente sinum Flanaticum limitem posuit, transgrediensque Arsiam Albonam, Flavonam &c. Liburniæ per vim adimere voluit. Olim inquit erat Istriæ limes Formio amnis, nunc verò Timavus. Contrarium dicere oportuit, quod olim fuerit Timavus, deinde verò Formio. Atque adeò Tergestum hodie non est in Istriâ, sed peculiarem, licet angustè circumscripatam, regionem constituit. Multò minus Proseggum, Denum, & vicina loca ad Istriam referenda, sed ad Carnioliam, cuius limitem à Foro julio eam sejungentem alibi attingemus.

C. In Diplomate Lotharii Regis Italæ anno 948. habetur, quod Tergestinam civitatem cum territorio extra, circumcircà, & undique versus tribus milliaribus protensis donaverit idem Lotharius Joanni Episcopo Tergestino, qui postmodum propter Vngarorum incursiones, vt militem persolveret, coactus fuit, jura sua civibus Tergestinis vendere; & ab eo tempore Tergestini prætendunt se habere propriam Rem publicam, licet de parte territorii circumcircà perdiderint per temporum revolutionem. Ex quo sequitur, quod hodie immerito Istriam extendere nonnulli velint ad Timavum, qui fuit vetustimus limes.

MS. Tergest.
Episcop.

IV. Observat Cluverius in Tabula Itineraria antiqua Romana ad ostium fluvij Quietii, qui medium Istriam secar appositum esse vocabulum Silvo cum nota majuscula alicujus loci celebrioris, & in illo eodem situ inveniri *vestigia antiqui oppidi*, quod Italæ scriptores hoc nostro seculo per immanem errorem interpretati sunt Hemonam coloniam, apud Nauportum annem, quem volunt hodie esse Quietum. Non solum verò Italæ scriptores, sed etiam Germani superiore adhuc seculo in eundem immanem inciderunt errorem, & tabulis Geographicalis inferuerunt in Istria flumen Nauportum, vt Sebastianus Munsterus, Ge-

Cluver. l. 1.
Ital. cap. 21.

rardus Mercator, vt taceam Aubertum Myræum, Anton. Maginum, & alios. Nec mirum, quia facile est, vt uno errante, cæteri errent, qui tantum exscribunt, quod apud alios inveniunt, præsertim de hisce partibus, de quibus vix ullus serium hactenus suscepit studium. De hoc errore pluribus agemus infrà. Interim sinamus Istriam claudi Formione amne, & secerni à Japidibus, & Carnis, nec uspiam immediate attingere Noricum, nisi pro aliquo fortè tempore, quo terminos suos ad usque Timavi fontes protendebat, vt dicebamus.

Munst. lib. 3.
Germ. Mercat. in Tab. Myræ Geogr. Ec. clef. Mag. in Comment. ad Ptol. Geograph.

§. VII.

Japidiæ notio, limites, divisio; ejus situs in hodierna Carniola.

I.



Apides qui, & Japodes, Straboni, aliis Japydes, & in Fastis triumphalibus Japudes, vnde nomen fortiti sint, nuspiam deprehendo. Japeto affine nomen, ejus posteros enuntiat. Catarum Germanorum reliquias fuisse scripsit Stephanus Byzantius, & Dionysius Halicarn. *Japodes natio Celtica prope Illiricum*. Strabo autem permixtos Illyrijs Celtas existimavit: *Japides quoque permixta nunc Illyriis, & Celtis gens, circa hæc loca habitant*. Diversi ab hisce sunt Japyges, & Jazyges: Japyges quidem ultra Tarentum, & Brundusium, vbi nunc regnum Neapolitanum: Jazyges verò sunt Sarmatæ inter Danubium, & Hercynium saltum: quod monere volui, cum videam quibusdam Japyges cum Japidibus confundi, yti Megiserus mox allegando evenit.

Dion. l. 16.
Strabo l. 4.

Plin. lib. 3.
cap. 11.

Idem lib. 4.
cap. 12.

B. tat Japidam in Carso, & Vipacensi districtu inchoatam, deinceps ad Savum protensam suis, vbi nunc Carnioli habitant: Sed mox quasi Savus per Carinthiam flueret, etiam Carinthiæ Manspergum, & Vallem Junensem dictam Jaenthal quasi Jappodenthal: imò in Styria quoque Slavigræcum asserit fuisse in Japidia: sed hic parùm de Japidibus notitiæ habuit. Joan. Antonius Maginus in sua Cosmographia graviori errore Japidam veterem confudit C. cum hodierna Istria, & fidejussorem exhibuit Plinium, sed nihil ejusmodi scripsit Plinius: Error in calatum Magini ex eo fluxit, quod legerit apud Plinium: *Tuditanus, qui domuit Istrós in statua sua ibi inscripsit ab Aquileia ad Tium flumen stadia CC.* Legerit etiam in Plin. lib. 3. cap. 19.

Fastis Triumphalibus fragmentum.

C. SEMPRONIUS. C. F. C. N.
TVDITANUSCOS. DE. JA-
PVDIBUS. CAL. OCT.

Con.

Conclusit ergò Maginus Istros, & Japudes vnum eundemq; populum esse: at potuit Sempronius Tuditanus domare Istros, & subjugare Japudes; neque tamen Triumphum obtinere de Istris, sed solùm de conterminis Japydibus, gente valida, & fera Romanis, ut Appianus loquitur; idque poterat Maginus observare ex ipsomet Plinio, qui ajebat de Tuditano: *inscrispit ab Aquileja ad Titium flumen*, quam totam oram domuerit Tuditanus: Neque tamen Istriæ limites usq; ad Aquilejam protractos afferuit Plinius, cùm disertè ponat Istriæ terminum Formionem amnem. Plures ergò populos vicit Tuditanus, de validissimis triumphavit. Errorem Magini imitatus est, qui nuper Joanni Bleau Chalcographo Ambstelodamensi ad Cosmographicas Tabulas Regnorum, & Provinciarum descriptiones adjecit: qui licet in Carniola describenda vtatur verbo Japidum, in tabula Istriæ tamen posuit *Istria olim Japidia*, prout nempe apud Maginum legerat, quem subinde allegat.

III. Et quia in Plinium incidi-
mus videamus, quos ipse limites assig-
net nostræ Japidiæ. Agens de regione
decima Italiae Adriatico mari apposita
sic inquit: *Alfa Natiso, cum Turro præ-
fluentes Aquilejam coloniam 12. m. p. à
marisitam. Carnorum hæc regio, juncta-
que Japidum, amnis Timavus, Castellum no-
bile vino Pucinum: Tergestinus sinus, colo-
nia Tergeste 23. m. p. ab Aquileja: ultra
quam sex m. p. Formio amnis, antiquus
auctæ Italiae terminus, nunc verò Istriæ,
&c.* Hac brevitate, & simul fortè Librariorum negligentia, qui interpun-
tiones variarunt, ambiguum reliquit Plinius sensum, nec satis expressit, quid ad Carnos, quid ad Japides pertineat. Cum enim pleriq; authores tradant Tiliaventum flumen, quod est supra Aquilejam, esse limitem Venetiæ anti-
quæ, potest esse sensus, quod *majus mi-*

Appian. in
Illyr.

*nusque Anassum, quo Varamus defluit, Al-
fa, Natiso, cum Turro præfluentes Aqui-
leiam, sint Carnorum regio: & deinceps
enumerata annis Timavus, Castellum no-
bile vino Pucinum: Tergestinus sinus, colo-
nia Tergeste. usque ad Formionem am-
nem ubi Istriæ initium est, sint Japi-
dum regio. Sed juxta interpunctiones
hodiernas, videtur Plinius Venetiæ an-
tiquæ fines extendisse usque ad colo-
niam Aquileiam, & deinde enumera-
se Carnorum regionem separatim, nulla
oppida Japidiæ nominando, ut quasi
intrà parenthesim conjecterit illa verba:
junctaque Japidum, & sensus hic elici-
tur. Carnorum hæc regio, ut sequitur
(junctaque est Japidum de qua hic ni-
hil agitur) annis Timavus, Castellum no-
bile vino Pudicum, &c: prior sensus ve-
rior est, & clarus elucescit ex dicendis,
tum hic tum de Carnia. Imò videtur
elici ex ordine, quem servat Plinius in
his regionibus alibi: *Veneti, Carni, Ja-
pydes, Istri, Liburni*; adeoque Japides
medij sunt inter Carnos & Istros, quam-
vis multoties inordinatè promat nomi-
na tam provinciarum, quam urbiū.
Progrediamur. Alibi idem Plinius:*

*Nonnulli in Flanaticum sinum Japidam
promovere à tergo Istriæ CXXX. M. pa-
sum: dein Liburniam C. L. M. fecere.*

Signatè dicit à tergo Istriæ; cum enim
in Occidente scriberet, à fronte illi erat
Istria, & post Istriam à tergo Istriæ Ja-
pides ac Flanaticus sinus. Rursum ali-
bi: *Conventum Scardonitarum petunt Ja-
pides, & Liburnorum civitates quatuor-
decim. Jus Italicum habent eo conventu
Alutæ, Flanates, &c. Pausinus flumen,
Tedanium quo finitur Japidia.* Ex his
omnino colligitur Japidam juxta Fla-
naticum sinum protensam fuisse, ubi
postea Liburniæ nomen successit, quod
Lucius factum putat, quia promiscuè
habitabant Liburni, & Japodes, id de-
ducens ex Strabone, qui Japodes no-
minavit gentem partim *Celticam*, par-
tim *Illyricam*, id est Liburnicam. Hæc

Plin. lib. 3.
cap. 5.

Idem lib. 3.
cap. 19.

Idem lib. 3.
cap. 21.

Luc. Dal-
mat. 1. 1. c. 5.

ex Plinio, quæ tametsi Japidiæ limites ad occidentem, & meridiem aliquatenus attingant, de parte tamen septentrionali, & orientali nihil exprimunt.

IV. Sed Plinio suppetias fert Virgilius.

----- aëreas Alpes, & Norica si quis

Castella in tumulis, & Japidis arva Timavi.

Virg. Ge-
org. 3.

Serv. ap.
Luc. cit.

Ad quæ antiquus ejus Scholia stes Servius: *Salustius* (*primam modo Japidiam ingressus*) *bujus est fluvius Timavus*. Unde Lucius bene advertit duplē olim fuisse Japidiam, Inalpinam, & transalpinam, sive Servij vocabulo primam & secundam; nec malè insinuat primam successu temporis induisse nomen Carniæ. Siquidem Carnia postmodum Istri contermina fuit. Quod autem Lucius putat *Liburnos ante Romanorum tempora ab Istria usque ad Illyrios oram maritimam coluisse*: sibimet ipsi contradicit: Nam paulò anteretulit: *Tuditanum eam regionem Subalpinam subegisse, quæ ab Aquileja Titum usque protenditur, quæ tunc temporis Japidibus tribuebatur* (*cum Titius Liburnicum flumen non longè à Tedanij fontibus Japidiam à Liburnia dirimentis oriatur*) & de Japidibus triumphasse. Tuditanus primus Japides domuit, & invenit illos à Timavo usque ad Titum flumen in circuitu, & à tergo Istriæ (non verò ad litus maris) habitantes; ergo Liburnia tunc non erat immediatè contigua Istriæ, sed Japidia, & post Japidam Liburnia; ergo ante tempora Romanorum non coluerunt Liburni ab Istria immediatè ad Illyrios: Sed postquam Romanis subiecti sunt, tam Liburni, quam Japodes, quin & Istri, & Carni; accusæ sunt vires Japidibus, & regio illorum partim Liburniæ accessit, quod scilicet erat ab Arsia flumine circa Flanaticum sinum littorale usque ad Titum amnem, inter quem; & Tedanium intercedebat Scardona finis Liburniæ, & initium Dal-

A matiæ vt ait Plinius, à qua tamen ejus tempore (longè scilicet post Tuditani victoriam) adhuc petebant Japides sua jura, vt ipse etiam ait: *Conventum Scardonitarum petunt Japides, & Liburnorum civitates quatuordecim*. Altera pars, quæ erat ex oppofito ad intimi maris finum pertingens ad Timaum Carnis cœpit adnumerari.

V. Ex hactenus productis habemus Japidiæ antiquæ limitem occidentalem fuisse Timavi fontes, & contiguos Carnos. Meridionalem verò Formionem amnem; deinde Istriam, à cuius tergo quidquid inter Arsiam flumen, & finum Flanaticum per totum littus usque ad Titum flumen prope Scardonam extendebatur, ita vt Japidia totam Istriam à septentrione, & ab oriente ambiret, cæ tera mari cinctam, vt ex mappis apparet. Reliqua majori ex parte Carni occupabant, quæ vlt̄rā Timavum erant, vnde Plinius hunc servat ordinem. *Veneti, Carni, Japides, Itri, Liburni*, quos omnes Italiae tribuit. De orientali, & septentrionali limite restat quærere. Orientalem assignat Strabo, qui postquam nominasset, Tullum & Phlygadios montes, è quibus Dravus & Savus (vt alibi dicit) exoriuntur, & subjecit: *Porro Japides circa hos habitant locos, & penes istos est sublimitas. Japides igitur virorum florentes robore, anteā, & utroque ex montis latere domicilia habentes, &c. Post hos urbs Segestica in planosita*. Ergo limes orientalis Japidiæ fuit ad Segesticam, ubi Colapis in Savum irrumpit, vti idem Strabo mox subnectit. Cùm verò Colapis (quem ipse Ogdolapim vocat) originem suam habeat in Albio monte, qui à Caravanca, & Ocra, seu Carso ad Orientem protenditur, jam apparet limes Orientalis Japidiæ. Quo & illa referas ejusdem Authoris: *Ocra humilla pars est Alpium, ab Rhætia ad Japides usque porrectarum; apud Japides rursum se attollunt montes, vocanturq; Albii, &c.*

Ibid. c. 21.

Plin. I. 3. c. 5.

Strabo I. 5.

Idem lib. 7.

Plin. lib. 3.
cap. 22.

Sic

sic verit Cluverius. Paulò aliter Guarinus, cuius integrum sententiam referre placet, ut constet de limite Japidiæ septentrionali: *Post promontorium ex Aquileja condescendentibus Nauportum stadia sunt CCCL. ad quam rhabda perducuntur. Ea verò est Tauriforum colonia. Quanquam nonnulli quingenta esse dicant. Promontorium illud quædam est Alpium pars humilla- ma, quæ ex Rhætia usque ad Japydes porriguntur. Hinc montana attollitur denuò ad Japydes regio, quam Alpiam vocant.* Ecce terminum septentrionalem Japidiæ vbi Alpes finiuntur, nempe in monte Oœra & Caravanca, & quod ab his excurrat penes Taurifcos, & deinceps Pannonios. Cum igitur Æmona (nunc Labacum) fuerit Pannoniæ civitas, & Nauportus (nunc Hyperlabacum) colonia Tauriforum, verosimile est, quod Japides ultrà ad septentrionem se non extenderint, sed in Carso, & Vippacen- si districtu manserint arctati (imò Strabonis ætate exclusi à litore Adriatici maris ab Aquileja usque Tergesten (& solum in Orientem versus per Albios montes medij inter Pannonios & Liburnos habitaverint. Firmatur hoc ex aliis verbis ejusdem Strabonis. *Sit namque sunt Japides in Albio monte, qui finis est Alpium: admodum alto, atque illic ad Pannonios & Istrum* (intellige de inferiori Pannonia) *hinc ad Adriam porrigitur: bellicosa euidem gens.* Quasi solum Albium montem per longum incolerent, & nuspam dilatarentur, nisi per ejusdem montis latera. Eodem spectant, quæ alibi dixerat Strabo: *Hic cum aliquando florarent, & suam habitationem ad utrumque terminum extendissent, &c.* Intellige terminos ab Adriatico ad Pannonios & Istrum. Quin & Dion. eos mari propinquos agnoscens: *Cæsar Japides ipse bello petiit, quorum eos, qui citrā montes haud procul a mari hababant, non omnino difficulter in suam potestatem rededit: qui verò montium vertices, & utraque latera incolebant, eos non*

sine maximo labore perdomuit. Liquet ex A. his, quòd Japides alij fuerint Cisalpini ad litus maris Adriatici ad Timavum amnem, quos & Subalpinos dicere possis, alij inalpini qui montium vertices incolebant, alij denique Transalpini, qui usque ad Segestam urbem protendebantur, ab utroque latere montis Albii, & usque ad Titium amnem. Quare Japidum fuerunt Vippacum, Carstum, & Poiga, seu ut vulgo dicimus Piuka, vbi Peucetios locarem, vel saltem ex Peucetiis Liburnis advenas, de quibus agit Plinius: tractus Adeliper- gensis & Laafensis, Gottscheviensis, & deinceps usque ad confluentes Colapis & Savi. Cætera quæ ab Hyperlabaco septentrioni obversa sunt montana Tau- risciæ & Norico juxtâ supra dicta, plana verò Pannoniæ ab Æmona seu Labaco incipiendo adscribo.

Plin. lib. 3.
cap. 29.

VI. Neque Lazij nominum al- lusio locum habet. Ut enim demus Val- lem Junensem, seu Jaunthall / & Jap- penau / & quæ similia sunt à Japidibus traxisse nomen, de quo tamen non con- stat ex vlla authoritate, id eveuire pos- tuit, quòd nonnullæ familiae per belli injurias ex Japidi a profectæ illic con- derint, vel etiam ab Augusto, qui Ja- pides debellaverat eo fine translatæ sint, ut à dispersis minus timeretur. Ea- dem fortè occasione pars illa Japidiæ circà Timavum Carniæ accessit, & al- tera pars circà Flanaticum sinum, si non tota, saltem maritima, & potior Liburniæ attributa est. Hinc quia plu- rimum diminuta est Japidia, Authores qui post Augustum scriperunt, eam vel Istriæ conjungunt, vel Panno- niæ, cum Istriam Pannoniæ supe-rioris limitem assignant, etiamsi me- dia inferatur Japidia. Ptolomæus: *Tenent autem Provinciam, qui Istriæ hærent Japides* (legendum est Japy- des) Plinius verò de Pannonia agens: *Inde glandifera Pannoniæ: qua mite- scientia Alpium juga per medium Illyricum*

Laz. Migrat.
1. 6. & Reip.
Rom. l. 12.
cap. 7.

Ptol. lib. 2.
cap. 17.
Plin. lib. 3.
cap. 15.

à septentrione ad meridiem versa, molli in dextra ac leva devexitate considunt. Quæ A. veteris melius infrà investigabimus. est propria descriptio sitùs Japidiæ. De oppidis antiquæ Japidiæ eorumq; situ, Metulo, Arupio, Monætio, Avendone, Terpono &c. dicemus aliquid suo loco. Ex hoc deniq; etiam lector intelliget, quomodo nonnulli antiqui Istriam usq; ad Timavum extenderint, & alij Japidiæ ibi terminari scriperint: imò Strabo vt ex suprà adductis appetat, modo Istriæ, modo Japidiæ Timayum assignat: quià scilicet Japidiam existimabat esse partem Istriæ, sicuti de facto Istriæ pars est pars Carnioliae: hæc enim à Principum, qui dominantur, authoritate dependent. Quod si tamen locus ille Strabonis paulò ante adductus cuipiam videretur eò tendere, quod Japides in septentrio- nem ad usq; Savi originem se dilataverint, cùm dicat Strabo *circà hos habitant locos*, nempe circa Tullum & Phlygada, quorum alter Dravum, alter Savum ef- fundit: non multum repugnaré, (quan- tumvis Cluverius Noricis conterminos fuisse Japides neget) quià saltem usq; ad Savi fontes vicini montes cum Ocra vel vnum sunt, vel continui, & possunt dici Alpium pars humillima, quam à Japidi- bus in sessam suprà ostendimus. Sed hac ratione Taurisciæ nomen in illis locis fuisse per Japodes abolitum fateri oportet, ac Nauportum non amplius Tau- riscorum, sed Japodum oppidum nomi-

nare. Oppida, montes, & fluvios Japidiæ

A. veteris melius infrà investigabimus.

VII. Sed cujus gentis aut nationis fuerunt Japydes? nomen Japydum antiquitùs hæsisse regioni à Japheti, vel Ja- peti progenie verosimile est, populos autem diversos invicem successisse, qui eodem nomine nuncuparentur, His- toriæ produnt. Scylax Cariandensis: *Post Tyrrhenos Celtarum gens sequitur, pars exercitus angusto terrarum tractu usq; ad Adriaticum mare: isthic intimus est recessus sinus Adriatici.* Cùm verò Strabo inti- mum sinum Adriatici locet ad Timavum, concludit Lucius, Celtarum gentē illic coluisse, quæ Japydum nomen ob- tinuit, vnde ait: *Celtas à Scylace relatos Japodes fuisse, eosq; cum cæteris Celtis sive Gal- lis Alpes transgressos, & ipsarum extremis occupatis propè mare in intimo recessu sinus Adriatici circa Timavum ab antiquo con- sedisse censeri debet.* Fuit hæc sententia Di- onysij, & Stephani: *Japodes natio Celtica propè Illyricam.* Strabo verò de Japidibus agens ait fuisse gentem *partim Celticam, partim Illyricam.* Quod ego sic intelligo, Japodes illos, qui Liburniam attinge- bant Illyriis mixtos; cæteros, qui ad Ti- mavum, & Albium montem extende- bantur, Celtas fuisse, quanquam etiam Senientes Celtæ erant, Senones appella- ti, vt alibi dico, Celtarum ergò progenie nostros Japydes fuisse rectè concluseris, adeòq; jam antiquitùs Germanos.

Scylax.in
Periplo.

Lucius cit.
supra.

Dion.lib.ii.

§. VIII.

Carniæ antiquæ nomen, Limites, divisio, ejus pars olim pars Japidiæ, & nunc Carnioliae.

I.

Nauc. vol. i.
generat.ii.



I Berosi vel Annij Viterbien- sis fabulis adjiceré animum, & facile in eam cogitationem descenderem, quod Cranus Noëmi post diluvium filius, Tuisconis frater Carnis & originem dederit, & nomen, præsertim cùm hodie vulgari lin- guâ Carnioli dicantur potius Crani,

quam Carni. Scriptores prioris seculi C. multum Berofo, vt recenter edito, & nondum sub examen vocato, fidei tri- buunt, vt Laz. Megif. Nauc. Ireni. Avent. sed perspicaces oculi plura invenerunt peccata in Annio, quam folia in Berofo; quæ Annius evulgavit, originali suppres- so. Miror, quod nemini istorum autho- rum

rum occurrit Carna Dea Romano-
rum, de qua Ovid. ad Cal. Junij canebat.

Ovid. 5. Faſt.
*Prima dies tibi Carna datur, Dea car-
diniſ hæc eſt;
Numine clauſa aperit, claudit aperta
ſuo.*

Niceph. Cal-
list. lib. 12. c.
39.

Si enim Alpes clauſtra ſunt, & portæ Italiae, vt paſſim vocantur: vnde Nicephorus Calliſtus de Eugenio Tyranno: *Maximum paravit exercitum, & Italiae portas, quas Romani Julius Alpes vocant, präoccupatas präſidio tenuit.* ſuſpicari li-
cet Carniæ nomen à Dea cardinum Carna, ita ſancientibus five Romanis, five iſpis regionis inquilinis, coſmunicatum fuiffe. Sed vereor vt nomen Carniæ ve-
tūtius ſit, quām Deæ Carnæ, quæ vide-
tur à Romanis excogitata tunc, quando

Macrob. Sa-
turn. lib. 1.
cap. 12.

L. Junius Brutus pulſo Tarquinio Roma-
næ libertatis aſſertor, i. consul factus, fa-
crum Carnæ Deæ in Cœlio monte voti
reus fecit, ac templum condidit. Et vt ſit
antiquior Carna Dea, quām Carniæ no-
men, verofimile non eſt accolis Adriati-
ci ſinus eam innotuiffe, aut ſi inotuit no-
mē dediſſe portis & clauſtriſ Italiae, cūm
id temporis Germani quoſ illic habitaffe
reor, Deorum numero (vt eſt apud Cæ-
ſarem) ſolos duxerint, quoſ cernebant,
Solem & Vulcanum, & Lunam, reliquoſ
ne famâ quidem acceperint. Non putē
etiam Carnos dictos ab Ocra monte
quasi Ocranos, & ſublata prima litera
Cranos, aut per Metathefiſ Carnos, li-
cet eum montem adcoluerint, & apud
nonnullos veteres ſcriptores reperian-
tur nominati Uncrani, & Ucrani, vt ſuo
loco dicam. A Crano Thuscorum Rege
vult eos deducere Henricus Palladius:

Jul. Cæſ de
bell. Gall.
lib. 6.

Henric. Pal-
lad. Hift. Eo-
ro. Jul. lib. 1.

Fug. in ſpec.
Honor. Au-
ſtriac.

id facilius mihi perſuaderem, ſi certum
eſſet Cranum aliquando Thuscis impe-
raffe, vel in has partes duxiſſe colonias.
Jo. Jacobus Fugger Carnos à Carris ſeu
Curribus, quoſ apud hanc gentem
frequens uſuſ eſt, nominatos exiſtimat:
verū licet id de Carnis ſeu Carinthiſ
& Carniolis hodiernis verum eſſet, de
primis tamen illis Carnis Inalpinis intra-

montium & alpium anguſtias habitan-
tibus vix credi potest, cūm & hodie illo-

rum veterum reliquiæ Carnielli paucis
vtantur carriſ, clitellis aſſelorum conté-
ti. Aventinus Carinthos hodiernos con-
ſtanter Charionas vocat, Plinium alle-
gans teſtem, apud quem ne nomen qui-
dem Charionum repereris. Carentinos
lego in quarta Italiae regione, Carinos
invenio eodem authore in Germania:
*Germanorum genera quinq; Vindili, quoſ
pars Burgundiones, Varrini, Carini, Gutto-
nes, quoſ Carinos olim in confinibus
Marchiæ, & Poloniæ habitaffe ostendit
Cluverius.* Non repugnarem admittere
ab his Carnos originem traxiſſe, dumō-
do ad conjecturam ex nomine accede-
ret authoritas. Nullus enim, quod ſciam,

B. hactenus veteres illos Inalpinos Carinos
& ad Timavum protenſos à Carinis ex-
tremi ferè septentrionis accolis deduxit:
neq; oſtenſum hactenus ad ſinum maris
Adriatici ab Oceano Germanico, aut vi-
cinis regionibꝫ inquilinos migraſſe,
priuſquam Vandali, Goths, Longobardi
erumperent: ſed ante hos clarum Car-
norū nomen. Herulos putat Laziūs
iſthic conſediſſe, quoſ ex Scantia Insula,
Gothis, Ethelrugis, Graniis propinquos
Jornandes refert: ſed Herulorū nomē
ante inclinationem Romani Imperij
ignotum fuifſe, & eorum viſini Cranij di-
verſi non ſunt à Carinis Pliniſſi.

II. Nihilominus ego Carnos ve-

teres omnino Germanici generis fuifſe
existimo, & vt puto, etiam probo. Anti-
quissimos litoris Adriatici & Alpium in-
quilinos Celtas fuifſe ostendi ſupra, eosq;
vniam eademque nationem cum Gallis
ac Germanis promiſcuè ſub eodem no-
mine modo Germanos modo Gallos à
vetuſtis ſcriptoribꝫ appellari; ſepten-
trionales fuifſe, non tam en ab extremo
ſeptentrione, ſed qui circā Danubium
& Rhenum velut posteri Afchenazis
primum conſederant, deinde multi-
plicata gente adalias dig:effi regio-
nes, Duce Brenno Delphos ſpoliarc

Avent. An-
nal. Bav.

Plin. lib. 3.
cap. 12.

Idem lib. 4.
cap. 14.

Cluver. 1. 3.
Germ. c. 35.

Laz. Migr.
lib. 12.
Jornan. hift.
Goth.

aggressi, indeq; repulsi circâ Adriaticum finum, & inter Alpes Noricas domicilia fixerunt. Quo sanè illa inscriptio fragmenti Fastorum Triumphalium Romæ effossi.

De Liguribus. Vocontieis. Salviaieis-que

De Liguribus. Stoenis.

de Galleis Karneis.

Flor. lib. 62. Et illud apud Epitomatorem Livij Florum. Cn. Marcius Consul Sarmios gentem Alpinam, expugnavit. Legendum putat Cluverius Karnios gentem Alpinam. Cum Orosius, & ex eo Freculphus scribat: *Q. Martius Gallorum gentem sub radice Alpium sitam, bello aggressus est,* &c. Sed hoc videtur gestum à Quinto Martio, qui Anno V. C. 585. Consul in Macedoniā exercitum traduxit, & fortè per transitum Gallos Senones, & Japydes litoris Adriatici accolas aggressus est, hi quippe sub radice Alpium ad Oram montem considebant. Cn. Martius verò Consul fuit anno V. C. 636. vtrumq; tamen pro nobis facit, cùm Carnos à Celtis (qui passim à latinis scriptoribus Galli dicuntur) Germanici seu Teutonici generis populis originem habere demonstret. Quin & illud ego hoc loci referrem, & de Carnis intelligerem apud allegatum Florum CC. Marcellus Consul Alpinos Gallos, C. Sulpitius Gallos Ligures subegit. Anno scilicet vrbis conditæ 588. quod sanè de Gallis ad mare Adriaticum habitantibus, qui posteà peculiai nomine Carni dicti sunt, intelligendum videtur. Hi enim primò à Græcis Celtæ, à Romanis Galli, mox Celtæ vel Galli, dein Galli Carni, & tandem simpliciter Carni appellati sunt. Sed qua ratione id acciderit mox aperiam. Autis Celtarum populis alij cis, alij trans Rhenum sedes fixerunt, & ab vribus diversis, vel etiam regionibus, diversa inter se nomina sortiti sunt, & nominati alij Cimbri, Teutones, Chatti, Suevi &c. alij Senones, Carnutes, Bellovaci &c. Ex his omnibus ingentem multitudinem in vnum exercitum col-

Flor. lib.
46.

lectam regnante Romæ Tarquinio Priso narrat Livius his verbis: *De transi- tu in Italiam Gallorum hæc accepimus.* Ambigatus Celtarum Rex virtute fortunâq; cùm suâ tûm publicâ præpollens, quod in Imperio ejus Gallia adeò frugum hominumq; fertilis fuit, ut abundans multitudo vix regi videretur posse. Hic magno natu ipse jam exonerare prægravante turbâ regnum cupiens, Bellovesum, ac Sigovesum sororis filios impigros juvenes missurum se esse, in quas Dij dedissent auguriis sedes, ostendit quantum ipsi vellent numerum hominum excirent, ne qua gens arcere advenientes posset. Tum Sigoveso sortibus dati Harcinij saltus. Belloveso haud paulò lætiorem in Italiam viam Dij dabant. Is quod eis ex populis abundabat, Bituriges, Arvernos, Senones, Heduos, Ambarros, Carnutes, Aulerços excivit: prefectus ingentibus peditum equitumq; copiis, in Iricastenos venit. Alpes inde oppositæ erant, quas inexsuperabiles vias, haud equidem miror, nullâ dum viâ (quod quidem continens memoria sit nisi de Hercule fabulis credere libet) superatas. Ibi cum velut septos montium altitudo teneret Gallos, circumspectarentque quanam per juncta cælo juga in aliuum orbem terrarum transirent &c. ipsi per Taurinos, saltusque Juliæ Alpis transcederunt, fusisque acie Thouscis haud procul Ticino flumine &c. condidere urbem, Mediolanum appellantur. Alia subinde manus Germanorum Elio Duce, vestigia priorum secuta, eodem saltu favente Belloveso, cum transcendisset Alpes ubi nunc Brigia ac Verona vrbes sunt, locos tenuere &c. Tum Senones recentissimi advenarum ab Ufente flumine usque ad Athesim fines habuerre. Hæc Livius, quæ referre placuit ad dispiciendam melius Carnorum originem. Nam hinc colligere licet primum Celtarum transitum in Italiam per Julias Alpes, quæ sunt Alpes nostræ interioris Carniolæ & earum humillima pars Orra mons (ut infrâ clarius ostendam) & quod verò simile est primum fortè Alpium inhabitatarum originem

lib. 5.

ginem. Deinde hos Celtas, quos Livius Gallos appellat fuisse verè Germanos, vti verba ipsius Livii insinuant; cùm enim dicat: *alia subinde manus Germanorum*, videtur supponere etiam priorē fuisse Germanorum, vt pro eo tempore idem fuerit nominare Gallum, & nominare Germanum. Demum apertè hinc constat *Carnutes*, & *Senones* migrasse in Italiam, qui cum illic sedes figere decrevissent, alii alias oras petierunt: & ex his dico *Carnutes* confeditse prope Aquileiam, vel saltem intrà fines Alpium vbi adhuc hodie manent Carni vulgo dicti Carnielli: Senones verò ad alterum littus Adriatici Maris seu Flanatici sinus progressi de suo nomine Seniam condiderunt. De his ego accipio illa Suidæ: *Celtæ Germani dicuntur, qui circà Rhenum fluvium habitant. Hi olim incursaverant Albanorum regionem, qui Senones dicti sunt, Celtæ igitur adversus Romanos olim procefferunt.* En Celtæ, Senones, Germani, vna natio.

Suidas.verbo Celtæ.

III. Quià verò uti suprà monui, quos Græci Celtas, Latini Gallos nominare solent, nihil mirum videri debet, quòd etiam Carni appellati sint Galli. Hanc Carnutensium Gallorum in Italiam, & ad Alpes migrationem referunt ad annum circiter yrbis conditæ 475. quando aliæ Gallorum copiæ in Pannoniam in Græciam ad diripiendum templum Delphicum profectæ, indeq; repulsæ in Noricis Alpibus confeditse feruntur. Sic Lazijs, & Megiserus: verùm his obstat antiquorum scriptorum authoritas. Polybius de Senonibus ad mare Adriaticum. *Inter Appenninum & Padum primo Ananes, post Boii, inde Euganes, postremo Senones, qui juxta Adriaticum mare extremi omnium Gallorum incoluerunt &c.* Interjectis temporibus cum bellum adversus populum Romanum gererent, superatos prælio Romanos, actur piter in fugam conversos persecuti, triduo post initam pugnam, Româ, præter Capitolium potiti sunt &c. Accidit hæc Romæ oc-

Polyb.lib.2.

cupatio per Gallos anno V. C. 364. & A. quidem per Gallos Senones, qui jam littus Adriatici maris accoluerant, teste Livio. *Hanc gentem (nempe Senonum) Clusum, Romamque inde venisse comperio: id parùm certum est, solamne, an ab omnibus Cisalpinorum populis adjutam.* Senones igitur Adriatici maris accolæ sive foli, sive adjuti ab aliis Romam occuparunt, centum & pluribus annis ante Delphicam Brenni expeditionem. Et hos Senones Romæ domitores Senia quondam Japidum vrbs, dein Liburniæ adscripta, nunc à nostra pendens Carniola suos agnoscere debet Conditores. Nisi forte & Senogalliæ ex opposito nostræ Seniæ collocatæ id ex parte etiam censeas tribuendum. Senonum Commilitones eodem tempore in Italiam transgressi Carnutes nomen & originem dederunt Carnis, licet id obliuioni dederit scriptorum silentium. Nomen sanè Carnutum affine est Carnis, à quibus deinceps nominatissima illa Romanorum Colonia Carnuntum (aliis dicta Carnotum & Carnutum teste Cluverio) originem suam traxerit, quam non procul à Ripa Danubii inter Viennam & Hamburgam Austriæ in ruinis S. Petronollæ plerique collocant. Et quià ex Livio modo ostensum est Carnutes antiquæ Germaniæ populos, vna C, cum Senonibus, & aliis ejusdem nationis gentibus circà annum V.C. 140. vel paulò post regnante Tranquinio Prisco Romæ, in Italiam migrasse per Julias Alpes, ibique partem exercitus circà littus Adriaticum confeditse, primum est conjectare à Carnutibus Carnos denominatos, ab iis nomen pariter & originem accepisse: quamvis forte ob Vicinorum Istrorum & Venetorum potentiam intrà Alpesse continuerint, nec ad plana descenderint, nisi postquam aucti numero cum cæteris Gallis Cisalpinis Romanos adorti sunt, & sensim latius se diffuderunt, vt deinceps in Chronologia dicetur. Hæc E 3 de

de Carnorum nomine, nunc de limitibus.

IV. Limites Carniæ non facile definiuntur. Primò omnium solas Alpes eos incoluisse videtur Strabo afferere ex antiquorum fide. *Quæ trans Padum sunt Veneti incolunt, & Istri ad Polam usq;: supra Venetos sunt Carni: quasi diceret: montana & Alpina juga Venetis propinquaque tenent Carni.* Primi siquidem illis temporibus, ut rectè observat Cluverius, Venetorum fines ultra Timavum protensi erant, & reliquum Istris tribuebatur, ut nullus alias populus inter Istros & Venetos mediis esset, donec pars illa litoris Adriatici inter Tilavemptum & Formionem amnes, Romanorum concessione, vel certè per arma Carnis ad plana descendantibus attribueretur. Hinc Carni vocati sunt *Alpini populi*, & ab Orosio *sub radice Alpium siti*, quæ sunt *Alpes Carnicæ*. Quando autem hæc Carnorum dilatatio facta sit non constat: divinare licet. Anno V. C. 576. Romani adversus Istros pugnant ad lacum Timavi; appetetque id temporis Istriæ limiti eodem loci fuisse, cum nulla fiat Carnorum mentio, & tamen castra Istrorum proximè ad Timavum collocet Livius. Quià verò non multò post annum V. C. 582. vel sequenti refert idem Livius de Cassio Consule, quod Carnos, Istros, & Japides infestis armis aggressus sit, eamque ob causam Legatos ab his populis Romam missos; subit opinari, quod Carni jam tunc habitaverint inplantie, & ad littus maris circè Timavi fontem, quando Istri à Romanis debellati sunt, & Istria redacta in Provinciam illo memorato anno V. C. 576. neque tamen diversa fuerit illorum Provincia sed pars Istriæ, & sub vñjus Regis imperio, quem Gallum fuisse dictum Carmelum (alii legunt Catimelum) refert Livius. Postquam verò Istria Romanis cessit vna cum subalpina Carnia, tunc fortè etiam separati sunt Carni ab Istris, & assignatus vtrisque limes For-

Strabo lib. 5.

Cluver. l. 1.
Ital. c. 19.Livius lib.
41.

mio amnis: Carnorum fortasse ab altera parte etiam Timavus, cum Aquileia esset Romanorum colonia: vnde appareret hoc tempore Carnos sub Alpinos parum valde terrarum occupasse, Alpini interea sui juris persistere, usque dum à Claudio Marcello Consule anno V. C. 588. subjugarentur. Circè hoc tempus Japides contermini Carnis suam ditinem ad Timavi fontes protenderint, Carnosque expulerint, posteà anno V. C. 624. à C. Sempronio Tuditano debellati, & parte illa litoris Adriatici, vti suprà dicebam, privati, quæ Carnis deinceps mansit. Unde Strabonis & Melæ temporibus ad annum V. C. 770. & 800. distinctius assignari possunt limites tam Carniæ, quam vicinorum populorum: & multò magis ætate Ptolomæi, qui centum annis Strabone junior est. Afferamus nonnulla ex his authoribus, & demum statuamus limites, quos habuit Carnia florente Romano Imperio.

Strabo lib. 7.

Idem lib. 5.

V. Strabo Tergesten Carniæ attribuit: *A Tergeste vico Carnico transitus per Oram est ad Lugeam paludem*, quod contradicere videtur prius dictis. Nam Istros, & Venetos contiguos afferuit *ad Polam usque* nulla facta Carnorum mentione, nisi quod sint suprà Venetos, quasi constringeret eos intrâ Alpes, & montes, vnde probabile est Carniam usque ad Formionem amnem extensam tunc non fuisse: nam & Mela ejusdem ætatis Illyricum usque Tergesten, quæ ultra Formionem sita est, extendit, cui tunc Carnia non erat inserta: *Hoc mare magno secessu litorum acceptum, & vastè quidem in latitudinem patens; qua penetrat tamen vastius, Illyricis usque Tergestum, cætera Gallicis, Italicisque gentibus cingitur*: Per Gallicas gentes intelligit Carnos, quià re ipsa originem ab illis trahebant, & ut notat Cluverius linguâ Celticâ vtebantur: *Gallos esse existimarent ejus temporis Romani, quia à lingua uterantur Celticâ*: At Ptolomæus Aarnis in littore ma-

Mela l. 2.
c. 3.Cluver. cit.
sup.Ptol. l. 3. c. 1.
ris

ris Adriatici assignat : *Tilavempti fluminis ostium, Natisonis fluminis ostia, & mediterranea eorundem ponit : Forum Iulium Coloniam, Concordiam Coloniam.* Si Strabo lib. 5. militer Strabo Aquileiam ponit extrâ Venetiæ fines : *Aquileia, quæ maximè sinus intimo recessui appropinquat, à Romanis condita est munitionis loco, contrâ supra incolentes barbaros. Ad eam adverso Natisone amne navigatur à mari plurimum LX. stadiis.* Et mox : *Sita est Aquileia extra Venetorum fines : distinguntur autem fluvio ab Alpibus delapo, quo adverso navigatur M.CC. stadiis ad Noreiam urbem.* Putat Cluverius hic legendum esse D. stadiis, & addendum fluvio *Tilavempto.* Plinius de Carnia brevitate suâ confusus est : illud tamen nobis conductit : *Savus ex Alpibus Carnicis placidior : Item illud. A tergo Carnorum, & Japidum, quâ se fert magnus Ister, Rhætis junguntur Norici.* Ex his omnibus colliges antiquæ Carniæ terminos, quos habuit florente Romano Imperio circâ annos Incarnati verbi

Plin. l. 3. c. 25.

ib. c. 24.

150. fuisse istos : Ab ortu solis Formio A. amnis, & ex parte Japides, quâ Istros contingebant, à meridie mare Adriaticum ; ab occasu Venetos ad Tilavemptum flumen, à septentrione Noricum. Quibus tamen limitibus non contenti Carni progressu temporis latius se effuderunt, & partem etiam Pannonii limitis, quin & Norici ad ortum & septentrionem occuparunt, eas nimirum terras, quæ hodie sub nomenclatura Carinthiæ, & Carnioliae censentur. Utique enim ea Provincia nomen suum à primis illis Alpinis Carnis desumpfit, secus ac Megiferus existimavit, à Carinthia tam Carnos, quam Carniolos nomen accepisse supponens. Atque hæc de antiquæ Carniæ nomine, & limitibus nam de hodierna sequenti Tomo actu ris sumus, in qua nihil antiquæ reperio, quod non antea spectasset ad Japidam : à Timavo scilicet ad Formionem am nem, circâ littus Adriatici maris.

Megif lib.
1. c. 2. & 3.

§. IX.

Dalmatiæ antiquæ, & Liburniæ limites, & an pars Dalmatiæ ali quando pars hodiernæ Carnioliae.

I.

 Almatiæ nomen à Dalminio vel Delminio vrbe passim deducunt auctores, de quo illi viderint, nos obiter limites investigemus. Et quidem florente Romano Imperio fuit pars antiquæ & dilatatae Illyridis, quam Ptolomæus Liburniæ conjunxit. Et Vegetius disertis verbis : *Liburnia namq; Dalmatiæ pars est, Iadertinæ subjacens civitati, cuius exempla naves bellicæ fabricantur, & appellantur Liburniæ.* Non inquiero limites inter Dalmatiæ & Liburniæ : sed supposito, quod hæc fuerit illius pars, sequitur, quod Dalmatiæ à septentrione habuerit Pannoniam & Japidiam, ab occasu Istriam, quidquid sit de limite ori-

Strab. Polyb.
Appian. Stephan. Byz.Ptol. lib. 2.
c. 17. Veget.
de re mil.

entali, & meridionali. Cùm ergò Japidia nostra discreta fuerit à Liburnia, imò & Pannonia adhuc remotior à Dalmatiæ : apparet, quod intrâ hos limites, et si dilatatos, & Liburniam complexos, Dalmatiæ non fuerit pars seu veteris seu hodiernæ Carnioliae. Faceant tamen negotium authores Græci, qui Dalmatiæ modo ad Savum usque, modo ad Dravum, imò ad ipsum quoque Danubium subinde extendunt. Procopius : *Japides insuper Sirmium Urbem, & Dalmatiæ alias civitates majorem in partem præoccupantes tenabant.* Et rursus : *Eruli præterea alia Dalmatiæ loca Imperatoris permisso, & circâ Singidonem urbem habebant, ubi vel ad id temporis habitant.*

Procop. de
Bello Goth.
lib. 1.

Præ-

Prætereà in oratione Gepidum ad Imperatorem : *Prædones isti Sirmium oppidum, & cætera Dalmatiæ loca belli vobis fore causam prætendant.* Ex his apparet, quod Procopius Sirmium & Singidonium, quæ aliàs erant civitates Pannoniæ, attribuat Dalmatiæ adeòq; videatur limites veteres Dalmatiæ ampliare, etiam ultrà Savum. nam Singidonem inter Savum, & Dravum stetisse testatur Simocatta. Sed clarissimè de amplioribus Dalmatiæ limitibus Porphyrogenitus loquitur : *Antiquitùs Dalmatia incipiebat à confinibus Dyrrhachii, sive Antibaris, & ad Istræ confinia pertingebat : ad latitudinem verò ad Danubium flumen se extendebat : eratque omnis ille finitus tractus sub Romanorum potestate, & præstantissimum Thēma omnium occidentalium.* Quo tempore autem Dalmatia ad Danubium usque protensa fuerit, non addit Porphyrogenitus. Non sanè temporibus florentis Romani Imperii, quia tunc, qui scriperunt accurate distinxerunt Pañonias à Liburnia, Dalmatia &c. non statim post inclinationem occidentalis Imperii, quia adhuc illo extinto, quamdiu Goths rerum potiti sunt in Pannoniis, nulla alia Provinciarum divisio fuit, quam quæ Romanorum temporibus fuerat, ut ex Cassiodori Epistolis liquet, ubi nominat : *Dalmatarum atque Saviae Provincias*, quasi distinctas. Unde quod Porphyrogenitus dicat antiquitùs usque ad Danubium extensam Dalmatiam, videtur intellexisse Illyricum ampliatum nomine Dalmatiæ, vel ignoratione Provinciarum deceptus homo Græcus. Nam cum ipse stripserit, vel colligi curaverit veterum Historias circa ann. DCCCCXII. inter quod tempus & Cassiodori ætatem non planè CCC. anni fluxerunt, quibus jam aliæ emerserant Provinciarum nomenclaturæ, & quidem mox post ann. DC. quando Pannonia Savia à Slavis Slavonia cœpit appellari ; facile evenire potuit, ut antiquum censeret, quod fuit

ab uno seculo, vel paulò amplius.

A. II. Qualis autem fuerit Provinciarum divisio ante constitutum Romanum Imperium non poterat scire homo Græcus, cum id ipsos Romanos sugerit vicinores, & quidem dominos Dalmatiæ, idem sentiendum est de Procopio Græco item scriptore, quamvis ille non dicat sive Sirmium sive Singidonem comprehendendi in Dalmatia, sed conjungit duo distincta, & interpretandi debent, saltem commate : *Sirmium oppidum* (nimis subintellige in Pannonia) & *cætera Dalmatiæ* (subintellige vicinæ) loca. Nihilominus si Dalmatiam latè sumas, prout scilicet habuit adhærentes sibi plures alias Provincias, usque jus dixit, sicuti hodie Austræ dicuntur adhærere Styria, Carinthia, & Carniola, quia ab eodem Principe reguntur, & dicuntur omnes simul Provinciæ Austriacæ, non refragabor admittere olim partem veteris Carniolæ, quâ scilicet Japydiam comprehendit attribuere Dalmatiæ, quia hoc insinuat Plinius, qui ait : *Conventum Scardonitarum petunt Japydes & Lyburnorum civitates quatuordecim, Liburniæ finis & initium Dalmatiæ Scardona.* quod est quasi dicere Dalmatiæ jus dicunt non solùm Liburnis, sed etiam Japydibus, & licet sint Provinciæ, & populi distincti; ab C. uno tamē regimine gubernantur. Quod si verò Dalmatiæ conjungenda foret Croatia, & Slavonia (ut prætendit Lucius) tunc sine dubio circa ann. Christi DCXL. etiam Japydia nostra, & pars superioris ac Inferioris Pannoniæ sub Dalmatia contineretur : in his quippe ab eo tempore manserunt Croatiae magis meridionales, & Slavi, à quibus Slavonia, magis septentrionales, quibus ab occidentali parte hodie contermina Marca Vindorum, sic à Francis nominata, qui Slavos veteri nomine Vindos dixerunt : Latini etiam Marcam Slavoniæ nuncupare solent, de cuius finibus non est hic agendi locus. Libet solùm addere

Simocatt. 1.
7. c. 11.
Phorphy.
deadm. Imp
cap. 30.

Cassiod. Ep.
8. lib. 9.


Plin. lib. 3.
cap. 21. &
22.

Luc. Dalm.
lib. i. c. 12. addere verba Porphyrogeniti: *A Zentina autem Fluvio Chrobatia incipit, extenditurque versus mare ad Istriæ usq; confinia, sive Alburnum urbem, versus Montana, aliquatenus etiam supra Istriæ Thema excurrit: versus Tzentina, & Cblebna Serbliæ regionem attingit.* Ubi solùm Orientalis & occidentalis limes designantur: *Quamodo vero ad partem Septentrionalem separetur à Slavonia, quæ est altera pars Croatæ, id non facile posse discerni tradit Lucius: conatur tamen per Zupanias id divinare, qui proinde videatur.* De Liburniæ limitibus spe-

cialis est difficultas. Ptolomæus ei as-signat ab Occidente Histriam, ab ortu Dalmatiam, à septentrione Pannoniæ, à meridie finum Flanaticum: sed magnam horum limitum partem, præsertim Occidentalis & septentrionalis, Romanorum tempore occuparunt Japydes, vti suprà ostendimus: difficile proinde foret pro diversis temporibus diversos Liburniæ fines decer-

Idem Luc.
lib. i. cap. 5.

nere. Multa de hoc profert Lucius, serio tamen nihil determinat.



§. X.

Brevis Collectio præcedentium. §§.

I.

Arniolia hodierna pars veteris Celticæ, Germaniæque: Cel-tæ antiqui primum Hyperbo-rei mox Celtæ appellati nati-vo fortè vocabulo *die Ralten* / quia ad septentrionem protensi, quod Japheti posteris originem suam vna cum cæteris Teutonicis ac Germanis populis de-beant, scriptorum penè omnium con-sensus est. Vox tamen Celta Græcis potissimum usitata, pro qua Latini substi-tuunt Gallum, fortè etiam à Germanico *Ralt*, mitiore pronuntiatione, traxit originem. Primi itaque Celtæ ac Galli Teutonicus populus unus moribus, & lingua fuerunt, quod latè ostendunt

Laz Migrat.
lib. 5.
Irenicus E-
zegei lib. i.
cap. 12.
Avent. 11.
mihi. p. 22.
Stah. Celtes
ap. hunc. Lazi, Irenicus, Aventinus, Joannes Stabius, & alij suprà allegati. Verba A- ventini, quia continent, quod suprà o-stensum est, referre placet: *In Annalibus ferè apud eos scriptores, qui ante Romanos Imperatores vixerunt Germani band ali- ter, quām Celtæ & Galli Galatævè appel-lantur.* Aristoteles *Stagirita* veritatis di- ligentissimus interpres, in lib. 2. Meteorol. *Celtis Histrum*, qui Germanorum est at- tribuit. Diodorus Siculus lib. 6. regionem in- ter Rhenum & Danubium Scythiaæ con- terminam, ubi & Hercynium jugum est, Galatiam magnam, ubi Ptolomæus ma-

gnam Germaniam nuncupat, Teutonas, B. Cimbros, Bojos, band dubiè Germaniæ gen- tes, Sallustius, T. Livius. Corn. Tacitus, Festus, Gallos; Appianus Alexandrinus Cel-tas nominat, &c. Gallos quoque, qui Ro-mam incenderunt, Delphicum templum spo-liarunt, in Asiam profecti sunt, Teutonas Germanosque fuisse, aut bores habeo Dio-rum Siculum, Appianum Alexandrinum, D. Hieronymum, Gotofridum Viterbiensem, quemadmodum & vernaculis apud nos an-nalibus proditur, &c. Quæ cum pluribus aliis argumentis firmari possint, nul-lum amplius dubium esse debet legen-tibus veteres Historicos, aut etiam re-

C. centiores de veteribus Gallis, sub hoc nomine Celtas, id est antiquissimos Germanos intelligi oportere. Cùm ve-ro Germaniæ antiquæ limites fuerint ab oriente Dacia, quæ nunc est Transyl-vania: à Meridie Italia, ab Occidente Gallia hodierna, à septentrione Sarmatia seu Polonia, consequitur liberè, Carnioliam nostram modernam, quām latè patet, antiquæ Celticæ, adeòque Ger-maniæ portionem fuisse, ipsumq; hoc nomen *Celtica* (vt de Hyperboreo, Scythico, Sarmatico taceam) velut anti-quissimum illi cum reliqua Germa-nia commune extitisse: donec aliis

& alijs subinde nominibus, post factas plures terrarum & familiarum divisiones nuncuparetur.

II. Post Celticæ nomenclaturam Carnolia nostra hodierna pro suarum partium diversitate, diversa etiam nomina sortita est. Istriæ nomen antiquissimum est, quod etiamnum pars illa ad meridiem versa retinet. Japidia dicta est altera pars Istriæ contermina: hodie vocatur inferior & interior Carnolia. Nominis etymon à Japheto Magno Celta rum avo desumptum existimo, donec alius aliud magis congruum promat. Sane Japheto in terrarum divisione partem Asiacum cum Europa usque ad Gades obtigisse præter Josephum etiam Hieronymus, Eusebius, & alij testantur; & per ejus nepotem Aschenazem (vel A schenaxem) propagatos Celtas & Germanos tradunt complures; Arias Montanus, Merula, Salianus, Cluverius, &c. Una igitur aliqua familia ex Aschenacis progenie Carnioliam nostram infederit, quæ à Magno suo avo Japheto, quem dein Græci Japetum dixerunt, voluit denominari; & incolas Japides quasi Japetides, patriam appellavit Japidam, quod nomen retinuit usque ad inclinationem Romani Imperij, tunc sensim transire coepit in nomen Carniæ, & demum Carniolæ. Tertia porrò pars, quam modo dicimus superiorem Carnioliam, quia montosa est antiquitus Taurisciæ, mox Norici habuit nomen; quæ verò planior est, & Styriæ approximatur circa Savum, dicta fuit Pannonia superior. dein Savia, quæ nomina etiam post divisum Romanum Imperium in Orientale & Occidentale, diu retinuit: donec tota vnius Carniolæ nomine censetur. Illyrici verò nomenclatura universalis fuit, nec ante illi attributa, quam Romanis subiiceretur, quod post natum Christum, vel paulò ante sub Augusto factum infra ostendetur. Nam Romani subjugata primum Illyride propriè dicta, à qua Istria adhuc exclusa fuit, suc-

cessu temporis Istriam, Carniam, Japidiam, Pannoniæ, Noricum occuparunt, & hæc omnia vna cum aliis regionibus sub Illyrici nomine universaliter comprehenderunt, manentibus inter rim cuiusque regionis specialibus appellationibus; unde tunc Japidia, Istria, Pannonia &c. universaliter nomenclaturam simul sumptæ habebant Illyrici, sicut hodie Styria, Carinthia, Carnolia sub universaliter nomine Germaniæ comprehenduntur, non excluso nomine speciali.

III. Et quia hæ ipsæ particulare re giones pro diversitate temporum diversos dominos fortiebantur, nihil miru vi deri debet, quod diversos etiam limites pro diversitate temporum noctæ sint, & modò vna alteri, modò altera huic partē aliquam subtraxerit: imò longo temporum tractu vna Provincia alterius distictum totum sibi appropriaverit; id quod Japidiæ contigit, quæ olim amplissimæ regio, sensim in angustias redacta, partem Meridionalem Liburniæ, partem verò septentrionalē Carniæ, & demum totam suam ditionem vna cum nomine in eandem Carniam transtulit. Ut ta men limites singularum Provinciarum veterum, ex quibus hodierna Carnolia conflata est aliquatenus assignem, supra breviter dicta, hic brevius ita colligo.

IV. Celticæ limites erant antiquis tuis ijdē cum limitibus Germaniæ, quæ à meridiē (vt dictū) attingebat Italiam. Quia ergo Istria, & Carnia vetus prius quam Romanorum Imperia suscipieret, non accensebantur Italiæ, manifestum est tam Istriam quam Carniam Italiam conterminas, & quæ istas ambas ad septentrionem & orientem præcedit Japidam intrà limites Celticæ substitisse, nisi mavis Istriam à Japydia & Carnia, et jam pro iis temporibus separare & Illyridi attribuere, Japydiā verò & Carniam Celticæ. Pannonia etiam superior ab Oriente respectabat Daciam, quæ hodie Transylv. est, & quæ in Moesiam pars protenditur: unde cum limites Celticæ Oriente-

Joseph. lib.
1. Antiq. c.
7.
Hieron. lib.
9. tradit. Eu-
l. Chron.
lib. 1. Arias
Montanus.
Merul.
Salian. An.
M. 1931.
Cluver. lib.
1. Germ.
c. 4.

Orientalis fuerit Dacia. nullum super-
est dubium, quin Carniolia hodierna tota à parte Orientali fuerit intrà limi-
tes Germaniæ, seu Celticæ. Denique si
Celtica à septentrione Poloniæ habuit,
vtiq; etiam inclusit in se Carnioliam: ne
quid addam de parte occidentali quæ
Galliæ fuit.

V. Illyrici limites antiquitùs erant extra Carniolæ nostræ fines: sed vbi au-
etâ Romanorum potentia plures sibi ad-
jecit Provincias, Illyricum vtrà Dalmatiæ in Liburniam, exinde in Istriam,
Carniam, Noricum, & Pañoniam vtram-
que extendit. Cùm ergò Carniola no-
stra hodierna fuerit antiquitùs pars I-
striæ, pars Carniæ, pars Norici, pars Paño-
niæ, & quæ his omnibus intermedia erat
Japidia, tota fuit in Illyrico post stabili-
tum Romanum Imperium, & talis per-
stittit vsq; ad ejus inclinationem. Tunc
ambigi potest quale nomen ipsi attribu-
tum sit, eo quod intrà vnum & alterum
seculum, pluries variaverit dominia, &
Gothorum, Vandalorum, Longobardo-
rum, aliorumq; populorum vastationi
(ne dicam habitationi) obnoxia fuerit,
donec primi Germanici Imperat. auspi-
ciis Caroli Magni pristinam conseque-
retur fortunam, Romano vindicata Im-
perio, quamvis etiam sub Gothis, Van-
dalibus, & Longobardis Germanicis natio-
nibus, Germanis, at sub jugo, obtempe-
rasset.

VI. Positâ ergò vñiversalí nomen-
elatur à Illyrici, prout à Romanis tem-
po-re Augusti & Tib. extensum fuit, cùm vi-
ti dictum, nihilominus remanserint spe-
ciales appellations Istriæ, Carniæ, Japi-
diæ, Pannoniæ, Norici, ex quibus omni-
bus pars aliqua situm hodiernæ Carnio-
liæ occupabat; restat istarum singula-
rum regionum limites assignare. Ordina-
mur ab oriente. Pannonia superior ab o-
riente habuit inferiorem Pannoniam ad
divertigium Narabonis fluvij, seu meli-
us, vt alij scribunt, Arrabonis; qui hodie
Raba vocatur: ab occidente monte Cé-

tium, qui propè Viennam incipit dictus Calenberg, & ad Cileam, Styriæ inferio-
ris desinere scribitur à nonnullis, mihi
verò ejus terminus esse videtur ad Sa-
vum propè Labacum, vbi ejusdem no-
minis mons eminet Calenberg; deinceps per flexum aliorum montium Cara-
vancam montem, qui hodie dicitur
das Eringebürg / & protenditur in I-
striam: à meridie habuit Albium mon-
tem, & Japidiam; à septentrione deni-
que Danubium à monte Cetio usque ad
divertigium fluvij Arrabonis, ex quo
constat Æmonam seu Labacum Panno-
niæ urbem fuisse.

VII. Japidia id temporis vel I-
striæ attributa est, vel Pannoniæ: cum
enim inter Pannoniam & Istriam me-
dia fuerit, nec Ptolomæus speciales ei
assignet terminos, & solùm in Illyridē
collocet afferens Istriæ adhærere, si-
gnum est ad vnam istarum Provincia-
rum pertinuisse, aut certè ejus tempo-
re partem illam, quæ inter Istriam &
Carniam ac Pannoniam intercedit, non
fuisse Japidiæ amplius attributam;
quam tamen ex authoribus probis per
totum Istriæ mediterraneum limitem
& ambitum extensam prius fuisse do-
ctuius: vel denique Ptolomæus suf-
ficientem Japidiæ notitiam non habue-
rit. Quidquid sit, ego Japidiam inter
Istros, Carnos, Paniones, Liburnos me-
diā loco, eique assigno terminos ab

C. occidente Timavi fontes & contiguos
modò Venetos, modò Carnos, pro-
temporū varietate: à meridie Istriam
ad Formionem amnem, & Liburniam;
ita vt Japidia totam nihilominus Istriam
per circuitum clauerit usque ad Ti-
tium flumen; ab Oriente Segeticam
vbi Colapis Savō confunditur, & reli-
quum superioris Pannoniæ inter Gur-
ckam & Colapim: à septentrione Pan-
noniam superiorem ad Æmonam, &

Alpium fines in Tauriscis seu
Noricis.



VIII. Istriæ limites hi fuerunt: à septentrione Formio amnis, & Japidia A.rio transgressi Carni majorem Japidiæ, aliquando verò Timavus ab oriente eadem Japidia, à meridie & occidente sinus Adriaticus. Ex quo appareret partē illam, quæ à Timavi fontibus usque ad amnem Formionem intercedit modò Istriæ, modò Japidiæ attributam fuisse: & tandem utriq; ademptam Carniæ assignatam; nunc iterum Istriæ se putant accenseri Tergestini, quo jure, meritò dubites. Malim dicere cùm Rempubli-
cam constituant, propriam habere regi-
unculam, inducto Principum Austriaco-
rum, quibus obtemperant.

IX. Norici limites fuerunt ab occa-
su Oenus fluvius, à septentrione Da-
nubij pars, quæ est ab Oeno usq; ad Ce-
tium montem; ab Ortu vero solis ipse
mons Cetius, qui protenditur usq; Cele-
jam, & inde modico in occasum flexu-
rurus continuatur cum monte Cara-
yanca, quem hodie vocamus Crainge-
burg: à meridie deniq; idem mons Ca-
ravancas includens Comitatum Goriti-
ensem, & consequenter antiquam Carni-
am totam. Cetium montem Ptolomæus
continuat usq; in montes hodier-
næ superioris Carnioliæ, quos esse Cara-
vancam veterem existimo, dicit enim
de Savo fluvio agens: *Qui & ipse per duas
extensis Pannoniae Cetio monti jungitur,
prius ad septentrionem, postea ad occasum
versus.* Ac proinde ut paulò ante monui,
Cetius mons, qui Germanis Calenberg,
Lazio etiam Galenberg scribitur, prox-
ime ad Labacum seu vicinam Savi ripam
protensus fuisset: alioqui Savus ei non
jungeretur, ut vult Ptolomæus.


X. Deniq; Carniæ limites fuerunt,
antequam Romanis subderetur, exigui,
& propè inter Alpes constricti: postmo-
dum verò in arctiores terminos redacta
Japidiæ, ab Ortu solis Formio amnis, &
ex parte Japides, quæ Istros contingebant,
à meridie mare Adriaticum, ab occa-
su Veneti, seu Tilavem pustus amnis, à
septentrione Noricum. Hos limites ex-

tinèto jam occidentali Romano Impe-
rio transgressi Carni majorem Japidiæ,
quin & Norici magnam partem in suum
nomen traxerunt, facta etiam regionis
divisione in Carniam veterem, Carnio-
liam, & Carinthiam. Quas servato no-
mine regionis successivè diversi populi
incoluerunt, & videntur Carni seu Car-
nielli esse posteri veterum Venetorum,
aut certè Galatarum, qui sensim abolito
idiomate nativo, Italicum assumpserunt,
& per temporum tractum adeò corru-
perunt, ut nec Italico nec Germanico
correspondeat. Carinthi verò & Carnio-
li pulsis veteribus inquilinis sunt ex Sla-
vis pariter & Germanis permixti, aut
melius dixeris toti Germani sub duplice
idiomate; quia Slavos origine verè Ger-
manos esse probabile est, ut suo loc. cap.
VII. apparatus ostendam. De Dalmatia
quæ proximè diximus, non opus est re-
petere.

XI. Addendum hic esset de Co-
mitatu Goritiensi, qui est pars veteris
Carniæ, aliquando, ut nonnulli volunt
etiam sub Norico comprehensus; sed
hic aliorum sit labor. Ego solum insi-
nuo populum hujus Comitatus inquili-
num æquè ac in Carniola, Carinthia, &
Styria, conflatum esse ex Slavis & Ger-
manis: Pleraque etiam Nobiles fami-
lias à Germanis habere originem, præ-
ter eas, quæ recentibus seculis è Regio-
ne Veneta, vel aliis Italiæ Provinciis im-
migrarunt. Eodem enim tempore quo
Slavi Dalmatiam, Croatiam, Carnio-
liam, Carinthiam & partem Styriæ oc-
cuparunt, etiam infusi sunt ForoJulio,
vti ex annorum serie patebit. Duces e-
tiam ac Comites seu Rectores Provin-
ciis dati ab Imperatoribus Romanis post
debellatos Langobardos ei populo re-
gendo, Germani fuerunt, sicut & in Car-
niolia & in Carinthia: ex quo factum est,
ut plebs è Slavis & Germanis, nobilitas
maxima ex parte Germanis in vnum
populum coalesceret. Et hinc est quod
hodie plebi Slavicū idioma fami-
liare

liare sit, nobilitati verò jam Italicis familiis permixtæ, Italicum juxta, & Germanicum usurpetur. Membrum certè Goritia est Romano-Germani Imperij, & nunc limes Germaniæ; ut frustrà nonnemo nostro seculo à Ferdinando


II. Cæsare per publicum diploma obtinuerit declarari Goritienses verè Germanos esse, cum reapse ab origine & initio coaliti Comitatūs tales fuerint.



CAPUT II.

D E

Antiquæ pariter, & Novæ Carnioliae Metropoli Aemona, ejusque vero situ.



Riusquam cæterarum urbium, oppidorum, vicorum &c. Carnioliae nostræ antiqua nomina expendam: primâ & antiquitate, & dignitate, & ferè Alphabeti ordine occurrit Aemona, de qua cum peculiari tractatu prodromo differverim, nec fortè is ad omnium pervenit manus, quibus hi Annales oblati fuerint; libet repetere pleraque illuc producta, & Aemonam per aliquot secula immanni errore nominetenus translatam in Istriam vel Noricum, denuò restituere Aemona, & in propriam sedem revocare Labacum.

AEMONA VINDICATA.

five

*Labaco Metropoli Carnioliae vetus Aemona nomen
jure Assertum.*

§. I.

Aemona prima origo ex antiquis Scriptoribus.



Mona recentioribus Geographis, & Historicis nonnullis A. ad Italorum pervenerunt fines: atq; ibi hymantes Urbem considerunt nomine Aemnam. Sequenti vero aestate operâ incolarum adjuti, Argonavim quadringenta circiter stadia per terram machinâ quadam tractâ, deduxerunt in Aquilini fluvium, qui in Eridanum influit. Eridanus autem in mare Italicum exit. Ejusdem aetatis auctor

Sozom. An-
nal. To. 1.
Sozom. hist.
Ecclef. lib. 1.
cap. 6.

lapis offensionis, aut potius pomum Eridis est, quod cum plures ambiant urbes, si dedero pulcherrimæ inter illas, non refugiam literarium bellum. Condita est juxta suppurationem Saliani, quem in hoc sequor. Anno Mundi M. M. DCCC. XXXI. ante Christum M. CC. XXII. ante Romanam conditam CCCC. LXXII. Primus ejus conditor fuit Jason cum Argonautis. Id quomodo acciderit narrat Sozomenus Græcus scriptor (qui claruit circâ annum Christi CCCCXL.) in hæc verba: Argonautæ Aeten declinan-

perflumina, quæ per illas partes labuntur ad Italorum pervenerunt fines: atq; ibi hymantes Urbem considerunt nomine Aemnam. Sequenti vero aestate operâ incolarum adjuti, Argonavim quadringenta circiter stadia per terram machinâ quadam tractâ, deduxerunt in Aquilini fluvium, qui in Eridanum influit. Eridanus autem in mare Italicum exit. Ejusdem aetatis auctor Zosimus cum de Alarici Gothorum Regis transitu in Italiam agit, hæc habet: Ad Stiliconem vero quidam nuntium pertulit, Alaricum relictis Epiris, & angustiis (quæ è Pannonia transitum ad Venetos impediunt) superatis, apud Hemoniam castra locasse, quæ Urbs inter Pannionam superiori & Noricum sita est. Atque hoc loco par est minime præterire, quæ ad Urbem

Zosim. lib.
s. hist.

banc pertinent, & quo modo condit ab initio cœperit. Ajunt Argonautas cum eos Aetas persequeretur ad Istri ad pulisse ostia, quibus in Pontum se effundit; recteque facturos sese existimasse, si adverso flumine subveherentur, ac tantisper in eo remigiis, & secundi venti adjumento navigarent, donec ad mare propius accessissent. Quum igitur id consilium fuissent exsequuti, ipsâ structurâ oppidi in memoriam adventus sui in istas oras relietâ, & Argo machinis imposita, perq; stadiorum CCC. spatium usque ad mare pertraetâ, Thessalorum litoribus adpulerunt: si cuti Pisander Poëta memoriae prodidit. Hemona igitur hâc progressus Alarius, Aquili flumine trajecto; jamque superatis Appenninis montibus ad Noricum accessit. Hi montes extremos Pannoniae limites finiunt, & iis, qui ad Noricorum gentem transire volunt, arctissimam viam præbent: Cui custodienda præsidarij pauci sufficiunt &c. Non inquiro jam, in quibus accidentibus hi auctores aberraverint, secuti haud dubiè alios, quos legerant satis ad propositum est, quod in substantia convenient, & tradant Emonam à Jasone conditam, cum fugeret Aetam Colchorum Regem, & à Ponto Euxino ad oras Italiam contendenter adversis fluminibus. Et ne dubites, quod non alium locum adversis fluminibus acceperit Jason quam eum, in quo hodie Labacum visitur, ex Plinio supple nomina fluviorum, quibus adversis navigavit. Ait enim ille: subiisse autem Istro dein Savo de in Nauperto, cui nomen ex ea causa est, inter Emonam Alpesque exorienti. Certum est, quod Ister sit Danubius; certum est, quod Savus hodieq; nomen servans sit fluvius Carnioliam interfluens propè Labacum; certum etiam est, quod Nauportus alias esse non possit, quam noster Labacus, qui in Savum influit paulò infra Labacensem urbem, & habet originem inter eandem urbem & Alpes, ac proinde hic habemus Jasonis navigationem usq; ad Alpes designatam, & non alibi, quam ad Labacum fluvium conditam Emonam.

II. Causam verò & occasionem

A. fugæ Jasonis, & cum eum persequeretur Aetas, petere licet ex Apollonio, Diodoro Siculo, Appiano, Apollodoro, Pausania, Higyno, Valerio Flacco, Justino, Eustathio, Orpheo, & aliis antiquis, Fugæ ordinem tradunt Plinium secutiplerique, & ex Ponto Euxino in Istrum five Danubium, è Danubio in Savum. è Savo in Nauportum aduerso vbique flumine navigasse Jasonem affirmant: Cùmque vtrâ Nauportum vterius navigare non posset, navem five humeris five machinis (intellige dissolutam & rursum posteà campaginandam) per Alpes transtulisse narrant. De hac igitur Emona quæstio est inter Recentiores, vbinam locorum sita, & condita fuerit; quæ licet apud doctos & exactos antiquitatum Scrutatores citrâ dubium agnoscatur jam profligata, ostendaturq; manifestis argumentis nuspian alibi veram Emonam quærēdam esse, quam eo loci, vbi ex vetustis ejus ruinis surrexit Carnioliae Metropolis Labacum: nihilominus sunt adhuc aliqui, seducti vno vel altero authore non satis diligenti veritatis indagatore, eoque novitio; qui mordicūs adhærent falsæ illi opinioni, quod Emona à Jasono condita illuc fuerit, vbi ad Quietum fluvium in medio Istriæ ex quibusdam non satis notis vel nominatis ruderibus Civitalla quædam, circâ tempora Caroli Magni excitata est, ac dicta hodieque Civitas Nova. Quam opinionem per immanem errorem, vt loquitur Cluverius, introductam, priusquam refellam, præmissis nonnullis, quæ vel supponi, vel prænotari debent, ostendam clarè, quod vera Emona non fuerit vñquam alibi, quam vbi hodie adhuc visuntur ejus ruinæ extrâ Urbem Labacensem ad partem Occidentalem, & illæ quidem non integræ, quiâ partem illarum occupavit recentior Civitas Labacum, vtì constat omnibus Labacensibus & monstrari potest etiam peregrinis ad oculum.

Apol. Schol. in lib. 1. &
2. Argon.
Diodor. l.4.
Appion. in
Mithtid.
Apollod. l.1.
Pausan. in
Bæot. Higyn. fab. 14.
Valer. Flac.
lib. 7. Argo.
Justin. lib.
32. Eustath.
ad Hom. Odyss. lib. 12.
Orph. in
hymn. Strabo. lib. 1.
Plut. in The. Isido. lib. 9.
Orig.

Cluver. Ital.
antiq. lib. b.

§. II.

De nomine Æmonæ.

I.

Affinitas nominum auget sæpe difficultatem quæstionum: tria verò occurunt nomina, quæ in hac quæstione præsenti ab invicem secerni, vel combinari debent, ut melius status quæstionis intelligatur. Nimirūm Æmona, Ænona, & Æmonia. De Ænona, quæ etiam scribitur absque diptongo Enona, & hodie Nonā cujus situm in Liburnia collocat Ptolomæus, vbi ait: *post Istriam Italæ, reliqua Liburnia, quæ in Illyride est, maritimæ sequitur ora. Alvona, Flavona, &c. Argyruntum, Corinium, Ænona, Jadera Colonia.* De hac inquam Liburnica Enona, sive ut Plinius in editione Basileensi recentiore habet Ænona: nam in vetustiore anni 1539. Enona legitur; nulla hic est quæstio. De sola Æmona & Æmonia superest difficultas an fuerint duæ vrbes; vel vna eademque:

I. Nullus veterum præter solùm Plinium distinguit inter Æmonam & Æmoniam. Hic ergo agens de Norico sic inquit: *Rhaetis junguntur Norici. Oppida eorum Virinnum, Celeia, Teurnia, Viana, Æmonia; Claudia, Flavium, Solvense.* Divinat Cluverius, supponens duas fuisse vrbes; hanc Æmoniam Norici urbem esse hodiernum *Amone* oppidum quinque millibüs passuum à Zuglio (quod putat esse Jülium Carnicum) distans, in finibus proinde Carniæ, & Norici. Abrahamus Ortelius verò pütat Æmonam Ptolomæi eandem esse cum Æmonia Plinii. Unde lapsum esse (vti in pluribus) Plinium, quod bis eandem urbem nominaverit; semel in finibus Norici; altera vice sub Norico in Pannonia, factendum est: præsertim cùm nullus aliud vetustus Scriptor distinguat inter Æmonam, & Æmoniam. Oppidum ve-

rò illud *Amone*, si quod tale est (nam ex incolis illius Patriæ nullum tale possū resuscitere) recentius est credendum. Quamvis si admittam Æmoniam in Norico, ubi fortè Amone est, nihil officiat meo instituto, quia non possunt illi convenire, quæ conveniunt veræ Æmonæ à Jasone ædificatæ, vt ex dicendis constabit.

III. Porrò Æmona quam Plinius in Pannonia collocat, & de qua Ptolomæus ait: *inter Italianam verò sub Norico Pannonia iterum Civitas Emona.* Variè; quo ad Orthographiam scribitur à variis, idque ferè vitio Amanvensium, & Typographorum, eorumque correctorum, qui sæpè literam literæ substituere nihil pensi habent. Hinc videre licet in eodem Plinio impresso Basileæ anno 1539. Emona simplici (e) at verò in exemplari ibidem impresso anno 1549. Æmona per diptongum (æ) in Herodiano, quo vsi sunt Lazi, Cluverius, & alii, legitur *Hemonia* cum aspiratione, sed in editione ejusdem Herodiani, quam anno 1493. Angelus Politanus Florentiæ edidit, legitur simpli citer & truncatè *Ema*. In Itinerariis antiquis, quorum superiore seculo in variis Bibliothecis exemplaria reperta sunt, ingens etiam deprehenditur in hoc nomine variatio. Cujus authoris fuériat illa Itineraria paulò post dicam. Anno 1518. Itinerarium Antonini impressum Venetiis vno in loco habet *Hennomacium*, in alio verò *Æmonia*. Idem itinerarium apud Lazium, Cluverium, Pyrkheimerum, Peutingerum habet modo *Hemonia*, modo *Emona* imò & *Haemonia*. Abrahamus Ortelius id observans, ait: *Plinius habet Æmonam Pannonia oppidum; & Æmonium quoque in Noricis, quod Julius Capitolinus Hemonam vocat;*

vocat, Ptolomæus Emonam urbem statuit inter Italianam & Noricum, quam eandem esse puto cum Æmonia Plini. Sic etiam legendum erit apud Antoninum (quo loco Hennoma, Hemonia, & Hemonia male babetur) hancque Moletius Clemona dicit vocari: at cum Simlero potius credam Carniolæ Caput esse, quod hodie Laybach dicitur &c. Sic Ortelius, qui addere potuissest Hema, Hemonatum &c. Non est proinde cur ex diversitate Orthographiæ, & amanuensium vitiis, arguamus diversitatem locorum, sed hæc omnia nomina conveniunt, & referunt vnam eandemq; urbem Æmonam in extremitate Pannoniæ sub Norico sitam vicinam Italæ, prout eam describit Ptolomæus, in cuius antiquissima editione, quæ apud me est, pro Æmona etiam invenio Mona. Est hæc editio Nicolai Donis Vlmæ facta anno 1482.

IV. Etymon hujus nominis Æmona derivatur, ut existimo, ab Æmonia regione, sic dicta à vicino monte Æmo, quem nostro Albio, & Bebiis montibus continuari non dubito; ut ex tabula IX. Europæa Ptolomæi observare licet. Et quia ex Æmonia, quæ postmodum à Thessalo Rege, Jasonis filio (ut volunt nonnulli) dicta est Thesla-

B. lia, originem traxit Jason, urbem quam condidit in fine Pannoniæ, ex termino suæ à Ponto navigationis, & à Patria sua nominari voluerit Æmonam, vel adjectivè Æmoniam, quasi coloniam Æmoniam. Quod verò in antiquis lapidibus & monumentis plerumque inveniatur Emona sine diphtongo, id errore Latomorum evenisse crediderim. Hi quippe multoties errasse deprehenduntur: vnde observo in antiquo lapide Voltrecis, quod alibi legitur Volturegis, & rursum vive Colug. pro Vivæ Conjugi, quibus similia passim occurunt. De voce Hennomacum, sive Hemonacum, ita sentio; eam formatam ex Hæmona, quasi diminutivum: tunc scilicet, quomodo à pristino suo splendore dejecta in parvum oppidum decreverat post Attilæ vastationem; idque colligo ex tempore, quo conscripta sunt Itineraria, nempe declinante jam Romano Imperio, ut mox dicam: neque enim haec tenus alibi legi. Hennomacum, vel Hemonacum, quæ apud Antoninum, & solùm quidem in Veneto exemplari: cùm alia emendatoria habeant Hemonam & Emmonam, quæ scilicet desumpta fuerunt ex vetustioribus Antonini exemplaribus.

§. III.

De vetustis Aucttoribus, qui Æmonæ & Nauporti meminerunt.

I.

 Ne usmodi quæstionibus magna considerationis est antiquitas authoritatis, & Scriptorum: vnde recentioribus facile fides habenda non est, nisi vetustiorum auctoritatibus fulciant sua asserta, cùm de antiquis scribunt. In dogmatibus Ecclesiasticis, apud omnes maior est antiquiorum Patrum autoritas, quam doctorum recentium, & hi sua ferè vel evidenti ratione probare solent, vel testimonio veterum. Quidni hoc ipsum

C. locum habeat in Historicis, vbi de antiquissimis, & jam quasi oblitione sepultis agitur? apud me certè in Geographia plus fidei habet Ptolomæus, quam Leander; plus Strabo, quam Blondus, & similes proximæ ætatis. Quare, ut veritatem, quam assumpsi probandum extrà terminos disputationis constituam, auctorum, ex quibus potiora deprimam argumenta, ætatem ac tempus, quo scripsierunt Lectoribus ponam oculos: sunt autem hi.

II.

II. Pompejus Trogus, qui floruit paucis ante Christum natum annis, dictus à Plinio severissimus author. Hujus quidem opera nondum prodierunt, sed extat eorum Epitome contracta à Justino elegantis stylo. Non meminit quidem Justinus Æmonæ, sed navigationem Jasonis per Danubium, & Savum paucis perstringit, ex qua etiam Thesim assumptam probabo. Prætereo plures alios vetustissimos scriptores, qui eiusdem Navigationis meminerunt, suis locis allegandos.

Justin.lib.
32.

Velle. lib. 2.
c. 110.

Velleius Paterculus, vixit circà annum Christi vigesimum, & Nauporti coloniæ meminit in fine Pannoniæ, vt infrà dicemus, cui magna fides habenda, cùm fuerit Legatus Tiberij in Pannonia, vt ipse met de se narrat, & haud dubiè Nauportum transierit.

Strabo lib. 2.

Strabo Amasenus, circà annum Christi trigesimum scripsit suam Geographiam, qui de se ipso profitetur. *Exponemus tum quæ ipsi obivimus terra mariq;*; *tum de quibus aliorum sermonibus aut scriptis nobis fides est facta. Ipsi obivimus versus occasum ab Armenia, usque ad Etruria loca, &c.* Hic & Navigationem Jasonis, & situm Nauporti cui Æmona proxima fuit, non uno in loco descriptis. Et si ab Armenia in Hetruriam peregrinatus est, utique & Pannoniam attigit, aut proximas saltem Regiones.

Cornelius Tacitus circà annum Christi centesimum Annales & Historias scripsit, quantus vir! meminit & ipse Nauporti in finibus Pannoniæ.

Plin.lib. 3.
cap. 18.

C. Plinius Cæcilius Secundus, circà idem tempus anno Christi centesimo decimo quinto universem scripsit Historiam ex vetustioribus combinatam, quos allegat. Hic non tantum Nauperto, sed & Æmonæ, certum locum & situm designat.

Ptol. lib. 2.
c. 15.

Ptolomæus Alexandrinus floruit sub Cæsare M. Aurelio Anno Christi centesimo octogesimo, quem Martianus Haracleota appellat *divinissimum*,

& sapientissimum. Hic præterquam A. quod limites ponat Norico, Pannoniæ, Istriæ, aliisque Vicinis Regionibus, et jam Emonam, quo loco steterit, ostendit.

Herodianus Græcus scriptor circà annum Christi ducentesimum quinquagesimum Hemonæ disertis verbis meminit, non nihil tamen aberrat, eam in Italiæ principio sitam fuisse existimans, ut plerumque verba ejus intelligi solent. Verum si textus Herodiani genuinus & Græcus inspiciatur (hoc quippe idiomate ille suam historiam scripsit) apparebit versiones quæ nunc circumfetuntur non esse sinceras. Nam vox *proto* non tantum primum, sed & propinquum significat, ut alibi dicimus: nisi forte putaverit Italiæ limitibus contineri, quidquid suo tempore Imperio Romano circa Alpes accesserat.

Herodian.
lib. 7.

Julius Capitolinus circà ann. Christi ducentesimum nonagesimum expeditionem Maximini è Pannonia in Italiam recensens Æmonam urbem nominat.

Jul.Capit. in
Maximin.
cap. 21.

Pacatus Orator circà annum Christi 390. floruit, & in Panegyrico Theodosij Æmonam nostram *piam Æmonam* appellavit.

Sozomenus Hermias vixit an. Christi 440. & stylo Græco sui temporis historiam Ecclesiasticam scripsit, in qua etiam originem Æmonæ tradidit ex vetustioribus.

Sozom.lib.
1. cap. 6.

Zosimus item Græcus ejusdem temporis Historicus de origine Hemonæ mentionem fecit.

Zosim.lib.
1. 5.

Ethicus Antoninus Ister Author Itinerarij, quod è pluribus pro tractum Bibliothecis prodiit superiore seculo, & creditum primò est, esse Antonini Cæsaris, sed author debuit esse posterior Antonino Cæsare, cùm meminerit Constantinopolis. Gaspar Barthius conjecturat æqualem fuisse Symmachii & Numatiani, qui ævo Theodosiano vixerunt circà ann. Christi 390. Certè antiquior fuit Isidoro,

Barth. I. 45.
advers. c. 13.
Gerard. voss.
lib. 3. de hist.
Lat. P. 2. fol.
692.
Ibid. lib. 14.
Orig. cap. 5.
& lib. 19. c.
10.

G qui

qui floruit anno 630. Christi, cùm Isidorus ipse meminerit Antonini Histri, vnde opinor fuisse natione Histrum vel Istrium. Neque tamen existimes omnia Itineraria ad hunc Antoninum spectare, quia non omnia sibi correspondent. Vero simile est post ipsum alios descripsisse, & de suo vel addidisse, vel nomina quædam mutasse, & mutilata edidisse, vt patet si ad invicem conferantur variæ editiones Itinerarium quæ ex variis Bibliothecis extractæ. Auctiora enim sunt aliis alia. Unde illud Venetum Anno Christi 1518. impressum, vnum ex posterioribus arbitror, quod alias Author ab Antonino majori ex parte mutuatum alter, quam invenerat descripsit, multis nominibus mutatis, quale est illud Hennomatum pro Æmona, quod suspicor factum circà Annum Christi 500. quando jam Æmona è suo florenti statu deciderat per Attilæ vastationem. Ex qua observatione diverfitatis exemplarium non abnuerem sentire cum iis, qui authorem Itinerarij existimarunt fuisse vnum ex Antoninis Cæsaribus. Licet enim reperiantur in hoc Itinerario recentiorum urbium & locorum nomina: hæc tamen post multiplices descriptiones tardius addi potuerunt. Et certè cum ante Constantimum Magnum longè plures expeditiones à Romanis suscepæ sint, quam post illum, vix est credibile Itineraria nonnisi post Constantimum conscribi copta: Putarem igitur Antonini Pij id opus esse, qui fortè Hadrianum Augustum secutus: cui fertur postremis annis assidue adhæsisse, eâ occasione quam Hadrianus Provincias circumiens lustravit, in Procuratores & Præsidies inquirens, vt testatur Spartianus, collegit ex variis tabellis, & notationibus, quæ iter agenti Hadriano, & exercitibus usui essent, & designarent ordinem itinerum. Plura de hoc dixi alibi.

Juli Capitol.
in Anton.
Pio. cap. 3.
Spartian. in
Hadrian.
cap. 13.

III. His in antecessum præmis A. sis quæstio est, vbi locorum steterit antiqua illa Æmona vetustis authoribus celebrata, à Jasone condita, in Itinerariis Antonini reposita, ab Imperatoribus Maximo & Theodosio frequentata. Qua in re priusquam sententiam meam depromam, aliorum opiniones producam. Et primò quidem Istriani sibi eam deberi contendunt argumentis frivolis, quæ infrà expendimus: 2. Henricus Palladius nostræ ætatis Historicus Foro Juliensis in varias abit conjecturas. Refellit opinionem quorundam, quos non nominat, quod steterit Æmona inter Carsi juga; vbi hodie ruræ cujusdam oppidi visuntur, & locus appellatur Dobrado. Hanc fuisse Æmonam (*inquit*) multi crededere, quam Italicarum urbium primam Herodianus appellat; sed hoc quam inepte, ipsum Herodianum consulant, qui Æmonam ad radices Alpium ponit, & in Istriam ex Panonia proficiscentibus primam inquit occurrere: Oppidum verò de quo loquimur, nonnisi Forum Julium potentibus obijcitur. Nuspiam invenio apud Herodianum, quod Æmona in Istriam tendentibus prima occurrat, sed tendentibus inquit ille in Italiā; quod convenire potest, tam Foro Julio, quam Istriæ. Rectè tamen afferit falli eos, qui inter Carsi juga Æmonam volunt collocare. Rursum idem H. Palladius alibi de hac a gens inclinat in eam oppinionem, quod steterit Æmona in Sylva Geltrudis, seu Pyrina non procul Goritia, adeoque nobis Labacensibus trans Alpes. Monstrantur, ait: antiqui oppidi vestigia, in Sylva Geltrudis, quod proximus verò est Æmonam fuisse. Nam Sylva & locus Goritiense solum propemodum attingit, vt jam non inani arguento fuerit monstratum, Maximinum per hanc partem in Italiā penetrasse. Ubi verò illa vestigia determinatè monstrantur, ipse non monstrat. Fallitur nihilominus, quia supponit Æmoniam suis fe à

H. Pallad.
Hist. Foro
vii. lib. 3.

H. Pallad.
cit. lib. 7.
pag. 113.


se à parte meridionali , vel quasi occidentalii Alpium , & propè Goritiam , A. credens nimirum Herodiano malè intellecto, afferenti eam suisce primam Italiæ vrbem. 3. Nonnulli , vt Moletius , volunt Æmonam stetisse in Carnia , vbi nunc Glemona , vulgo Ghiemonia . Non placet hæc opinio Henrico Palladio : Nam (ut ait) quod Glemona Foro-juliensis sit antiqua illa Herodiani Hemonia , nec per somnium quidem suspicandum venit. Vel ob banc solum causam , quod nostra citrà Alpes est (imò quasi intrà Alpes) illa ultrà steterat ; & præter hæc ab Hemonia Aquilejam petentibus flumen viam disterninabat , ab Glemona verò nullus fluvius , ac propè dixerim nec aqua usq; ad Aquilejam negotium facevit . Rectè advertit , ne per somnium quidem suspicandum esse , quod ibi steterit Æmona vera , vbi nunc Glemona ; non ex eo capite , quia Glemona est ultra Alpes , sive trans-Alpes (scriptori Pal-

ladio Utinensi) sed ex eo , quia vera Æmona fuit & est transAlpes Julias ad orientem cum inflexione ad septentrionem . De aliis secus opinantibus nulla omnimo cura , falluntur , & fallunt , vt infra videbimus . Econtrà ego clarè probabo ex antiquis Scriptoribus Æmonam , siue quod idem est Hemonam , Emonam , nuspian alibi conditam à Jasone , nuspian alibi stetisse , nuspian alibi defacto quærendam esse , quām in ruderibus antiquæ vrbis Labacensis , in limitibus antiquæ Pannoniæ & Norici : & frustrà laborare omnes , qui sive Æmonam , sive Hemonam , sive Emonam quærunt in Istria , in Carso , in Sylva Gel-drudis , in Carnia , propè silvam , aut penes fluviolum Chobelum : vti qui-

B. dem Neotericus in MSS. hist.

Norici: de quo

fit:



§. IV.

Æmonam veterem esse hodiernam Labacum solidis argumentis ostenditur.

Argumenta ex antiquis Geographis.

I.

Strab. lib.4.

PRIMUS occurrit Strabo , qui licet Æmonæ mentionem non fecerit , Nauportum tamen , de quo par cum Æmona quæstio est , non semel nomina-vit . Hic ergò de Nauporto Colonia hæc habet : *Ocra verò humillima prorsus Alpium pars est , vbi Carnis adjungitur , qua ex Aquileja onera planstris ad Pamportum (sic enim appellant) devehuntur : Stadia non ultra CCCC. iter est . Inde per Fluvios ad Istrum usque vectantur , locaque huic vicina . Per quos verò Fluvios vehantur onera mox sub-jungit . Pamportus enim amnis ex Illyriis navigabilis defertur : intrat autem*

Savum , ut facile in Segestanam oram , & C. Pannoniam , & Tauricos delabatur . Situm Aquilejæ scimus , situm & flu-xum Savi scimus : Ocra quæ sit explicuimus ; ergò iter ostendendum est ab Aquileja per Oram , donec perve-niatur ad Fluvium navigabilem ex Illyricis descendantem , & se in Savum exonerantem , cui apposita fit colonia ejusdem nominis . Et talis Fluvius est Labacus , qui in Savum se exonerat , oriturque in Illyricis , quia Japidia accensebatur olim Illyrico , ad cu-jus originem extat hodieque Oppidum cognomine Oberlaybach , Hyperlabacum , ad quod merces ex G 2 Italia

Italia, & olim ab Aquileja, cum floreret, onera plaustris devehebantur, & adhuc devehuntur, Tergesto & Goritiā: ergo Nauportum vetus Tauriscorum colonia & ejusdem nominis eam alluens fluvius Nauportus, est Hyperlabacum oppidum, & Labacus fluvius. Quod verò apud Strabonem legatur Pamportus id doctiores attribuunt errori Amanensis. Nam de eadem Colonia alibi i-

Strabo lib. 7. dem Strabo: *Poſt promontorium ex Aquileja conſcendentibus Naupontum ſtadia ſunt CCCL. ad quam Rhedæ perducuntur: Ea verò eſt Tauriſcorum Colonia: quanquam nonnulli quingenta eſſe dicant. Promontorium illud quædam eſt Alpium pars humilima, quæ ex Rhætia uſque ad Japydes porrigitur. Hinc montana attollitur denuo ad Japydes Regio, quam Alpiam vocant. Pariter è Tergesta pago Carnico transiſſio eſt per promontorium ad Paludem nomine Lugeum. Nauponto proximus eſt fluvius Corcoras, qui onera excipit. Hic ſanè Sabon intrat, Sabusq; in Drabon ingreditur: hic verò in Noaron penes Segeſtam. Hinc Noarus augetur accepto Colapi, qui ex Alpio monte fluens per Japides Danubium illabitur ad Scordiscos.* Ità Strabo ex versione Guarini Veronensis: & ferè eodem modo paucis verbis mutatis recentior interpres apud Cluverium, qui locum depravatum conatur restituere. Illud hoc loco cum ipſo notare ſufficiat, erraffe nonnihil hic Strabonem, qui neque Savus in Dravum influit, neque Dravus in Noarum, qui in rerum natura nullus eſt. In Savum Colapis incidit ad Segeſticam Insulam & Segeſtam ſive Sifſciam oppidum, quod hodie Sifſegk di-

citur: ipſe Savus ad Taurunum oppidum in Danubium delabitur. Quapropter rectius ſupra libro IV. merces ait Vehiculis ab Aquileja per Oram montem Nauportum deferri, inde Nauporto ac Savo fluminibus Segeſticam, &c. Notat etiam alibi, & merito Cluverius pro Pamporto & Nauponto, legendum eſſe Naupporto, & ſic legitur etiam apud

Plinium aliosque authores, vt videbitur A. mus. Interim ex hac licet nonnihil corrupta Nauporti ſitus descriptione habetur: Nauportum vetus fuiffe, vbi nunc eſt Hyper-Labacum, Vicinum Japydiæ, ad quod non tantum Aquileja, ſed & Tergesto adhuc hodie merces tranvehuntur per Oram promontorium, itinere circiter CCCC. ſtadiorum, vel ut alio loco melius dicit ſtadiorum D. tot quippè ferè ſtadia elicies ex CXII. m. p. quæ Aquileja Nauportum numerat Antoninus, ſi octo ſtadia pro uno miliiari Romano, & rurſum pro uno miliiari Germanico quatuor milliaria Romaña computaveris. Et certè Hyperlabaco Aquilejam ſi pergas, quindecim circiter Germanica milliaria, cum dimidio B. numerabis, quæ per quatuor multipli- cata reddunt LXII. millia, paſſuum Romanorum, & ſi hæc per octo multiplies, habebis CCCCXCVI. ſtadia, ſeu quaſi D. ſtadia. Quod verò ſtadium unum veteres computaverint pro centum vingtiquinque paſſibus, & octo ſtadia pro mille paſſibus, habes apud Plinium, Herodotum, Polybium, Gel- lium, & alios: quæ tamen non poſſunt adeò exactè definiri & mensurari, vt non plus minus alicubi deeffe vel abundare videatur; vt apud omnes nationes in confesso eſt, quæ variè ſua milliaria

C. determinant, vt ſæpè vnum altero di- midiā ex parte ſit longius. Hinc Strabo intelligendus eſt adſtruere ſpatium ve- roſimile non accurate obſervatum, vbi lib. 7. ponit CCCL. ſtadia legendum eſt CCCCL. quia addit, vel ut aliis placet D. ſtadia.

II. Ex his jam conficio primum argumentum. Juxta descriptionē Stra- bonis Nauportum vel Nauportus Colo- nia cum fluvio ejusdem nominis ſita fuit versus Pannoniam, qua Savo influit Nauportus fluvius; ſed proximè ad La- bacum vnicō nempe milliari infrā La- bacum fluvius Labacus Savum influit, iſque ex Illyricis montibus ſeu monte

Albio

Albio (ut Strabo describit) originem trahit, nec aliis similis fluvius affignari potest vicinior Ocræ monti; ergò Labacus hodiernus est Nauportus veterum, & Hyperlabacum hodiernum est Nauportum antiquorum, ad quod merces in Savum invehendæ vehiculis devehabantur, prout adhuc hodie deveniuntur. At quid hoc ad Æmonam? multum sanè; quia Æmona omnium consensu locari debet prope Nauportum, & locatur ab antiquis inter Nauportum coloniam, & Savum fluvium, qui situs est hodiernæ Civitatis Labaci: igitur extrà controversiam esse debet Æmonam veterum nusquam alibilocorum stetisse, quam vbi modo stat Labacum Metropolis Carniolæ.

III. Alter vetustus Geographus est Plinius, qui non solum Æmonam nominat, sed etiam Nauportum flumen Savo confluentem designat: hic ergò ait: *Ad septentriones Pannonia vergit (nempè post Dalmatiam & Illyricum) finitur inde Danubio. In ea Colonia Æmona, Siscia. Amnes clari, & navigabiles in Danubium fluunt. Dravus ē Noricis violentior, Savus ex Alpibus Carnicis placidior. Et alio loco in rem nostram. Istriam cognominatam tradunt à flumine Istro in Adriam effluente, eidemque Istro ex adverso Padi fauces, contrario eorum percussu mari interjecto dulcescente, plerique dixerunt falsò, & Nepos Cornelius etiam Padi accola. Nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo, quoniam Argonavis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste, nec jam constat, quo flumine. Humeris travectam Alpes diligentiores tradunt. Subiisse autem Istro, dein Sao, dein Nauporto, cui nomine ex ea causa est, inter Æmonam Alpesq; exorienti. Hic ordinē narrationis non nihil interturbat Plinius, ut ferè solet suâ brevitate obscurior; nihilominus si benè advertas hæc adstruit Istriam ab Istro flumine in Adriam effluente nominatam plerique veteres dixerunt, sed hoc est falsum 2. Dixi-*

Plin. lib. 3.
cap. 25.

runt etiam Istrum illum fuisse ex adverso Padi, & hoc etiam est falsum.

3. Nepos Cornelius, qui hoc putabat, licet cùm fuerit Padi accola, scire debuisset; erravit.

4. Nullus amnis ex Danubio in Adriaticum mare fluit.

5. Decepti sunt, qui illud senserunt, quia Argo navis, quæ per Istrum delata est dicitur flumine aliquo in mare Adriaticum descendisse propè Tergestum.

6. Non tamen constat, quo flumine putata fit descendisse.

7. Diligentiores scrutatores hujus navigationis tradunt, quod humeris travecta sit per Alpes, postquam

B. 8. Subiit (sive ascendit à Ponto) Istrum, dein Savum, dein Nauportum flumen, adverso his fluiis cursu.

9. Nauportus oritur inter Alpes & Æmonam, & nomen habet ab illa navi, quæ ibi importū constituit.

IV. In hac narratione, quæ novem propositiones continet supponit Plinius, quod alii exactius scripserunt, quod Argonavis adversis fluminibus ascenderit sive subierit è Ponto primum Istrum, sive Danubium, deinde Savum & demum Nauportum, imò id expressè affirmat, sub dubio vero ait: quod aliquo alio flumine post Alpes superatas descenderit in mare Adriaticum, ut ex brevi hac narratione colligitur: sed factetur se nescire, quo flumine descendederit. Examinemus nunc singulas propositiones. Primam, Secundam, Tertiam, & quartam velut sole meridianō clariorem nullus hodie etiam adversariorum defendet, licet aliqui antiqui, & inter eos Cornelius Nepos eas veras esse censuerint. Quinta est disputationis materia; vtrum Argo navis post Alpes superatas imposita fuerit alicui flumini, affirmant Sozomenus, Cassiodorus sive collector Historiæ Tripartitæ, Fulphius, & illi, qui erroneè putarunt Istrum in mare Adriaticum exonerari.

Soz. 1. 1. c. 6.
hist. Tripart.
1. 1. c. 7. Fre-
culph. T 2.
lib. 4. c. 25.

Sozomeni verba sunt : *opera incolarum adjuti Argonavim CCCC. circiter stadia per terram machinâ quadam tractam deduxerunt in Aquilim fluvium, qui in Eridanum influit, Eridanus autem in mare Italicum exit.* Hoc factum refert Sozomenus post conditam Æmonam sequenti æstate. Sed vel ex ipsis fluviorum nominibus error deprehenditur ; nullus quippe fluvius dictus Aquilis in rerum natura, qui propè Alpes currat, vel Eridanum influat, alio nomine Padum dictum. Martialis putat Argonavim Timavo impositam defluxisse in Adriaticum mare, vnde canit de Polluce Jasonis comite :

Martial. E.
Pigr. 25. l.4.

*E tu Ledæo felix Aquileia Timavo
Hic ubi Sexenæ Cyllarus hausit a-
quas.*

Leda erat Castoris, & Pollucis Mater, Cyllarus verò eqvus Pollucis, vt & Virgilius canebat :

*Talis Amyclæi domitus Pollucis habenis
Cyllarus.*

Ad quem locum Phylargyrus commentator. *Xanthum dicit & Cyllarum equos, quos Neptunus Junoni dedit, illa Castori & Polluci, ut Poëtae Græculi fabulantur.* Cùm ergò Castor & Pollux fuerint Jasonis in navigatione Comites, prædicat Martialis Aquileiam felicem quod per Timavum Argonavis descendenter, fluvium propinquum Aquileiæ. Alii per Histrum fluvium Argonavim descendisse in Adriam afferuerunt de quibus Strabo. *Quidam etiam bonam Istri partem adverso flumine subiectum Jasonem cum suis tradunt, nonnulli usque in Hadriam, ignoratione scilicet locorum decepti.* Alii etiam Histrum quendam fluvium ex magno Histro ortum in Adriam influere aiunt, &c. Negant verò per aliquem fluvium vtrà Alpes in mare deductam Argonavim, Justinus cujus verba sunt : *qui ut à Ponto intraverunt Histrum, alveo, Savi fluminis penitus invecti vestigia Argonautarum insequentes naves suas humeris per juga montium, usque ad littus Hadria-*

tici maris transtulerunt. Cui consentit A. Zofimus : *Argo machinis impositâ per que stadiū CCCC. spatium usque ad mare per tractâ Thessalorum littoribus adpulerunt :* Ad quem locum monet Cluverius : *Theſſali autem apud Zofimum intelligendi, qui Spinam & Ravennam condiderunt, habitaruntque apud Padi ostia, &c.* Ex quibus saltem elicetur, dubium esse an inter Nauportum & Adriaticum mare alicui flumini fuerit imposta Argonavis : nullum verò dubium esse, quod usque ad Nauportum perducta fuerit. Et quod post Nauportum, ad mare intercesserint circiter D. stadia. Porro sexta Plinii propositio benè advertenda est : quod dicat, Nec jam constat, quo flumine. Unde etiam si verum esset, quod Argo

B. post Alpes alicui flumini fuerit imposta non constaret tamen ex mente Plinii cuinam flumini post Alpium transcurrentem innatafset ; consequenter non posse dici, quod ille fluvius post Alpes fuerit Nauportus, tum quia, quod Nauportum ex Savo subierit constabat Plinio : tum quia dicit Plinius Nauportum subiisse id est adverso flumine ascendisse ; tum quia Nauportus non est post Alpes sed ante Alpes. Septima Plinii propositio est, quod diligentiores Scriptores tradiderint Argonavim humeris travetam per Alpes. Id humanis viribus

C. impossibile judicavit Lazius, quia scilicet verba Plinii nimis materialiter accepit, & rustico, ut ita dicam sensu. Non enim opus erat integrum navim transferre, sed compagibus solutam, & rursum alio loco eadem arte, quâ primum facta fuerat compaginandam ; cùm interesset expeditioni Argus primus ejus navis fabricator. Vel certè moralis translatione intelligi potest, quod navem primam ad Nauportum reliquerit, & ad maris Adriatici littus novam fabricaverit. Quid verò opus fabulas veterum novis fabulis augere, vt facit Lazius, qui ait : *cum ad fontem Labaci, qui est ad Labacum superius ascendisset superato monte*

Zofim.lib.

Cluver. Ital.
Ant.lib. 1.c.
31.

Loz. Com-
ment.reip.l.
12. sect. 5. c.
6.

Virg. lib. 3.
Georg.

Justin. lib.
32.

Et nemo Istriam despectabant cùmque in radice aliorum fluviorum fontes, ut Formianis ac Frigidis considerasset, qui usque ad mare ducerent, &c. arte hac labore improbo montem subitus excavabant, atq; ita submonte tanquam per specum profundam ac latè ducentem navem in Istriam &c. perduxerunt: Hoc peritis locorum multò minus posse videtur, quām per montes transferre navem. Sed inquit Lazius: *suprà fontem Labaci ubi nemus incipit, quod in Istriam dicit unius magni milliaris spatio specus est in scopulo amplissimus, qui ad medium milliare usque hominem ad lucernam dicit, & subinde à multis tentatus est, qui in Istriam usque sub terra pervenissent, si præ Scaturigine rivorum, qui istib[us] ex specu in Istriam defluunt, potuissent. Penetra-re verò hanc excavationem anser docuit in specu ubi incipiunt scaturigines, depositum, quinatando haud procul ab Adelpergo castro in solum Istriæ egressus est.* De specu, quæ narrat vera sunt, & hodie videri possunt: verū ad illius specus scaturiginem à Labaci fluvij fonte sive Nauporti origine magnum spatium interiectum est, quomodo ergo ad illam specum pervenit Argonavis? an statim à fonte Nauporti excavatio illa laboriosa incepit? ubi illius vel modicum vestigium? admitto post Nauportum ab altera montis parte fluvium Frigidum, si- ve Vipacum erumpere, quem ex situ loci conjectamus ab eodem fonte cum Labaco seu Nauporto nasci, qui deinde per Vipacensem agrum decurrens tandem Sontio miscetur, & in mare delabitur, & tunc navigabilis esse potuit, & deportare Argonavim in Adriaticum mare; interim manet difficultas quomodo à fonte Nauporti per montem faxis horridum navis translata sit. Si dicas novam navim fabricatam post montem transcensum, dicam ego credibilius esse; quod novam sibi navim Jason fabricaverit ad littus maris. Nequè enim ille fluvius Frigidus statim initio talis est, quales Danubius, Savus, & La-

cus, ut navem mari Adriatico transmit-tendo parem transferre possit. Hæc incidenter. Et manet adhuc verum, quod ajebat Plinius non constare, quo flumi-ne Argonavis in mare descenderit: imò non constare an aliquo flumine. Octava Plinii propositio est, quæ ordine narrationis naturali præmitti debuisset. Subiit autem Istro, dein Sao, dein Naupo-
to. Et tum demum subdi debuisset: *Hu-meris traveclam Alpes.* Ex hac tamen indicatur continuatio trium fluviorum, retrorsum navigabilem usque ad Alpi-um Juliarum radices. Et quia non est difficultas de Istro seu Danubio, neque de Sao, qui nomina adhuc retinent; de Nauperto probatur, quod non sit alias quām fluvius Labacus: quia hic conti-nuatur Savo, & in illum se exonerat, & est navigabilis vltro citroque, multò magis quām Ister & Savus. 2. Quià nullus aliis fluvius ostendi potest in Sa-vum prolabens, cuius fons propinquior sit radicibus Alpium Juliarum, quām Labacus. 3. Quià Nauportus fluvius fuit vicinus Nauporto coloniæ prius Taurisc. posteà Pannorum, & patet ex descrip-tione limitum, vt suprà dictum, Hy-perlabacum hodiernū, quod vetus esse Nauportum asserimus, situm est in fine veteris Pannoniæ, sicut citrè dubium hodiernus fluvius Labacus, est vetus Nauportus 4. Quià Strabo disertè te-statur illum Savo influere, licet errore amanuensis modo Pamportum, modo Naupontum nominet. Nona denique propositio Plinii Nauportus oritur inter Æmonam & Alpes; planè evincit Pliniū collocare Nauportum propè limi-tē Pannoniæ, & non procul inde Æmonam constituere. Cùm ergo nuspi-am alibi in limite Pannoniæ ostendi pos-fit fluvius Savum illabens, vicinus Al-pibus, & ortum habens propè Alpes, præter vnum Labacum, dicendum est hodiernum fluvium Labacum esse ve-terem Nauportum, & vicinam ei Æmo-nam esse Labacum, talem quippe situm
habet

habet fons Labaci fluvij, cùm sit inter Alpes, & Labacum vrbem. Quæ omnia A. clarius ex sequentibus elucecent.

V. Tertius antiquus Geographus pro nobis sententiam ferens est Ptolomæus Pelusiota, dictus Alexandrinus, quià scripsit & observationes fecit Alexandriæ. Hic licet Nauporti non me. minorit, proprium tamen Æmonæ assignat locum, vbi ait in fine Pannoniæ superioris post enumeratas reliquas vrbes: *Inter Italiam verò sub Norico Pannoniæ iterum Civitas Emona.* Quasi diceret in limitibus Italæ, & Pannoniæ sub Norico, Pannoniæ nihilominùs civitas Æmona: vel in limitibus Italæ, Pannoniæ, & Norici, quasi in angulo trium Provinciarum sita & omnibus contermina. Undeversio Donni Nicolai sic refert præfata verba: *In limite Italæ sub Norico iterum Pannoniæ civitas Mona.* Talis autem est situs Labaci. Quià si Italiam respicias eam habet Labacum à Meridiè sibi vicinam, quià noctis dimidiæ navigatione ad Alpes pervenitur Julias, aut saltem earum radices vbi Hyperlabacum seu Nauporum situm est: summittas verò Alpium est initium Italæ, ut suprà dictum. Si Noricum respicias proximi ad Labacum montes occidentales, quos intrà horam facile accesseris, sunt limes orientalis Norici, montes scilicet Carnici seu Carvanca. Si Pannoniæ respicias hæc à meridie adhuc paulò ultrà Hyperlabacum Ptolomæi ætate protendebatur, ad orientem verò infrà Labacum extensa fuit in longum. Ergò idem situs est Labaci modò, qui olim fuit Æmonæ. Firmat hoc Zosimus, cùm Alarici Regis transitum ex Epiro in fines Pannoniæ superioris, & deinde in Noricum describit. Relictis Epiris, & angustiis, quæ è Pannonia transitum ad Venetos impediunt, superatis; apud Hemonam Castra locavit, quæ vrbis inter Pannoniæ superiori, & Noricum sita est. Ecce post angustias (id est Alpes Julias) sita est Hemonia, inter Pannoni-

am superiorem & Noricum: quali situr A. cernitur hodie Labacum. Ubi observare licet lapsum Cluverij, qui ait: falsum esse, quod ait Zosimus: Alaricum superatis angustijs, quæ transitum è Pannonia in Venetiam arcent, tandem apud Hemonam consedisse, quippe hæc primum erat transversa antequam ad angustias, id est, Alpium Julianum transitum perveniretur. Observare debuisset Cluverius iter Alarici non immediatè è Pannonia, sed ex Epiro suscepsum. Quare profectus ex Epiro transivit Macedoniam, Dalmatiæ, Liburniam, & Japydiam, relicta ad lœvam Istria per montes Carufadium & Albium, vbi Japydes erant, iter fecit, qui ipsi montes cum Alpibus B. Juliis conjuncti angustias efficiunt, & transitum ad Venetos impediunt: post quos circuitu facto Hemonam venit ibique consedit. Hemonâ progressus accessit ad Noricum per Alpes Carnicas, quibus conjunctæ Alpes Noricæ, ingressus est Italiam novo circuitu, non per Julias Alpes, sed suprà per Pontebam, quâ via etiam subinde utimur Labaco proficiscentes in Forum Julium, non tantum per Alpes Julias. Nihil ergò in hoc erravit Zosimus describens iter Alarici semper ambiguï, quo se converteret.

VI. Et quià de situ Æmonæ foliùm cum Istris seu Istriensis (vt eos hodie nominamus) controversia est, qui Æmonam volunt in sua Istria collocare ad ripam fluminis Quietii, qui ferè mediam fecat Istriam, & propinquior est Polæ, quam Alpibus, vti observare licet ex omnibus mappis Geographicis, ex eodem Ptolomæo clarè ostendo Æmonam in Istria nullam unquam fuisse. Et primo quidem accipio mappas veteres ab ipso vt existimatur Ptolomæo formatas, quæ ferè omnes ad amissim sibi correspondent, quo ad designationem fluviorum & montium licet non nihil discrepent in locorum dispositione, quià nonnulla nomina à Recentioribus

ribus sunt adjecta, inspiciantur ergo mappæ & Tabula Europæ V. apud Pto. tomæum editionis Venetæ authore Josepho Moletio anno 1564. cui correspondet apposita hoc loco tabella seu figura N. 1. Rursum editionis Coloniensis auth. Joan. Ant. Magino an. 1597. item Josephi Rosacij editionis Venetæ anno 1599. Præterea vetustiores Nicolai Donnis edit. Ulmensis an. 1482. cui correspondet apposita hoc loco tabella seu figura N. 2. item Petri Freulander manuscripta circa an. 1580. similis ferè Nicol. Donnis, quas ad manum habeo. In his omnibus observabitur, quod à septentrio- ne in Meridiem, à Meridie in occasum designetur tractus continuus montium quorum initio ponitur Juliabona, quæ est Vienna primo loco superioris Pañoniæ nominata à Ptolomæo: in fine anguli qua se montes illi flectunt ad occiden- tē notatur sub radicibus *Emona*: pro- xima ad hanc versus orientem cum modica flexione ad Septentrionē ponitur Petoviū, infrà Æmonam ponitur mons Carvancas, meridiei obversus, & penes eum mons Albanus ita ut ex parte Septen- trionali horum montium signetur Æmona. Deinde vtrā illos montes adme- ridiem notatur peninsula sinus Adriatici in qua vnicum nomen scriptum legitur *Pola*, vt colligatur illa peninsula Istriam representare: & sub monte Albano ver- sus orientem protenso scriptum legitur *Japydes*. Atq; hoc saltem ex Mappis ha- betur, quod inter Æmonam & totam I- striam intercedant toti Carvancas & Al- bius mons & Japydes illorum inquilini. Ergo Æmona non spectat ad Istriam, sed ad Pannoniam superiorem. Melius præ aliis Æmonæ veteris situm in sua tabula expressit Cluverius, ut videre licet in apposita Fig. N. III. Sed dimittamus mappas. Examinetur textus Ptolomæi. De Æmona jam retulimus, quod Pto- lemæus in descriptione Pañoniæ super- ioris civitates enumerare incipiat à Da- nubio, qui est limes Septentrionalis Pan- niæ superioris, & ponat primo loco Ju-

lio bonam, quæ est Vieña Austriæ caput, A. progreditur deinde ad alia loca, & po- strem omnium nominat Prætorium, & Magnianam. Prætorium Latobicorum, circà Labacum fuisse ostendunt tabulæ Antonini, & ipse Ptolomæus dicit alle- gato loco. *Tenent autem Provinciā* (id est Pañoniæ super. à parte septentrionali Aza- li, à meridie verò Latobici sub Norico. Unde ego ex distantia locorum in Antonino prætorium Latobicorū colloco in Ratt- schach Carnioliae inferioris. Post præto- rium & Magnianam nominatam ponit Ptolomæus: *Inter Italianam verò sub Norico Pañoniæ iterum civitas Emona*: quasi dice- ret inter Italianam, & Pannoniam ultima à parte Meridionali Pannoniæ superioris civitas Emona sub Norico, vti Latobici B. populi sub Norico Pononiæ superioris inquili, ergo ex mente Ptolomæi Æ- mona sita fuit in finibus Pañoniæ supe-rioris contermina Norico ab vna parte, ab alia verò Alpibus Juliis, quas Japydes tunc infidebant: ergo Æmona vera non fuit in Istria, ne quidem in ejus finibus.

VII. Inspiciamus vltius apud Ptolomæum descriptionē Istriæ, & vi- debimus, quod Ptolomæus nullā ibi ag- noverit Æmonā. In descriptione Italiæ ad quā eo tempore spectabat Istria hæc habet: *Histriæ similiter post flexū intimi Ha- driatici sinus Tergestū Colonia, Formioris flu- minis ostia, Parentium, Pola, Nesactum. Ar- sia flumen finis Italiae.* Hæc maritima

C. Istriæ ora. Subjungit Ptolomæus: *Ci- vitates autem sunt mediterraneæ; Histriæ quidem Pucinum, Piquentum, Alvum. Sup- ple ex Plinio, quod Ptolomæus omisit inter maritima Ægyda hodie Justinopolim, quam ideò forte præteriit, quiā ha- bitabatur tunc à Romanis, non ab Istris: vnde Plinius: Oppida Istriæ civium Ro- manorum Ægida, Parentium, Colonia Po- la, quæ nunc Pietas Julia, quondam à Col- chis condita, absit ab Tergeste. C. M. passuum, mox oppidum Nesactium, & tunc finis Ita- liae fluvius Arsia. Prætermittit Plinius Pu- cinum, Piquentum, Alvum mediterra- nea. Ubi hic quæso vnum verbum de*

Ptol.lib. 13: cap. 3.

Æmona, vel Æmonia? nempè vera Æmona erat civitas Pannoniæ, non Istriæ. Tergestum adscribit Ptolomæus Istriæ; nolo disputare an benè, an male, quià non officit meo proposito; certè contra opinionem Plinij miscens antiqua recētioribus, cum Plinius ad Formionē amnem constitutat limitem Istriæ. Parentium extat hodie in Istria, Pola etiam nota est. Nefactum vt divinat Cluverius situm fuit ad ostium Arsiæ fluminis dextrâ ripâ, qua nunc *Castel nuovo* conspiciatur, cuius & Livius meminit. Pucinum male in Istria collocat Ptolomæus, quià Plinius id inter Tergestum & Timavum melius reposuit, sed puto legendum *Petinum* vel *Petinam*, vulgo *Pisnum*, vel vt legit Ughellus *Pitinum*, quià ait: *Pitinum* seu potius *Pucinum* (contrarium deberet dicere) antiqua fuit Istriæ civitas mediterranea, nunc ad vicum redacta, ejusq; loco Pitinum novum decimo hinc milario exstructum. Sequitur apud Ptolomæum Piquentum, quod hodieq; nomen servat situm ad Quietum amnem. Deniq; Alvum, inter mediterranea loca Istriæ soli memoratur Ptolomæo, quod Plinio & aliis excidit. De hoc ita differit Cluver. *Alvum autem per summum errorē post Nefactum posuit in tabula, qvum nullū eo nomine hic fuerit oppidum, nisi quod post Arsiam statim Italiae finem, hodieq; dicitur Alvona, quod ipse cum aliis auctoribus extra Italiam Liburniæ adscripsit his verbis: post Histriam Italiae regionē sequitur Liburnia Istriæ regionis ora: Alvona, Flavona, Tarsatica, &c.* Hæc Cluverius errare dicens Ptolomæum, cum ipse dupliciter erret. Nam errat primò dicendo, quod Ptolomæus post Nefactum in tabula reposuerit Aluum, cùm reposuerit post Piquentum; substituit ergò Cluv. vocē Nefactum voci Pigventum, vt patet legenti Ptolomæum. Errat deindè Cluv. quod Alvum & Alvonam esse idem affirmet, & à Ptolomæo bis nominari dicat, idem oppidum; semel in Italia, semel in Liburnia extrà Italiam. Ego verò nequaquam hic puto errasse Ptolomæum,

Liv.lib. 41.

Ughell. Ital.
Sac. To. s.
fol. 450.Cluv. Ital.
lib. 1. cap. 21.

sed cæteris diligentiore fuisse, cùm posuit Alvum mediterraneum oppidum post Piquentum, idq; toto Coelo diversum ab Alvona Liburniæ, quod contrà Cluverium ex ipso Cluverio probo. Describens enim Cluv. Istriam inter cætera sic habet: *In tabula itineraria Istria peninsula figura depicta conficitur, cuius Istmum rectè quidem ob oriente finit Arsia amnis, at falso ab occidente Parentium oppidum, à quo linea itineris ad Polam per mediterranea ducta millia passuum ad scripta habet XXX. inter eam lineam, & mare figura majoris aedificij apposita est, qualis aquis calidis passim in eadem tabula, & nonnunquam praetoriis Romanis adiecta visitur. Supra id aedificium vocabulum appositum est dubiâ equidem & ambiguâ scripturâ. Qua eti: infra verò, vel potius à latere ejus, quod POLAM Spectat, vocabulum SILVO. Illud fortè fuerit antiquum amnis nomen, Qua et us, qui vulgo nunc incolis dicitur QUIETO, medianam fermè Histriam secans: ad hujus dextram ripam IV. circiter millia passuum à mari vestigia conspiciuntur antiqui oppidi, quod Italiae scriptores hoc nostro seculo per immanem errorem interpretati sunt HEMONAM Coloniam, apud Nauportum amnem, quem volunt bodie esse QUIETUM: qvum extra Italiae fines HEMONAM, nunc Labacum dici apud fluvium cognominem in Savum defluentem suprà patuerit. Quapropter ejus oppidi nomen antiquum in tabula, apud prædictam calidarum aquarum seu praetoriis Romani imaginem fuisse censeo SILVUM. Atq; hæc ferè sunt loca Histriæ antiquis Authoribus memorata. Hactenus Cluverius cui vti succenso, quòd in Ptolomæo Alvum cum Alvona confundere voluerit, ita grates habeo, quòd è vetusta tabula itineraria produxerit nomē oppidi ad fluvium Quietum in Istria, quod immane illum errorē transferentium Æmonam in Istriam detegit, & dissipabit. Puto itaque Ptolomæo rectè post Piquentum locari Alvum inter Istriæ mediterranea loca, idq; ipsum esse quod Recentiores aliqui scriptores suspicati sunt Æmonam, ipse verò Cluverius in Tabula Silvum legit. Cum enim ipse fateatur in Tabula sua non benè posse discerni, esque dubiam & ambiguam scripturam Quaeti, & haud dubiè amanuensis vitio corruptam, nihil vetat suspicari etiam alterum vocabulum aut corruptè scriptum, aut certè non benè lectum; & melius legendum esse Alvum pro Silvum*

Silvum, facile enim in antiquis characteribus, & obsoletis pro A. litera vel scribi, vel existimari potuit syllabasi. Unde vltius conjecturam formo, quod illi qui primi Aemonam in Istriam vna cum Nauporto transtulerunt è Pannonia, forte scriptum legerint Alvo, sed malè vestas literas disreverint, & pūtaverint legendum Aemo. Et si investigando postmodum in antiquis libris ejus mentionem, legerint Jasonem navigasse per Nauportum, condidisse Aemonam, Colcos eum infecutos condidisse Polam, formaverint proinde judicium erroneum non procul Pola quærendū Jasonis

Nauportum, & juxta Nauportum Aemonam. Hinc erroris origo, qui nulli vetusto Scriptori potest attribui, sed seculo 10. vel 11. æræ Christianæ illiterato, & rudi; quo vixdum in Istria, Pañonia, Norico quæ priùs turbata fuerunt componi cæperant, & positis armis pacis artes tractari, vti suo loco pluribus expōnam. Et hæc sufficient deprompta ex vetustissimis Geographis quorum tempore Amona nostra fuit in maximo flore, ob id non tantum his nominata, sed ut mox videbimus etiam celebrata

Historicis.



§. V.

Argumenta ex antiquis Historicis.

I.

Dicit Geographos quorum munus est cuique loco suum assignare situm (vnde primam in ejusmodi controversiis meretur fidem) proximum locum tenent historici, qui licet non inquirant de industria urbium & regionum situm, plerumq; tamen ut fidē dictis concilient, & suum cuique tribuant, in Geographica extendunt calamum; aut saltem indicant urbiam hæc vel illa urbs cujus mentionem faciunt, inquirenda. Quare meritò post Geographorum testimonia adducemus etiam historicorum veterum, qui Aemonæ meminerunt; ex quibus ostendemus Aemonam veterem nuspiam alibi inquiri debere, quam in antiquis ruinis Labacensis urbis. Et primus quidem occurrit Velleius Paterculus, qui scriptit initio Imperij Tiberij Cæsaris circā an. Christi 20. Hic ergo agens de Tiberij Cæsaris vivo adhuc Augusto expeditione suscepta in Marcomannos; in primis limitem inter Italiam & Pannoniam designat summas Alpes; deinde Nauportum in finibus Pannoniæ collocat, ut ex contextu apparet. Depromamus ejus verba: *Nec securam incrementi sui patiebatur esse Italiam* (nempè Marobodus Marcomannorum Dux) *quippe cum à summis*

Alpium iugis, quæ finem Italæ terminant; B. *initium ejus finiā, hanc multò plus ducentis millibus passuum abeffet. Hunc virū & hanc regionē proximo anno diversis è partib. Tiberius Cæsar aggredi statuit. Et post pauca: præparaverat jam biberna Cæsar ad Danubium &c. cum universa Pañonia insolens longæ pacis bonis, & adulta viribus Dalmatia, omnibus tractus ejus gentibus in societatem adductis, ex constituto armis corripuit, &c. gentium nationumq; quæ rebellaverant, omnis numerus amplius octingenitis millibus explebat, &c. cuius imensæ multitudinis parentis acerrimis ac peritissimis ducibus pars petere Italiam decreverat, junctam sibi Nauporti ac Tergestis confinio, pars in Macedoniam eruperat. Ecce confinia Panoniæ & Italæ, Nauportum & Ter-* C. *geste; hoc in finibus Italæ, illud in finibus Pannoniæ, inter quæ limes mediis paulò ante fuit designatus summa Alpium iuga, quæ rectè inter Nauportum & Tergesten ferè in media sunt. Ergo Velleius agnoscit Nauportum in Pannonia. Et quia non procūl Nauporto Aemonam sitam fuisse concedunt ipsi adversarij, qui eam transferunt in Istriam, sequitur manifestè Aemonam sicuti Nauportum situm fuisse in Pannonia, non verò in Istria.*

II. Alter vetustus scriptor, qui Nauporti meminit, est Cornel. Tac. qui narrat quomodo inter legiones Pannonicas auditâ morte Augusti sedilio intercesserit, ubi & meminit Legionis XV. quam Aemonæ seu Labaci stativa habuisse colligitur ex antiquis lapidibus Labaci repertis. Ait ergo Tacitus: *Hic rerum urbanarum status erat, cum Pannonicas legiones sedilio incessit: nullis novis causis, nisi quod mutatus Princeps licentiam turbarum, & ex civili bello spem præmiorum ostenderet. Castris æstivis tres simul legiones habebantur, præsidente Junio Blæso, qui fine Augusti, & initijs Tiberij auditis, ob justitium aut gaudium intermisserat solita munia. Eo principio lascivire miles, discordare &c. Interea manipuli ante cœptam seditionem Nauportum missi, ob itinera & pontes, & alios usus postquam turbatum in Castris accepere, vexilla convellunt: direptisq; proximis vicis, ipsoq; Nauperto, quod municipij instar erat, retinentes centuriones irrisu & contumeliis, postremò verberibus insectantur, &c. Et post nonnulla: Quin ipsæ inter se legiones, octava & quintadecima ferrum parabant: cum centurionem cognomento Sirpicum, illa morti depositit, quinta decumani tueruntur, ni miles Nonnus, preces & adversum aspernania minas interjecisset. Tres hæc legiones nuncupabantur octava Augusta, nona Hispaniensis, quintadecima Apollinaris, ut est apud Pancirolum in Notitia Imperij, quæ sub Augusto in Pannonia superiore stativa habuerunt, translatæ postmodum in alias Provincias, quarum & Dion meminit, & quintadecimam translatam tradit in Cappadociam, quam quidem legionem XV. Aemonæ seu Labaci stativa tunic habuisse vetus Inscriptio infra adducenda declarat. Interim ex hoc contextu Taciti apparet Nauportum fuisse in Pannonia, consequenter etiam Aemonam Nauperto vicinam, in eadem Pannonia, prout à Plinio & Ptolomæo locatur: ad clariora digrediamur.*

Tacit. lib. I.
Annal.

Pancirol.
Not. Imp.
Orient. c. 35.
Dion. lib. 55.

III. Herodianus describens iter A. Maximini è Pannonia in Italiam, Aemonam; sive, ut ipse scribebat, Hemonam proximè ad Alpium radices collocat, licet in eo fallatur, quod eam Italæ adscribat, existimans fortè Italæ inclusas totas Alpes: Situm tamè Hemonæ à parte Septentrionali Alpium agnovit, vti ex ejus narratione constare potest. Adducamus ipsa ejus verba: *Maximinus confecto itinere jam Italæ fines attingebat, ac sacrificato ad aras, quæ in finibus ipsis erectæ sunt, pergebat iter facere.* Et initio sequentis libri. *Maximinus postquam ad Italæ fines pervenit, præmissis speculatoribus, qui explorarent, an ullæ in Alpium convallibus atque densissimis sylvis insidiæ delitescerent; ipse in planum deductis militibus, jubet armatorum acies quadrato agmine incedere, in longum porrectas potius, quam confertas: vt ab iis quam plurimum campi occuparetur, cunctisq; in medium coactis impedimentis, ipse cum suis stipatoribus veluti subsidio sequebatur.* Et post nonnulla: *vbi autem totam planitiem servatis ritè ordinibus transmiserunt, ad primam Italæ urbem perventum est, quæ Hemona ab incolis vocatur. Ea sita est in extrema planicie ad Alpium radices.* Hic speculatores atque exploratores exercitus narrant Maximino, vacuam relictam urbem, aufugiisse omnes incolas: templorum etiam ac domorum Januis incendio consumptis, atque omnibus, que vel in urbe vel in agris fuerant exportatis, &c. Milites indignè tulerunt, quod ab initio statim fame laborarent. Cumque noctem exegissent, partim intrâ patentis communisque omnibus domos, partim in planitiè ipsa, statim sole oriente ad Alpes accesserunt. Hi sunt longissimi quidam montes vice murorum Italæ circumdati, adeò in altum editi, ut etiam nubes superare videantur; itaque in longum porrecti, ut universam Italiam comprehendant &c. scopolorum asperitate vix pervij, nonnullis tamen quasi semitis magno veterum Italorum labore manu factis. *Quapropter ingens transi- turum*

Herod. lib.
7. fin.
Idem lib. 3.

turum illac exercitum formido tenebat metuuentem summa Juga teneri jam ab hoste, nullosque non obstructos exitus ad se prohibendos. Neque is metus de nihilo erat, locorum naturam contemplantibus. Posteaquam verò sine ullo impedimento superatis Alpibus in Castra descenderant, laeti scilicet omnes instauratis animis vitulabantur, nihilque non sibi ex sententia cessurum Maximinus arbitrabatur ne locorum quidem difficultati fidentibus Italos, intrà quos latitare ipso & saluti suae consulere, prætereaq; infidiari hostibus ac locis superne imminentibus pugnam capessere potuissent. Ex hac narratione colligitur, quod Herodianus falso existimaverit Hemonam esse Italiam urbem, vel certè voluerit scribere non simpliciter primam Italiam urbem, sed primam Italiam conterminam urbem, seu proximam, ut supra diximus, cùm postea insinuet Italos trans Alpes habitasse, & dicat non restitisse in Alpibus cum possent. Imò cùm dicat, quod Alpes instar murorum Italiam circum-

dent, insinuat ante Alpes non esse Italiam, si ergò Æmonam locat ante Alpes, excludit eam hoc ipso ab Italia. Cæterum vti Ptolomæus Histriæ adscripsit Tergestum, quod limites Histriæ attingebat, sic Herodianus Hemonam quia sub radicibus Alpium sita erat, quæ fuerunt limes Italæ, adscripsit Italæ. Situm nihilominus ejus designavit ante Alpium transitum, & talis situs est Labaci: à quo si per Sylvam Labacensem terrestri itinere proficiscaris illico accedes Carvancam montem, sive Orcram, qui est Straboni humillima pars Alpium. Porro iter, quo Maximinus Sirmio vbi morabatur, Hemonam pervenit, non fuerit aliud, quam quod usurpatum Romanis Antoninus descripsit in suo Itinerario, & libet hic apponere, vt clarius constet veram Æmonam stetisse, vbi nunc Labacum est. Describit ergò Antoninus iter ab Hemonia Sirmium (quod viceversa Sirmio Hemoniam relegere poteris) hoc modo:

| | | |
|----------------------|---------------------------|---------------------------------|
| Hemona | <i>ut ego interpretor</i> | Labacum. |
| Prætorio Latovicorum | M. P. XXXIV. | infra Rudolphswertum. |
| Novioduno. | M. P. XXXI. | Gürkfeldum. |
| | <i>in alijs est XXVI.</i> | |
| Quadratum | M. P. XXVIII. | Zagrabia vel propè |
| Sifcia | M. P. XXVIII. | Sislegk certò. |
| Varianis | M. P. XXIII. | Varasdinum Lazio, sed fallitur. |
| Menneianis. | M. P. XXVI. | |
| Incero. | M. P. XXVIII. | |
| Pecentino. | M. P. XXV. | |
| Leucono. | M. P. XXVI. | |
| Cirtissa. | M. P. XV. | |
| Cibalus. | M. P. XXII. | |
| Ulmos. | M. P. XXXII. | |
| Sirmi. | M. P. XXVI. | Schirms hodie in Turcia. |

In his saltē certū est Sisciam eo loci fuisse, vbi modo Sislegkum, quia nomen servat, & sive subducas rationē itineris Aquileia Sisciam, sive Æmona Sisciam, deprehendes utrobique distantiam qualis hodie est inter Aquileiam aut Labacum & Sislegkum. Ergo Maximinus proficiscendo Sirmio in I-

taliam ad nullam aliam Æmonam venit, quam cuius ruderā monstrari possunt Labaci, & quæ Sisciā distat CXXI. millibus passuum. Quod si verò aliud iter illum arripuisse contendas ē Sarmatia per superiorē Pannoniam: ecce tibi designationem aliam ex eodem Antonino desumptam.

Antoninus

Carnunto

| | | |
|----------------------|---------|----|
| <i>Ulmo</i> | XIV. | M. |
| <i>Scarabantia</i> | XXV. | M. |
| <i>Sabaria</i> | XXXIII. | M. |
| <i>Arrabone</i> | XX. | M. |
| <i>Alicano</i> | XL. | M. |
| <i>Pætovione</i> | XXXI. | M. |
| <i>Ragandone</i> | XVIII. | M. |
| <i>Celeia</i> | XVIII. | M. |
| <i>Adrante</i> | XXIV. | M. |
| <i>Hemonia</i> | XXV. | M. |
| <i>Ad Nonum</i> | IX. | M. |
| <i>Longatico</i> | IX. | M. |
| <i>Sammas Alpes.</i> | X. | M. |
| <i>Caſtra</i> | IX. | M. |
| <i>Ad Fornolus</i> | XII. | M. |
| <i>Ad Undecimum</i> | XII. | M. |
| <i>Aquileia</i> | XI. | M. |

Cluverius.

Hamburg Austriae.

| | | | | |
|----|---------------|----------|-----|--------------|
| P. | Ilmitz Germ. | milliar. | 3. | & med. |
| P. | Schapring. | milliar. | 6. | & quad. |
| P. | Sarvar. | milliar. | 8. | & quad. |
| P. | Eisenburg. | mill. | 5. | |
| P. | Rackelsburg. | mill. | 10. | |
| P. | Pettau. | mill. | 7. | & tres quad. |
| P. | Ragatez. | mill. | 4. | & med. |
| P. | Celeia. | mill. | 4. | & med. |
| P. | Dranberg. | mill. | 6. | |
| P. | Labacum. | mill. | 6. | & quad. |
| P. | Billichgrätz. | mill. | 2. | & quad. |
| P. | Logatez. | mill. | 2. | & quad. |
| P. | Alben. | mill. | 2. | & med. |
| P. | Gmünde. | mill. | 2. | & quad. |
| P. | Sanpass. | mill. | 3. | |
| P. | Undecimo. | mill. | 3. | |
| P. | Aquileia | mill. | 2. | & tres quad. |

Dimensionum hujus itineris perit locorum facile affequentur cum non multum differat ab hodierna vulgari supputatione.

IV. Accedat quartus vetustus historicus Julius Capitolinus, qui describens iter ejusdem jam memorati Maximini ex Pannonia in Italiam Aquileiam, licet inverso ordine, narrat: *Acrior denique Italiam ingressus est: ubi cum comperisset Maximum contrâ se missum vehementius sœviens quadrato agmine Hemonam venit. Sed Provincialium omnium hoc consilium fuit, ut sublati omnibus, quæ victum præbere possent, intrâ civitates se recipere, ut Maximinus cum exercitu famem urgeretur. Denique ubi primum caſtra in Campo posuit, neque quidquam commetus inveniret, incensus contrâ eum exercitus suus, quod fame in Italia laborasset, in qua post Alpes recreari se posse credebat, murmurare primum cœpit, deinde etiam liberè dicere, &c. plerique sanè dicunt ipsam Hemonam vacuam & desertam inventam esse, Maximino stultè lætante, quod quasi civitas tota cessisset. Post hoc Aquileiam venit, quæ contrâ eum armatis circâ muros dispositis portas clausit, &c. Ponte itaque è cup-*

pis factò Maximinus fluvium transivit, A. & de proximo Aquileiam obsidere cœpit. Vides turbatum narrationis ordinem, cum dicit: Italiam ingressus est, & subdit Quadrato agmine Hemonam venit, cùm hoc præmittere debuisset; sed nihil novi apud Capitolinum. Nam posteà rursum ait: Aquileiam venit, ac deinde subdit: Fluvium transivit, intellige Sontium, qui XIV. millia passuum ab Aquileia distabat (& prius transfundus erat, quam veniretur Aquileiam) vti in eadem narratione adstruit Herodianus, licet pro XIV. ponat XVI. transpositis litteris, cùm Itinerarium B. Antonini seu Tabula solùm XIV. M. P. numeret. Quid ergò mirum, quod Æmonam in Italia videatur locare? Quanquam esto illam collocaret in Italia, discordus est vel errasse, vel certè id temporis Æmonam Italizæ auctæ adnumeratam, quin & inter medium Japydiam quæ jam Romanum jugum plenè admiserat. Firma hanc opinionem ex eo, quia tempore, quo Capitolinus scribebat, erat Imperium Romanum immutatum: Japydia adscribatur Italizæ; quod Plinius, & Ptolomæus, videntur insi-

insinuare. Imò jam tunc Pannonia sub Diocletiano aliter divisa fuit, nempe in Valeriam, & Saviam, quarum Valeria à Danubio ad Dravum, Savia à Dravo ad Savum protendebatur. Unde videtur, id quod à patre meridionali Savi erat circà Æmonam, attributum Italiæ abolito jam nomine Japydum; de quibus nulla amplius memoria apud auctores hujus ætatis. Certè partem Pannoniæ superioris appellavit Valeriam Diocletianus, vel ejus gener Galerius Maximianus, sub quo vixit Julius Capitolinus; vnde verosimile jam Æmonam, ut proximam Juliis Alpibus, Italiæ fuisse adnumeratam. Hæc pro benigna Capitolini ab errore excusatione. Cæterùm, ut ille erraverit Italiæ adnumerando Æmonam; non erravit Ptolomæus inter Italiam & Pannoniam eam collocando. Sive igitur ejus ætate *B.* Italiæ, sive Pannoniæ Civitas fuerit, procul adhuc abfuit ab Aquileia, procul ab Istria, & ante Alpes sita, non post Alpes. Neque illa Capitolini verba dicunt eum voluisse Hemonam inter Alpes & Aquileiam reponere, quod dicat, murmu-

rasse exercitum, quod fame in Italia labo-*A.* rasset, in qua post Alpes recreari se posse cre-debat. Bis enim passus est exercitus famem, ad Hemonam primum, ante Alpes, deinde iterum post Alpes ad Sontium. Propterea absoluto primo sensu pergit narrare. Denique ubi primum Castra in Campo posuit, neque quidquam com-meatus inveniret, intelligendum est post transitum Alpium, primum expressit Herodianus, qui ante Hemonam; poste-rius ipse Capitolinus, qui ante Aquilejam exercitum famè laborasse notavit. Prætereà adverto Herodianum non si-ne peculiari vocum emphasi poluisse: *sine ullo impedimento superatis Alpibus in Castra descenderunt.* Ad quæ Castra? ho-stium, an sociorum? certè nec hostes illic erant, nec Maximini exercitus ibi Castra adhuc habuit, quo primò descen-dit. Sensus igitur genuinus est, quem Capitolinus non bene observavit, licet phrasim antecedentium Historicorum & fortè Herodiani secutus sit, quod supe-ratis Alpibus descenderit exercitus Ma-ximini ad locum vocatū *Castra*. Sic enim legitur in Itinerario Hierosolymitano.

Aquileia

| | | | |
|------------------------------|----|----|------|
| <i>Ad Undecimum</i> | M. | P. | XI. |
| <i>Ad Fornulus.</i> | M. | P. | XII. |
| <i>Castra.</i> | M. | P. | XII. |
| <i>Ad Pirum summas Alpes</i> | M. | P. | IX. |
| <i>Longatico.</i> | M. | P. | X. |
| <i>Ad Nonnm.</i> | M. | P. | IX. |
| <i>Emona.</i> | M. | P. | IX. |

Ego interpretor.

| |
|---------------------|
| Undecimo. |
| Sanpass. |
| Prart, vel Podcrai. |
| Alben. |
| Logatez. |
| Billichgrätz. |
| Labacum. |

Hemonam igitur hac progressus Ma-ximinus terrestri itinere, post transitum Alpium descendit ad Castra locum sic priùs appellatum, & ibi iterum famem passus, progressusque octo millibus pas-suum ultrà Fornulus, quod fuerit circà Sanpass. pervenit ad Sontium à quo A-quileiam usque restabant **XIV.** millia passuum, vbi navalem Pontem stravit, vti ex Herodiano liquet, qui expressè de his Castris loquens, non dicit *Castra posuit*, sed *in Castra descenderunt*, id est ad

C. locum, qui vocabatur *Castra*, qui natu-ratalis est, ut superatis Alpibus ad illum descendere oporteat, vti noverunt peri-locorum, & ego experientiâ didici.

V. Quintus ex antiquis Histori-cis nostro instituto deserviens est Socrates, cui suppetias ferent alii. Vixit hic circà annum Christi 440. & recensuit expeditionem Theodosij Imperatoris adversus Eugenium Tyrannum, & Ar-bogastum; quos vicit miraculosè ad flu-rium Frigidum, quem non alium fuisse,

quam

Socrat. in
hist. Tripart.
cap. 45.

quàm Vipacum (aut Chobelum) in agro Vipacensi, constans est authorum sententia, & convincunt itineraria antiqua. Proferamus verba Socratis : Relicitis ergò Theodosius ambobus filiis in urbe Constantinopoli, cum proficeretur contrà Eugenium bellaturus, plurimi trans Hisstrum barbari sunt sequuti, cum eo pugnaturi contrà Tyrannum : parvoque tempore cum manu maxima venit ad Gallias. Illic enim parabat bellum, ubi jam multa milia habebat exercitus. Fit ergò congressio circa fluvium vocabulo Frigidum, &c. Imperator proflavit se ipsum in terram adjutorem invocans Deum ; & petitione frustratus non est. Bacurius Magister militum ejus disrupt acies, & in fugam mox vertit inimicos ; fitque denuò eâ horâ miraculum. Venatus enim vehementissimus inspirans emissa B. jacula ab Eugenij partibus contrâ eos magna fortitudine deferebat. Tantum valuit Imperatoris oratio, &c. Eadem referunt, sed paulò aliis verbis quinque alij testes, Orosius, Freculphus, Paulus Diaconus, Sozomenus, Nicephorus Callistus, alij. Placet addere verba Freculphi : Theodosius in summis Alpibus constitutus, & ex pers cibi ac somni, corpore humifusus, cælo fixus orabat. Et Pauli Diaconi : Eugenius igitur atque Arbogastes, quum omni instru- C. ëtâ acie Alpium transitus tenerent, & Theodosius in summis Alpibus constitutus esset, &c. Ne verò credas hoc aliis in Alpibus gestum esse, quam in nostris Alpibus Juliis, quæ sunt portæ Italæ, suppetias fert Sozomenus vbi ait : Atque Eugenius equidem maximum paravit exercitum. & Italiae portas, quas Romani Julias Alpes vocant præoccupatas præsidio tenuit. Quid hoc ad Aemonam dices ? multum sanè, qui à oriente profectus Theodosius ad Alpes Julias per ipsam Aemonam iter fecit, teste Pacato oratore, qui Panegyricum dixit Theodosio, in quo præteralia habet : An ergò sine divino Numinis factum putem, ut qui sub nomine pacis ludere, & primi sceleris pænas lucrari quiescendo potuisset, secundum tertiumque

vexillum latrociniij civilis attolleret, & su- A. peratis Alpibus Cotijs Julia quoque claustra laxaret. Et post pauca addit : Nec pia Hemona cunctantius ubi tc adfore nuntiatum, impulsis effusa portis obviam provolavit. Certè Theodosij iter ad Alpes Julias è Pannonia aut per Pannoniam, aliud esse non potuit nisi per tritissimam viam, quæ Labacum, & inde ad Alpes ducit, aut per ambagem, & circuitum Liburniæ, quæ non est via properantis hosti occurere, minimè verò per Histriam : ergò vbi modo Labacum est, ibi sunt rudera antiquæ Aemonæ. Quod verò dicat Socrates Theodosium Constantinopoli venisse in Gallias, vel error est Auctoris vel interpres posuit Gallias pro Celtica. Antiquitùs enim circa mare Adriaticum, & his in partibus Celtas habitasse suprà ostendimus, imò Romanorum florente Imperio Gallia Cisalpina etiam Japydiam complectebatur, vti cum Cluverio alibi ostendo, quo fortè Socrates respexit. Manet hodieque Græcis hæc consuetudo Germanos omnes appellandi Gallos seu recentiori appellatione Francos.

VI. Undecimus vetustus Scriptor veritati assertæ firmandæ deserviens est iterum Sozomenus, vbi de condita Aemonia differit, cuius verba retuli cap. I. §. I. eique se associat ibidem allegatus duodecimus vetustus scriptor Zosimus, qui ambo Aemonam agnoverunt in fine Pannoniæ superioris sub Norico, & Alpibus, à Jasone conditam ad Nauportum fluvium, qui alias esse non potest quàm Labacus in Savum se exonerans, & navigiorum vltò citròque patiens, vti experientia etiam hodie testatur. Atque hæc sufficient pro secunda probatione assumptæ Theseos, quod vera Aemonia à Jasone condita & celebrata antiquis scriptoribus non sit alibi quærenda, quàm in ruderibus Labacensis vrbis anti-

quæ.

§

§. VI.

Orosius lib.
7. C. 35.
Freculphus
T. 2. l. 4. c. 45.
Paul. Diac.
Miscell. lib.
13. Sozom.
cit. sep. Ni-
ceph. lib. 12.
c. 38.

Pacat. in Pa-
neg. Theod.

§. VI.

Argumenta ex Antiquis Itinerarijs.

I.

MAgno Reipub. literariæ bono superiore seculo ex vetustis Bibliothecis eruta sunt complura Itineraria antiqua sub nomine Antonini, quæ aliquando credita sunt fuisse Antonini Imperatoris Philosophi, sed juniores arguunt tam Latinitas, quam nomina vrbium, ut suprà insinuatum, crediturq; saltem vñjus eorum Author esse Æthicus Antoninus Hister, teste Hugone Flaviniacensi, quē circà annum Christi CCCCXL. vixisse arbitror, alioquin Æmonæ per Attilam An. CCCCLII. vastatæ vix meminisset, vti & Aquileiæ, & aliarum vrbium, quæ tunc conciderunt. Quas si dicas restauatas, formam tamen Romani Imperij circà ea tempora mutatam fateberis, vt Itinerariis ejusmodi opus non esset. Hieronymus Surita putat esse Antonini Ca-

Hugo Flavi-niac. in Chro-
ad an. Chri.
97.
Voss. de hist.
Laz. lib. 3.
cap. 13.

A. racallæ, qui anno CCXIV. imperavit. Plura dicemus infrà cap. IV. §. 4. n. 6. Quando verò vel qualiscunque Antoninus hæc conscriperit, magnum historiæ antiquæ lumen posteritati accedit. Ego olim exemplar (quantum memini) Lugdunense cum notis cujusdam recentioris legi: dum hæc scribo vnicum nactus sum Venetum, sed mirè depravatum, & non tam fortè Amavensis quam Typographi incuria vitiatum. Ex cæteris fragmenta reperi apud probos authores, quæ pariter bonâ fide vti reperi allegabo.

B. II. Primum ergò sit, quod licet depravatum, & multis Typographicis scatens mendis Venetijs impressum est Anno M. D. XVIII. in ædibus Aldi, & Andreæ loceri. In eo tamen fol. 143. ponitur:

ITEM AB URBE.

| | | |
|----------------|----|------------------|
| Mediolano | M. | p. D. XXVIII. |
| Inde Aquileja | M. | p. CCL.X. |
| Inde Sermio | M. | p. CCCC.I. |
| Inde Nicomedia | M. | p. D. CCCXV. |
| Inde Antiochia | M. | p. DCLXXXII. &c. |

Quæ summarie posita, deinceps specialibus titulis author prosequitur, desi-

| | | |
|-------------------|-------------|------------|
| Concordia civitas | Hodie | Concordia. |
| Aquileia civitas | M. P. XXXI. | Aquileia. |

FLUVIO

| | | |
|-------------------|--------------|-----------|
| Frigido | M. P. XXXVI. | Vipacum. |
| Longatico mansio | M. P. XXII. | Logatez. |
| Hennomacium | M. P. XVIII. | Labacum. |
| Adrante mansio | M. P. XXV. | Dranberg. |
| Caleia civitas | M. P. XXIV. | Celeia. |
| Ragundone | M. P. XVIII. | Ragatez. |
| Patavione civitas | M. P. XVIII. | Petovium. |
| Aqua viva | M. P. XX. | |

Hic nonnulla corrigenda sunt prout in aliis exemplaribus inveniuntur.

Laz. Cor-
nuent. Reip.
Rom. lib. 12.
fett. v. c. 3.
tol. 1188.

Ante centum annos Wolfgangus Lazius in suo exemplari, quod fortè manus scriptum, sic loca recenset: *Itinerarium à*

Mediolano viam subducens Sirmium usque per loca Foro Julij (ut reliqua Italiae transseam) Concordiam, Aquileiam, fluvium frigidum, Longaticum mansionem, Hemonam, Adrantem, Celeiam, Ragandonem

Ortel. in Sy-
non. Steph.
in dict. hist.

& Pœtovionem enumerat. Irrepsit ergo gundone lege Ragandone, & si admendum in exemplari Veneto vbi Hen-A. verteris ad locorum distantiam : omnino reperies locis illis, quæ interpres ex antiquis nominibus prout ho-die nominantur ad amissim convenire: atq; adeò concludes Hæmonam sive Æmonam non alibi stetisse, quam vbi nunc Labacum. Quod verò in hoc loco exemplar Venetum mēdosè habet Hen-nomacium, alibi melius nominat He-moniā. Nam folio 169. sic ordinat iter.

ITEM AB HEMONIA.

| | | |
|--------------------------------|---------------|-------------|
| <i>Per Sisciam Sirmi usque</i> | M. P. CCCXI. | sic |
| <i>Prætorio Latovicorum</i> | M. P. XXXIV. | Ratschach. |
| <i>Novioduno</i> | M. P. XXXI. | Gurkhfeldam |
| <i>Quadrata</i> | M. P. XXVIII. | ----- |
| <i>Siscia</i> | M. P. XXVIII. | Sissegkh. |

Hic ab Hemonia numerantur mil- lia passuum CXXIV. vsq; Sisciam, quæ omnium consensu est hodiernum Sis-segkh. Si ergo IV. M. P. computes pro vno milliari Germanico, erunt inter Hemoniā, & Sisciam millaria Germanica triginta, & vnum; & totidem circiter hodie numeramus inter Labacum, & Sissegkhum, tametsi nesciamus quam viam Romani tenuerint, qui fortè maioribus vñi sunt ambagibus. Etenim Prætorium Latovicorum vbi steterit nescimus, ego divino circà Rat-

schach, quia hoc distat octo milliari-bus Labaco, & Gurkfelda, quam puto esse Noviodunum, distat inde circiter sex milliaribus. Quidquid sit de horum locorum vera interpretatione, interim habemus Antoninum correctum ab Antonino, qui quod semel posuit He-nomacium secundò melius scripsit Hemoniā. hæc de primo Itinerario.

III. Tabulæ apud Peutingerum & Cluverium distinctius, copiosioribus locorū nominibus, iter Aquileia Æmonam & vtrà adornant, & sic habent.

| <i>Aquileia</i> | | <i>Aquileia</i> |
|-----------------------|-------------|-----------------|
| <i>Ponte Sonii</i> | M. P. XIV. | Lifonso. |
| <i>Fluvio frigido</i> | M. P. ----- | Vipacus. |
| <i>In Alpe Julia</i> | M. P. XV. | Alben. |
| <i>Longatico</i> | M. P. V. | Logatez. |
| <i>Nauporto</i> | M. P. VI. | Oberlaybach. |
| <i>Emona</i> | M. P. XII. | Labacum. |
| <i>Savofluvio</i> | M. P. VIII. | Savus fl. |

Supple qui deest, numerum ad fluviū frigidū M. P. XXII. & erunt in hoc itinere M. P. LXXXII. id est millaria Germanica 20. & totidem hodie circiter numerabis Aquileia proficiscendo ad Savi trajectum propè Görtchah vbi dicitur zwischen den Wasseren, ad confluentes Soræ & Savi, quia cum ponat Antoninus

vel Tabulæ author inter Emonam, & Savum VIII. M. P. debet accipi traje-ctus distans duobus milliaribus, qualis ille est. Reliquorum locorum distantiae optimè convenient. Nam à Lifontio ad fluviū frigidū numeramus millaria quinque cum dimidio: à fluviō frigido seu Vipaco (aut si malis Chobelio, qui modicè distat) ad Alben seu vulgo

vulgo Planinam sunt tria millaria cum dimidio. Unde Longaticum seu Logatez distat ab Alben paulò plus vno mil. liari; idem verò Nauporto seu Hyperlabaco distat vno & dimidio. Deinde Hyperlabaco Labacum omnes numeramus tria millaria, & Labaco ad confluentes Soræ (olim dictæ Saura) & Savi duo millia computantur. Cæterùm licet aliqua maior vel minor ali-

cubi esset distantia, nihil officeret nostro intento, cùm de loco in locum possint esse plures viæ, & nesciamus quam illarum tenuerint olim Romanii. Ex quo iterùm habemus Aemonam esse Labacum. Cum hoc itinere in supputatione per alia intermedia loca coincidit Itinerarium Hierosolymitanum, quod ità repræsentat Cluverius:

| | | |
|------------------------------|------------|--------------------|
| <i>Aquileia</i> | hodie | <i>Aquileia</i> |
| <i>Ad Undecimum</i> | M. P. XI. | Undecimo |
| <i>Ad Fornolus</i> | M. P. XII. | Sanpaff |
| <i>Castræ</i> | M. P. XII. | Prat, sive Podcrai |
| <i>Ad pirum summas Alpes</i> | M. P. IX. | Alben. |
| <i>Longatico</i> | M. P. X. | Logatez. |
| <i>Ad Nonum</i> | M. P. IX. | Billichgratz. |
| <i>Emona.</i> | M. P. IX. | Labacum. |

Hic iterùm dimensio itineris optimè concordat cum his locis, quæ verò si similiter interpretamur. Quis igitur sanæ mentis tot evidenteribus argumentis visis vel auditis dubitabit Aemonam antiquam esse quærendam Labaci Metropoli Carniosiæ? Nihilominus adhuc plura promamus.

§. VII.

Argumenta ex Antiquis Inscriptiōnibus.

I.

Non sum nescius antiquos lapides repertos in aliquo loco, solùm probare eo loci aliquando habitasse aut moratos esse Romanos, quorum hæc erat consuetudo, lapides cum Inscriptiōnibus duraturæ apud posteros memoriæ relinquerre. Neque ex ipsis Inscriptiōnibus aut certorum expressione nominum infallibile est argumentum, locum cuius nomen exprimitur illum ipsum esse, in quo lapis ejusmodi reperitur. Nihilominus ubi aliunde constat de loco, si præterea in lapide antiquo ejus reperiatur memoria, maximam vim habent ad firmandam veritatem antiquorum lapidum Inscriptiōnes. Tales verò lapides, & olim reperti sunt, & nunc reperiuntur Labaci, qui nomen Aemo-

næ clarè exprimunt. Atque ut ordinarab eo, quem ego primus hactenùs observavi, licet omnium oculis sesqui seculo expositus fuerit, & vtinam expositus meliore loco. Immuratus quippe est majori portæ Teutonicæ (vt vocamus) qua extrà civitatem ad hortos & rudera veteris Aemoniæ exitur in sinistra parte anterioris pørfæ, duobus à terra pedibus elevatus, vnde à transuentum curruum rotis magna pars Inscriptiōnis ejus extrita jam est, ut integrè legi non possit. Fortuna tamen ejus hæc fuit, quod hactenùs integrum nomen Aemoniæ servaverit. Exscribo quod adhuc legi potest.



V A R I O T I
P. N A R B O N
V E T. L E G. XV.
--- V E N I X
P. E M O N I A E.

In penultima linea dubito an bene legam Venix, quia primæ literæ modi cè apparent, & litera I. formata est instar inversæ litære T. (I.) ut suspicer fortè legendum A N. L X. Porro lapis hic vel erutus è terra, vel ex ruderibus Ar- mamentarij Archiducalis protractus est Labaci anno 1525. cum Armamentarium ineendio absumptum, & penitus disiectum fuit, & eo loci nova vrbis porta (quam à domo vicina Equitum

Teutonicorum, Teutonicam dicimus) A. exstructa est. Unde miror quod Lazijs paucis annis posteà Labaci perquirens antiquitates, eum non observaverit, quia jam tunc immuratus fuit.

II. Altera inscriptio extat defacto in pariete Ecclesiæ B. V. Ordinis Teu-tonici, quam ego ipse legi, & descripsi correctius quam Lazijs, qui cam promit in commentario Reipublicæ Ro-manæ.

Laz. Com-
ment. Reip.
Rom. lib. 12.
fæct. 5. c. 6.

M. TITIO. M. F. CL. TI.
BARBIO. TITIANO. DE
CURIONI. E M O N E. T.
LEG. II. ADJUTRIC. ITEM
LEG. X. FRETENS. HA-
STATO. IN. COH. LEG. II.
TRAIAN. EXCORNICULAR.
PR. PRO. LARCIA. VERA
FILIO. PIISSIMO. L. D. D. D.

Petrus Ap-
pian. Barth.
Amant.
Syntag. An-
tiq. Inscript.
Jan. Grut.
Magn. Synt.
Laz. Lam-
bec. Bibl.
Cæf. I. 2. c.
8. fol. 631.

Petrus Appianus, Bartholomæus Amantius, Janus Guiterus, Lazijs, & post hos Petrus Lambecius habent cum diptongo *Æmonæ* sed in lapide simpli-citer est EMONE. Item apud illos est gemina vox EX CORNICULAR. Sed in lapide vna continua. Item apud illos PR. PR. sed in lapide P R. P R O. Verùm lapidæ etiam errant: & de in-terpretatione hic non sum solitus, fal-

tem habemus Æmonæ nomen in se-
cundo lapide:

III. Tertia inscriptio extabat olim in præfata Commenda Teutonica La-baci ante centum aliquot annos, quam descripsit Lazijs. Recentibus annis per-fordidam avaritiam illiteratorum, lapis ille in aliud usum absumptus est, vti mihi domestici narrarunt cum inquire-rem de illa. Apud Lazio ita legitur:

ENNIO SECCONIS F.
VIVUS F. CETETIUM
RUSTICO F. ⊕. N. L.
ET FIL. VALENTIONI.
⊕. AN. XXXV. EISECU
SECCO. EMONS. Y.
⊕. AN. LI. EMON. Y.
Coetera legi nequiverunt.

Ecce iterum bis Æmonæ nomen C. ptio, in qua nomen Æmonæ sive Emo-næ expressum. Addi possent etiam aliæ inscriptiæ vicini Magni Vici, quem nunc

nunc corruptè Igg appellamus, sed hæ A. quod Æmona alibi quæri non debeat infrà suo loco promentur.

IV. Sufficiat apponere Inscriptio-
nem recentiorem quidem, sed quæ te-
stetur Labacensibus jam olim ante se-
culum persuasum, & certum fuisse,

A. quod Æmona alibi quæri non debeat
quam Labaci. In medio Ecclesiæ suprà
memoratæ Teutonici ordinis, colum-
næ appositus est lapis sepulchralis cuius
Inscriptionis partem hic
promo.

PAMPHILO FRUMENTINO
LEONARDUM FILIUM. PRUS-
SIENSIS MILITIÆ EQUITEM
INVISENDI GRATIA HUC PRO-
FECTO, MORTEQUE HIC
EMONE PRÆVENTO IDEM
PIIS. FIL. MONUM. F. C.
AN. M. D. LXVIII.

Nihil dubito multos adhuc lapides
jacere sepultos, qui aliquando eruentur
& fortè nomen Æmonæ efferent, dum
modo nanciscantur Dominos antiquita-
ti propitos : omnes enim horti à parte
occidentali Labacensium suburbiorum
pleni sunt ruderibus veteris Æmonæ, &
ferè quoties aliquod novū ædivisficiunt

B. erigitur, dum fodiuntur fundamenta,
extrahuntur lapides inscripti, sed iterùm
absumuntur, quià rudium verbum est :
Hæc cui bono? Imò & multis literatis
exigua cura ejusmodi antiquitatum,
quià præsentibus intenti præterita ne-
gligunt, futura non prospiciunt.

§. VIII.

Argumenta ex sensu Recentiorum scriptorum.

I.

Nequid prætermisſe videar,
& in re quatuor circiter seculis
quasi dubia, & quasi contro-
versa, solus pro compatriotis
sententiam ferre, libet etiam alios Re-
centiores, tot quot occurunt adducere,
qui ponderatis antiquorum testimoniis
rectè sentiunt veram Æmonam à Jaso-
ne conditam alibi non stetisse quam in
ruderibus antiquæ vrbis Labacensis.
Primus esto Æneas Sylvius, qui dictus
subinde fuit Pius Papa II. peritissimus
horum locorum, quæ sæpius peragra-
vit cum & Slavigræensem Parochum,
& Tergestinum Episcopum & Lega-
tum Friderici III. Rom. Imperatoris ad
sedem Apostolicam ageret. Hic tantus
vir de Nauportto sic sentit : *Istria ab I-
stro amne dictam ferunt, quem à Danubio*

C. *in Adriam fluere falso crediderunt. Cui er-
rori, & Pomponius Mela, & Nepos Padì
accola aures adhibuit. Argonautarum eos
fabula decepit, quos per Istrum ex mari Pon-
tico in Istriam vectos memoriae proditum
est. Sed constat eos ex Istro in Savum adver-
so flumine navigasse ; dein Nauportum,
quem Labacum hodie appellari putaverim,
cujus paludem Lugeam Strabo appellat. Ex
Nauperto vero per montes humeris vecta
navis in Adriaticum pervenit &c.* Non
meminit quidem Æmonæ sed Nauporti
fluvij, qui Æmonam perlabiliter, & Savi
qui ab Æmona secundum Antoninum
distat solis VIII. M. P. sed hoc ipsum sa-
tis est, quod Nauportum in Carniolia a-
gnoscatur, consequenter etiam Æmonam
hic reposuisse, si de ea fuisset interroga-
tus. Errat tamen in eo, quod putet Nau-
portum

portum à Strabone dictum paludem Lugeam, quià hæc est alia palus, licet etiam in Carniola interiori, de qua suo loco.

II. Alter pro nobis fide jussor est Abrahamus Ortelius, qui superiore seculo scripsit Synonyma Geographica, & sic sentit de Æmona: *ÆMONIA. Histriæ maritimam urbem, & hodie Cittanova vocatam, scribunt Leandex, Volateranus, & Marius Niger. Ego verò quis veterum hujus Æmonie in Histriæ regione ad mare sitæ meminerit, plane ignoro. Plinius habet ÆMONIAM Pannoniæ oppidum, ÆMONIAM quoque in Noricis, quod Julius Capitolinus HEMONAM vocat. Ptolomæus EMONAM urbem statuit inter Italiam, & Noricum, quam eandem esse puto cum ÆMONIA Plinius. Sic etiam legendum erit apud Antoninum (quo loco Hennoma Hemonia, & Hemonia male habetur) hancque Moletius Clemmonam dicit vocari. At cum Simlero potius credam Carniolæ caput esse, quod hodie Laybach dicitur, & vulgus Latinum LUBLIANAM nominat. In ea enim urbe extat vetus Romana inscriptio, in qua Æmonæ fit mentio. Haec tenus Ortelius, non solum veritatem adstruens, sed etiam factores refutans, verè enim dicit: *Quis veterum hujus ÆMONIAE in Istria regio ad mare sitæ meminerit, plane ignoro.* Et ignorant cum ipso omnes docti, & accurati Scrutatores antiquitatis: quod enim non est, sciri non potest. Et quià adducit testimonium Simleri, nobis quoque sit tertius fidejussor Josias Simlerus.*

III. Quartus est Joannes Aventinus Boicorum Annalium scriptor, qui agens de Maximini profectione in Italiam, hæc habet: *Maximus quæ ad bellum spectabant comparavit, ut paratus Maximino occurreret; qui jam fines Italæ attigerat, & Hemonam Coloniam Pannoniæ extremam Italæ primam vacuam cultoribus potentibus partis intrarat, ubi ædificiis incensis Aquilejam, quæ inde sex & Septuaginta millibus passuum aberat, quadra-*

to agimine progreditur &c. Clarius se explicuit in exmeplari Germanico, quod post Latinum vulgavit, ybi exprelè ait Hæmonam esse Labacum.

Quintus fidejussor est Wolfgangus Lazius, qui licet Æmonam Iggij (quod duobus milliaribus Labaco distat) non verò Labaci collocet, quià distantiam locorum ab Antonino designatam non observavit, ex eo tamen huic opinioni subscribere censemus est, quod Æmonam non in Istria, sed in extrema parte Pannoniæ, & quidem propè Labacum inquirendā judicaverit. Verba ejus sunt *Hæmonæ situm nemò melius, quam Plinius depingit. lib. 3. cap. 25. cùm de Jasone, & Argonautis loquitur: quoniam Argonavis flumine in mare Adriaticum descendit, nec procul Tergeste, nec jam constat, quo flumine. Humeris travectam Alpes diligentiores tradunt. Subiisse autem Istro, dein Sao, de in Nauperto, cui nomen ex ea causa est, inter Æmonam Alpesque exorienti. Porro Nauportum Labacum fluvium ex proximo est capite confirmatum. Hic verò quatuor milliarium intervallo à Labaco civitate oritur, haud procul ab eo oppidulo, quod hodie superius Labacum dicunt. In cujus medio itineris, ut describit nimirum Plinius, inter Labacum fluvium, & Alpes Lugei lacus visitur innumeris Romanis Inscriptionibus alijsque vetustatis exemplis celeberrimus, quem Iggium incolæ vocant, cuius situs Hæmonæ veteri ex Diametro quadrat. &c. Verum est, quod origo Labaci fluvij sit etiam media inter Iggium, & Alpes, si cuti est inter Labacum & Alpes, sed oportuisset bene inspicere Antonini itinerarium, & distantias locorum observare, quæ non correspondent Iggio, sed Labaco. Errat verò Lazius Lugeum lacum collocando Iggij, quià procul inde est, vel Circnicensis lacus, vel subterraneus fluvius in Lueg.*

IV. Sextus fide jussor est Hieronymus Megiserus Historiographus olim Carinthiæ, qui hæc ipsa loca perlustravit. Et licet vno in loco subscriptat

Lazio,

Meg. Añal. Lazio, alibi tamen disertè ponit hunc titulum : *Quomodo Maximinus Tyrannus Carnioliae exusserit &c.* Dein in contextu narrationis ait : *Cum Maximinus ferè attigisset Italiam, & ad Imperialem urbem Æmonam (quæ nunc Metropolis Carnioliae Labacum est) pervenisset ; reperit urbem apertam, à nullo hominum habitatam : omnes profugerant &c.* Hæc ille, quæ clara, & vera sunt, quantum ad vrbs nomenclaturam.

Carol. Steph. Septimus sit Carolus Stephanus, qui in suo Dictionario Historico-Poëtico, ijsdem ferè verbis suam

mentem aperuit, quibus suprà Abramus Ortelius. Octavus est Petrus

Bertius, qui in Commentariis de Germania, ubi producit Itinerarium Antonini, & nominal locorum explicat, ponit Æmona Laybach, seu quod idem est Labacum. Nonus est Conradus Peutinger allegatus à Petro Bertio, cuius

verba sunt : *In Pannonia superiori conspicitur quoque vicinior Istriæ Emona, & fluvius Savo - & Petovio oppidum.* Vicinam dicit Emonam Istriæ, & Labacum est vicinum Istriæ, non tamen in Istria, sed in Pannonia.

V. Decimi fidejussoris locum obtinet instar decem aliorum Philippus

Cluverius, quo nullus haec tenus accutus est antiquorum locorum situm, & nomenclaturas. Is de se ipso scribit, quod has Provincias eo fine lustraverit, ut earum statum veterem facilius explicaret, fide proinde dignissimus in plerisque. Certè quæ de Labaco scripsit, verissima esse convincunt ejus probationes. Ecce cerpam paucula. Indescriptione limitum Italæ, cum Pannoniam ab Italia discernit, allegat Vellei Paterni verba de exercitu Pannonico : *Pars petere Italiam decreverat, junctam sibi Nauporti ac Tergestis confinio.* Addit hic Cluverius : *Pannoniaæ oppidum erat Nauportus apud amnem cognominem, qui vulgo nunc dicitur accolis Laubach : Italæ verò oppidum erat Tergeste : in medio horum erant Alpes Pannoniaæ, quarum summa juga Italiam à Pannonia submovebant.* Adducit deinde idem Cluverius textum Herodiani de transitu Maximini è Pannonia in Italiam, eumque erroris arguit, quod Hæmonam in Italia collocaverit, cum esset à septentrionali parte Alpium ad earum radices. *Nec situm, inquit bujus urbis ignorare possumus, quando ita referunt antiqua Itineraria Romana.*

Cluver. Ital.
antiq. lib. 3.
c. 2.

Tabulæ

Aquileia

| | | | |
|---------------|----|----|---------|
| Ponte Sonti | M. | P. | XIV. |
| Fl. frigido | M: | P. | XV. |
| In Alpe Julia | M. | P. | V. |
| Longatico | M. | P. | XII. |
| Nauporto | M. | P. | VII. |
| Emona | M. | P. | VIII. |
| Savo fluvio | M. | P. | IX. |
| Ad publicanos | M. | P. | VI. |
| Adrante | M. | P. | XXXVII. |
| Celeia | M. | P: | Celeia |

Antoninus.

Aquileia.

| | |
|-------------|-------------|
| Fl. frigido | XXXVI. |
| Longatico | XXII. |
| Hemona | XVIII. |
| Adrante | M. P. XXV. |
| | M. P. XXIV. |

Pergit porrò Cluverius : *Hoc scilicet illud erat usitatissimum Romanis è Pannonia in Italiam iter, in quo Celeia oppidum ultra Savum amnem in Carniola, etiamnum clari comitatus caput est. In Italia*

verò Sontius fluvius hodieque vulgo dicitur l'Isontio flume, & in hunc defluens fluvius Frigidus, vulgo nunc Wippaeh, circa cuius fontes sunt Alpes Juliae, quæ & Pannonicæ dicebantur. Per has transitus erat viâ militari

litari ex Italia in Pannoniam; cuius ini-
tium erat Vallis sive campus, quem Na-
portus medium secat amnis, vulgo nunc ac-
colis Germanis Laubach, sive alia dialecto
Laupach dictus. Ad hunc fuit oppidum
eiusdem nominis Nauportum XI millia pa-
uum à summo Juliae Alpis trajectu, &
XII. ab eo millia in eadem planicie Colonia
Hemonia, à qua in præscripto itinere VIII.
numerantur millia ad Savum amnum. Un-
de patet Hemoniam esse eam urbem, quæ in
ripa dicti amnis vulgo nunc incolis vocatur
communi amnis vocabo Laubach, Italis Lu-
biana, Carnioliae Caput. Huc accedit &
inscriptio vetus, quæ heic reperta est, He-
monæ nomen referens. Hactenùs Cluve-
rius clarissimè, & verissimè. Quid verò
sentiat de authoribus, qui Æmonam in
Istria erroneè reponunt infrà dicam.

VI. Undecimus fidejussor est vir
in omnibus scientiis, præsertim Theo-
logicis, & Historicis versatissimus Mel-
chior Inchoffer S. J. cuius verba appo-
no. *Eademque ratio fuerit de Æmoniensi
seu mavis Æmonensi Pannoniæ Saviae Ec-
clesia, sive ea sit quam Ptolomæus Æmonam,
Julius Capitolinus Hæmonam, Plinius Æ-
moniam vocant, & Plinius Pannoniæ op-
pidum, Julius in Noricis, Ptolomæus inter
Italianam, & Noricum statuunt: bodie re-
centiores Metropolim Carnioliae Lubianam
sive Labacum nuncupant: quanquam alij
maritimam Istriæ urbem censentes, cum Vo-
laterrano aliisque recentioribus alio abeant,
sed nullo quod sciam ex veteribus authore.
Ita profectò nullus ex antiquis authori-
bus proferri potest, qui vellevi aliquo in-
dicio Æmonam reponat in Istria, cùm
econtrà, qui ejus meminerunt antiqui,
Pannoniæ vrbē nuncupent. Duodeci-
mus testis est Martinus Zeillerus in Iti-
nerario Germano subscribens sententiæ
Cluverij. Decimus tertius Matthæus
Merian, quasi problematicè modo cum
Cluverio, modo cum Lazio sentit: cer-
tè in hoc nobis favet, quod nullam in
Istria Æmonam quærat, sed potius La-
baci. Decimus quartus verò Georgius*

Fournier clarè veterem Æmonam La-
baci reponit in Synoptica sua Geogra-
phia. Denique decimus quintus testis
sit Henricus Palladius, qui nuper scri-
bens Utimi in Foro Julio, adeòque vici-
nus Istriæ cùm varias de Æmona con-
jecturas format, nec verbulo tamen at-
tingit eorum opinionem, qui eam in I-
stria collocarunt. Imò opinioni Lazij,
videtur adhærere cùm ait: *Cæterū de
Æmona mirum, quod nusquam appareat.*
Nam post hanc calamitatem (supponit Ma-
ximi transitu incendio consumptam) fu-
isse restitutam, & cultu floruisse in signi ex
posterioris ætatis scriptoribus satis constat.
Unus Wolfgangus Lazio situm designat
propè Lubianam, quem nunc Iggiū ap-
pellant: *banc fuisse Æmonam ex Romano-*

*B. rum monumentis sibi persuadet. Monstran-
tur etiam antiqui oppidi vestigia in Sylva
Geldrudis, quod proximus verò est Æmo-
nam fuisse &c. Non omnino contradic-
cit Lazio, sed malè tamen ipse conjectu-
rat de Sylva Geldrudis Pyrina, quæ est in
ipsis Alpibus, qui si Plinio fidem habui-
set post Alpes originem Nauporti, &
post originē Nauporti Æmonam quæ-
sivisset: deinde ex Itinerario Antonini
(quod videtur non legisse) poterat
colligere, & digito quasi monstratam
videre Æmonam Labaci. Nobis hoc
loco satis est, quod Palladius non igna-*

*C. rus in vicina Istria Episcopos Civitatis
Novæ appellari Æmonenses, noluerit
tamen conjecturam pro Æmona facere
de Cittanova. Prætero nunc Anto-
nium Thysium, Petrum Lambecium,
Joannem Frisium, Joannem Passerati-
um, Cornelium Schrevelium N. San-
sonium, qui anno 1641. mappam edi-
dit ferè similem mappæ Cluverij, & Æ-
monam eodem loci ponit, quo nos &
alij, qui vel expresse in nostram con-
cedunt sententiam, vel tacite appro-
bant, cùm extrà Istriam Æmonam re-
quirunt in Pannonia, vel Norico.*

VII. Deniq; ipsi adversarij, qui
Æmonam in Istria colloquare volunt,
pro

Fournier, 1.
21. c. 13.
Geograph.
H. Pallad.
Forojul. lib.
3. & lib. 7.

Hen. Pall.
rer. Foro-
jul. lib. 7.
fol. 113. i

Inchoffer
Appar. ad
Annal. Hun.
T. 1. fol. 15.

Mart. Zeill.
Germ. c. 15.
fol. 175.
Merian. To-
pograph.
Carniol.

Thys. in Not.
ad Pater.
Lamb. Bibl.
Cæsl. 2. c. 8.
f. 682. Fris.
in Lex.
Passerat. in
Galep. Schre-
vel. 16.

pro nobis vel inviti sententiam ferunt. Duorum meminero, & sufficiet. Auber-
tus Myræus edidit anno 1619. Geogra-
phiam Ecclesiasticam, & paulò ante No-
titiam Episcopatum orbis Christiani.
In Geographia pronuntiat pro Istrianis,
quià inquit: *Æmonia V. olim E. Istriæ ad
Nauporti fluminis ostia sita, cuius ruinæ
bodieq; spectantur inter Justinopolim & Pa-
rentium. Ex ejus reliquiis constructa est ci-
vitas Nova &c.* At verò in Notitia Epic-
scopatum enumerat suffraganeos Pa-
triarchæ Aquilejensis, & Patriarchæ
Gradensis prout olim censebantur, quia
catalogum illum ait esse antiquissimum à
quinq; seculis scriptum, quem è Victorina
Bibliotheca Parisiis ohtinuit: Ibi ergò
inter suffraganeos Aquilejensis nomi-
nat Mantuanum, Comensem &c. Petinen-
sem, Justinopolitanum, Æmonensem. Et mox
ponit in Istria suffraganeos Gradensis Pa-
triarchæ: Castellanus Venezie, Clodiens-
is Chioggia Civitatis Novæ Cittanova.
habemus ergo in Codice Provinciali Ro-
mano antiquissimo simul & semel sub
diversis Metropolitanis Æmoniensem
Episcopum, & civitatis Novæ Episco-
pum, haud dubiè diversos, quia vñus i-
demq; non est duorum Metropolitanorum
suffraganeus. Ne verò mihi obje-
ctes ejusdem Myræi Politiam Ecclesia-
sticam anno 1610. editam, in qua pari-
ter Episcopatus orbis Christiani enum-
erat, & Gradensi solos Castellanum ac Clo-
diensem attribuit, scito Notitiam supra-
dictam seu Codicem Provincialem esse C.
partum posteriorem, adeòq; meliorem,

Aub. Myræ.
in Not. Epi.
seu cod. Pro-
vin. Rom.
ap. Gualt.
Chron. T. I.

& sinceriorem ejusdem authoris, quià
A. anno 1614. evulgatum. Nec multum
ab hoc discordat Catalogus Episcopo-
rum à Joanne Olmar anno 1515. ed. tus,
in quo Aquilejensi præter alios suffraga-
neos tribuuntur, *Tergestinus, Comaclensis,
Justinopolitanus, Maranensis, hic modo est
civitatis novæ.* Et mox Gradensis suffra-
ganei nominantur, *Castellanus, Torcella-
nus, Esulanus, Caprulanus, Clugiensis, civita-
tis Novæ.* Hic licet Æmoniensis non no-
minetur, nihilominus translatio Mara-
nensis ad civitatem novam insinuatur,
cum Maranensis ante translationē fue-
rit sub Aquilejensi, translatus verò ad
civitatem novam tribuatur Gradensi.
Verùm Joannis Candidi Foro Julianis,
quem pro se allegant adversarij, autho-
ritate firmemus, quod modo ex My-
ræo adduximus. Hic ergò licet alicubi
Æmoniam locare videatnr in Istria, ta-
men in recentendis suffraganeis Aqui-
lejæ, & Gradi concordat férè cum My-
ræo. Nam Aquilejensi Patriarchæ as-
signat præter alios *di Petene, di Giustino-
poli, di Emona sive à Savo:* Gradensi ve-
rò tribuit, *il Castellano, Jesolano, Capra-
lano, di Torcello, de Chioggia, e di Citta Nuo-
va,* quæ sine dubio ex antiquis docu-
mentis Vtinensibus vbi scripsisse vide-
tur, extraxit. Fuit ergò aliquandò tem-
pus, quo suum Episcopum habuit Æ-
mona sub Aquilejensi, & suum civitas
nova sub Gradensi Metropolita: atque
adeò Æmona non fuit Citta
nova, nec hodie esse
potest.

§. IX.

Dubij sicut sententium obviatur.

I.

 Ria potissimum sunt quibus
innixi Adversarii Æmonam
collocantes in Istria (nam de
aliis nobis non est quæstio)
conantur probare Æmonam veterem
esse ad flumen Quietum in Istria, vbi
ex quibusdam antiquis ruderibus ædi-

ficata est Civitas Novæ, sive ut aliquandò
appellabatur Novetium. Et 1. quidem
adducunt vnum vel alterum antiquum
scriptorem, qui in Italia videtur collo-
care Æmoniam: proinde arguunt Æ-
monam non posse quæri Labaci, cum
Labacum sit in veteri Pannonia. 2. ad-
ducunt

Joan.Olmar.
lib de Episc.

Joan.Candi.
comment.
de Aquileja.
lib.4. mihi
pag. 44.

ducunt scriptores Recentiores, qui expressè tradunt Æmonam olim stetisse, A. Novæ; ergò hic potius quām ibi quærenda est vetus Æmona. Addamus ultrò etiam Sozomenum de Argonautis differentem: *Transmissio mari quod super Scythas est, per flumina quæ per illas partes labuntur, ad Italorū pervençrunt fines, atq; ibi hyemantes urbē condiderunt nomine Æmonam.* Ecce inquit in finibus Italiæ non autem Pannoniæ sita est Æmona.

II. Quantum ad primum adducuntur Herodianus, & Julius Capitolinus, quorum prior ita scribit de itinere Maximini Imperatoris è Sarmatia properantis Aquilejam: *Maximinus postquam ad Italiae fines pervenit, præmisit speculatoribus, qui explorent, &c. Ubi autem totam planitatem servatis rite ordinibus transmisserunt, ad primam Italiae urbem perventum est, quæ Hemona ab incolis vocatur. Ea sita est in extrema planicie ad Alpium radices, &c.* Ex hoc loco sic arguunt: Istria est in Italia, & Civitas Nova est in Istria: Labacum verò non est in Italia, ergo Æmona non potest quæri Labaci, sed potius in Istria. Deinde Julius Capitolinus de eodem Maximini itinere agens, inquit: *Acrior denique Italiam ingressus est: ubi cum compriisset Maximum contrâ se missum, veherentius saeviens quadrato agmine Hemonam venit. Sed Provincialium omnium hoc consilium fuit, ut sublati omnibus, que viatum præbere possent intrâ civitates se recipierent, ut Maximinus cum exercitu fame vrgeretur. Denique ubi primum castra in campo posuit, neque quidquam commeatus inveniret, incensus contrâ eum exercitus suus, quod fame in Italia laborasset, in qua post Alpes recreari se posse credebat, murmurare primum cœpit &c.* Ex hoc loco sic arguunt Adversarij: Juxta Capitolinum prius ingressus est Italiam Maximinus, quām Hemonam accesserit, ergo Hemonam in Italia quærenda est, & non in Pannonia. 2. narrationis contextus inuit, quod Æmona sita fuerit post vel trans Alpes proficisci Maximino è Sarmatia; hoc autem non congruit La-

bacensis urbis situi, sed potius civitatis Novæ; ergò hic potius quām ibi quærenda est vetus Æmona. Addamus ultrò etiam Sozomenum de Argonautis differentem: *Transmissio mari quod super Scythas est, per flumina quæ per illas partes labuntur, ad Italorū pervençrunt fines, atq; ibi hyemantes urbē condiderunt nomine Æmonam.* Ecce inquit in finibus Italiæ non autem Pannoniæ sita est Æmona.

III. Sed hæc tam enervia sunt, vt nullo negotio infringantur. Ad primum Herodiani locum sentiendum est, quod Herodianus Græcus scriptor, & horum ignarus locorum erraverit, dicendo Hemonam primam Italiæ urbem: vel 2. quia limites Pannoniæ sunt vicini, imò contermini Italiæ, volebat fortè scribere ad proximam Italiae urbem: nulla enim Pannoniæ vrbs propinquior est Italiæ, quām Labacum: quod sanè ex reliquo contextu apertè colligitur, quem supra dedimus §. V. num. 3. series quippe narrationis ista est.

I. *Maximinus ad Italiae fines pervenit,* id est ad limites Italiæ extrinsecos, Pannoniæ verò intrinsecos, vbi est Italiæ finitima & propinqua, & hoc verificatur etiam de Labaco.

2. *Præmisit speculatores ad Alpes,* qui circumspicerent an intrâ Alpes insidiæ delitescerent, ex quo patet, quod tunc ipse nondum attigerit Alpes. Post hoc.

C. **3.** *Ipse quadrato agmine Hemonam venit,* quæ est sita in extrema planicie ad Alpium radices: à parte nimirum orientali, vel quasi septentrionali.

4. *Hic (id est ante ingressum Hemonæ) speculatores atq; exploratores exercitus, quos scilicet ante præmisserat ad Alpes, jam reduces, narrant Maximino, vacuam relictam urbem:* unde famē tolerare debuit exercitus apud Hemonam.

5. *Milites indignè tulerunt, quod ab initio statim fame laborarent.* Nimirū ad Hemonam.

6. *Cum noctem exegissent (scilicet*

cet circa, vel intra vacuam Hemonam) statim sole oriente ad Alpes accesserunt.

7. Alpes verò, vt loquitur Herodianus *sunt longissimi quidam montes vicemurorum, Italie circumdati, &c. ut universam Italiam comprehendant.* Hactenus fuerunt Hemonæ, & necdum transierunt Alpes sed eas accedebant.

8. Quapropter (pergit Herodianus narrare) *ingens transiturum illac exercitum formido tenebat, metuentem summa juga teneri jam ab hoste :* Nimirum summa juga Alpium putabant occupata ab hoste. Sed

9. Tandem Maximinus *sine ullo impedimento superatis Alpibus in castra descendit.* Ergò transivit ab Hæmona ad Alpes, & superatis transuerso Alpibus, descendit ad vallem infrà Alpes meridianalem, vbi locus fuit *Castra nuncupatus.* Quis hic non videat Herodianum vel malè afferuisse Hæmonam Italie vrbem, vel sibimet contradixisse? si enim Alpes sunt muri Italie, qui eam universam comprehendunt vel ambiant, vti ipse fatetur; consequitur, antequam Italiam attingeret Maximinus venisse Hæmonam, & tunc Hæmonam, quæ sita erat ante Alpium accessum, non fuisse vrbem Italie, sed solum propinquam Italie, quia ad radices Alpium. Sed quid his opus? Inspiciatur textus Græcus Herodiani, vbi vox *protos* decepit interpres, cum pro ea posserent primam Italie vrbem. Nam eadem vox etiam significat priorem, & antecedentem, ut Joan. I. *qui prior me erat*, in Græco est *protos μετιν.* proinde etiam Herodiani verba *proti Italias polei*, reddenda sunt *priorem Italiam vrbem*, seu ante Italiam sitam vrbem, quæ Italiam antecedit. Et sic intellectus Herodianus sibi non contradicet. Nihil igitur patrocinatur Herodianus Istrianis pro commentitia Æmona ad flumen *Quie-*

IV. De Julij Capitolini authoritate non labore, vtpote quilecta apud a-

lios susque deque miscuit, & per metathesim quæ præmittere debuisset post posuit, quem admodum supra observavi §. V. num. 4. Imò videtur narrationem hujus itineris desumpsisse ab Herodiano, quem medio seculo subsecutus est, & confudisse, quæ ille ordinatè narravit. Dicit enim quod castra in campo posuerit; cum Herodianus solum dicat eum in castra descendisse. *Castra* verò fuit locus sic nominatus, vt patet ex allegato suprà Itinerario. In quem enim finem, vel ante Hemonam nova castra poneret, vbi nullus hostis timendus, vel etiam superatis Alpibus, cùm ad planitiem descendisset securus, & insuper acceleraret iter Aquilejam? Non ergo ipse castra posuit, sed ad locum dictum *Castra* descendit ex Alpibus. Sozomeni porró authoritas nihil officit nobis, quia circa Labacum possunt dici Italorum fines, seu Italie Limites extrinseci, sicuti in summitate Alpium, vbi incipiebat Italia (vt probat Cluverius) poterat dici limes Pannoniæ, vel Japydiæ pro aliquo tempore: neque ex hoc inferre licet Æmonam in Italia quærendam esse. Denique si decem alij Authores afferuissent Æmonam Italie vrbem, contrà eos tamen starent supra à nobis recensiti, Plinius, Ptolomæus, Justinus, Vellejus, & alij, ac potissimum itineraria, quæ evidenter convincunt Æmonam ibi stetisse vbi nunc Labacum est. Imò etiam si Æmona nunquam fuisse Labaci, ex adductis nihilominus authoritatibus afferentium Æmonam esse Italie vrbem, nullatenus adhuc probarent Istrianí Æmonam fuisse vbi sunt rudera Cittanova, vel Novetij, sunt enim nonnulli recentiores, quos inter P. M. B. in MSS. & Franc. Palladius, imò & Henr. Palladius qui iisdem Herodiani, & Capitolini authoritatibus seducti, Æmonam inquisiverunt trans Alpes circà Goritiam, alter quidem in sylva Geltrudis seu

Cluver. lib.
I. Ital. antiq.

Pyrina, alter in oppido ad radices meridionales Alpium nominato hodie Haidenschafft, vbi etiam multa sunt antiquitatis vestigia, sed vano labore, & in cassum fudant. Ego in Haidenschafft potius crederem stetisse Oram urbem, quam Plinius intercidisse scribit, cum locus vicinus adhuc vocetur à Slavis Podcrai, quod ad Oram alludit: Æmonam verò nullus mihi alibi monstrabit, quam Labaci.

V. Recentiores deinde allegantur authores pro Istrianis, neque enim haec tenus repertus est ullus antiquus, qui ante mille annos scripsisset Æmonam veterem stetisse in Istria: adducuntur ergo Raphaël Volateranus, Flavius Blondus, Leander Albertius, Petrus Coppus, Nicolaus Manzolius, Philippus Ferrarius omnes Itali, Sebastianus Munsterus, Gerardus Mercator, & addi possent plures, de quibus universem pronuntiat Cluverius agens de ruderibus civitatis Novæ in Istria, & fluvio Quieto:

Ad hujus dextram ripam IV. circiter M.P. à mari vestigia conspicuntur antiqui oppidi, quod Italæ scriptores hoc nostro seculo PER IMMAMEN ERROREM, interpretati sunt Hemonam Coloniam apud Nauportum annam, quem volunt hodie esse Quietum, quum extra Italæ fines Hemonam nunc Labacum dici apud fluvium cognominem in Savum defluentem supra patuerit. Quis ita primus scripserit, non reperio. Persuasum tamen id fuisse Istrianis ante quingentos abhinc annos ultrò fateor, sed per IMMAMEN ERROREM, quem avidè arripuerunt scriptores Itali prout informabantur. Raphaël Volateranus scripsit Anno 1510. cum Julio Papæ II. opus suum dicaverit: de hoc Floridus Sabinus ita sensit: Bona eruditorum pars ei defert mediocrem eruditionem cum nibil quam aliena, hinc inde in sua immensa volumina transulerit, in Græcis vertendis vel pueriliter sæpè lapsus. Hic Romæ scripsit, & fortè nec Istriam nec Labacum unquam vidit. Leander Albertus

vel Albertius Dominicanus ejusdem ævi, scribebat Bononiæ Anno 1516. sed hic ipse doluit: *quod passus fit sibi imponi ab Annio Viterbiensi, & adeò multa ex ejus nuzis infarcierit suis commentariis*, teste Vossio. His paulò antiquior Flavius Blondus (non tamen inter antiquos computandus) Anno 1450. Romæ scribebat (neque hactenus legi antiquorem in hac opinione) scire forte & indagare potuit locorum situm, & veritatem deprehendere, quia Forojulien-sis erat, nisi nimium remotus à patria calamum tractasset, aut ob viis credidisset. Nam ut de eo pronuntiat Joan. Gobellinus: *Non satis diligenter quæ scripsit examinavit, non quam vera, sed quam multa scriberet curam habuit*: Et Floridus Sabi-

B. nus de eodem: *Non desunt, qui ab eo veritatis fidem multis in locis requirant*. Petrus Coppus his multò junior errorum arguitur in ipsa Istriæ descriptione à Magino, qui ipse quoque innumeros commisit errores in locorum antiquorum interpretatione, vt legenti constare potest. Philippum Ferrarium plures lapsum observant Lambecius, Bollandus & Socij. Quid multa? cæteri magis Novitij, cæci cæcos secuti, errores erroribus cumularunt, vt risum vel commiserationem potius mereantur, quam fidem. Unus cæterorum omnium idea est Nicolaus Doglioni, qui Anno 1623. orbem descripsit, & de Æ-

C. mona hoc protulit: *San Lorenzo di Dalia, & doppo Cittanova fabricatavi dalle rouine del antica Emonia sopra ad un monte accanto una Picciola valle del fiume Quieto, quattro miglia da Cittanova lontana, & si chiamava Novetio. Et li edificatori dicono esser stati Argonauti, che portarono la loro nave nel fiume Quieto, & vi si veggano anco alcuni vestiggi. Fu abbraggiata questa Cittanova, quando fu vinto Berengario primo delli Vngheri, da cui spingendo, si aliquant avanti vi e la foce del fiume Labato, che hora Quieto si dice, ma Nauportus secondo Plinio era da prima tenuto. Questo scende da gli alti monti*

monti, & scorrendo fra quelli da dodici miglia; navigasse poi da ove dicono l' Osteria persino al mare. Presso nel fiume e Labato Castello che Naupporto e nominato nel historie del Cornelio Tacito, ma al presente e questo Castello addimandato Lubiana dalla palude vicina. Ergò ne etiam Labacum jam in Istria translatum est & castrum Labacense, & flumen Labacus? credo quod ipsos metu Istrianos pugnat id audire, vel legere. Interim ex his omnibus patet evidenter esse quidem non nullos, qui scripserint Æmonam olim

A. stetisse in Istria, sed solùm Recentiores PERIMMANEMERROREM nullum verò antiquum: ac proinde nullam illis fidem habendam: tum quia plerique Rhapsodi erant, tum quia locorum ignari: tum quia asserta nullus eorum probavit. Econtrà Æmonam veram stetisse, vbi nunc Labacum est, probant, Simlerus, Ortelius, Cluverius & ex antiquissimis, Cosmographis pariter ac Historicis à nobis est abunde probatum. Restat Achilles argumentorum partis adversæ, qui mox sternetur.

§. X.

Unde & quomodo Episcopi Civitatis Novæ, & quo jure assumperint titulum Episcoporum Æmoniensium.

I.

 Ertum est juxta hactenùs dicta Æmonam veram, de qua est quæstio, stetisse Labaci: certum est etiam eam nunquam fuisse in Istria: multò minus transferri potuisse Labaco Cittanovam: vnde ergò Episcopis Cittanovæ titulus ille ab Æmona desumptus vel Æmonia? An fortè ab alia aliqua Æmona, vel Æmonia in Istria sita? Sed nullus antiquus author meminit talis Æmonæ, vel Æmoniæ in Istria: & Cittanova ædificata est ex ruderibus veteris *Alvi*, vt non semel ostensum. Igitur cum civitas transferri non potuerit, translatus fortè est Episcopatus Æmonensis, sive reapse, sive titulo tenus per errorem, quod nunc ostendo. Et in primis suppono, quod suprà probavi, civitatem Novam constructam esse ex ruinis ALVI. quam urbem inter Istriæ mediteraneas recentet Ptolomæus longit. grad. 36. min. o. latitud. grad. 45. min. o. At verò Æmonam in Pannonia idem Ptolomæus ponit longit grad. 36. min. 30. latitud. grad. 45. min. 20. ex quo ipso possent Istriani agnoscere, se frustra in sua patria prætendere veteris Æmonæ situm. Jam de ALVO civitate vel oppido I.

B. striæ constat, quod extiterit adhuc tempore Ptolomæi, licet Plinius ejus non meminerit: neque apud ullum scriptorem antiquum post Ptolomæum hactenus deprehendi ejus mentionem: vtrum Attila illud oppidum everterit, non reperio, nisi apud Bonfinium, qui amplificandæ historiæ causa multa adstruit, erroneâ etiam nomenclaturâ ALVUM indigetans Æmoniam vbi ait: *Ne Parentium quidem cum Hæmonia relicta m est, quando pari incendio absumpsum est: id oppidum à Romanis conditum,* quod de Parentio dictum Megiserus allegans Bonfinium etiam fictæ Æmoniæ seu Alvo attribuit. Sive autem fuerit ab Attila destructum Alvum sive intactum relictum, saltem circà annum Christi 500. adhuc stetisse colligitur ex tabula Itineraria, in qua Cluverius SILVUM legit pro Alvum uti suprà diximus. Conscriptas verò tabulas, & Itineraria circà Annum Christi 400. & quod suprà excurrit ad 500. suprà monuimus, declinante jam Remano Imperio; imò & occidentali labante, quod vel ex latinis vocibus depravatis colligere licet, quia hoc tempore per Græcos, & alias nationes latina lingua cœpit

Bonfic. dec.
1. lib. 6.

Megif. lib.
4. c. 20.

corrumphi. Ab eo verò tempore *Alvum* diu certè in ruderibus jacuisse oportuit, non amplius *Alvum* sed Novetium appellaretur, uti habet Doglioni: quando autem hoc factum; non constat. Vghel-lus ex Candido refert ab Hungaris Berégario primo Italæ Rege superato, deletam, quod circà annum 903. accidisset. Verùm longè anteà habuit nomen Cittanovæ, ut ex Diplomatibus Caroli Magni licet observare. Proinde suspicor melius *Alvum* oppidum à Langobardis vel Slavis penitus deletum fuisse seculo sexto æræ Christianæ, vel initio Septimi: Paulus Diaconus ad annum 587. Rex Authari ad Histriam exercitum misit, cui exercitui Evin Dux Tridenti præfuit, qui post prædas, & incendia factâ pace in annum unum, magnam pecuniam Regi detulerunt. Rursum ad annum 601. ait: *Inter hæc Longobardi cum Avaribus & Slavis Histrorum fines ingressi universa ignibus & rapinis vastaverunt.* Et ad annum 604. iterum: *Sclavi Histriam interfectis militibus (fortè multis milibus) lacrymabiliter deprædati sunt.* Circà hæc proinde tempora *Alvum* sive sub hoc nomine, sive sub nomine *Novetij* ruinas egerit, & fortè sequenti octavo seculo restauratum. Hæc sunt vero si-milia. Æmonam verò nostram post Italiæ excidium restauratam stetisse ad-huc anno 588. constat ex Actis synodali bus, in quibus Patritius Episcopus Emone-nensis nominatur, certum est: Allegatur etiam Paulus Episcopus Emone-nensis à quodam Neoterico MS. quod in Synod. Nicæna secunda adfuerit an-no 780. quod si verùm est(ego in Con-ciliis, eum invenire non possum)stete-rit tunc & posterioribus annis Æmona, sed jam fortè abolito primo nomine à Slavis idololatris habitata, & demum à Germanis sub Carolo Magno inductis reparata, dictaque Labacum à fluvio

Laybach, quem quasi languide fluens A. tem sic nominarunt Germani.

II. Nunc quando Civitas Nova Episcopatum consecuta fit divinan-

Franc. Pall.
ad. an. 588.

dum. Franciscus Palladius, qui scripsit Utini in Foro Julio, supponit Maranensem Episcopatum translatum ad civita-tem Nouam, cum ait: *Parimente di quello di Marano non si ha altra notitia, che l' es-ser intervenuto nel sinodo ad esso loco. Ne meno si sa là cagione, per che traslatata questa sede fusse nel Istrija nella cità d' Eno-na, hora nomata Cittanova.* Celebrata est Synodus à Severo Patriarcha Gra-densi anno 588. Marani, in qua etiam interfuit Episcopus Maranensis. Fit au-tem adhuc Episcopi Maranensis men-tio anno 649. vbi Donatus Maranensis B. nominatur in Concilio Lateranensi. Post hunc annum nullum amplius invenio. Et quià Jonnes Olmar anno 1505. edi-dit libellum dignitatum Ecclesiæ Ca-tholicæ ex antiquis MSS. vbi suffraganeos Patriarchæ Aquileiensis, & Gra-densis speciatim enumerat, dicitque in-ter alios suffraganeos Aquileiensis esse Comaclensem Justinopolitanum, Maranen-sem hic modo est civitatis Novæ, innuit Ma-ranensem translatum ad Cittanovam, & idem asserit, quod Palladius: adeòque sequitur post annum 649. factam esse translationem Episcopatus Maranensis ad civitatem Novam, & anteà nullum fuisse Episcopum in Cittanova. Quo verò anno id factum sit, non constat. Sufficit interim, quod saltem usque ad annum 649. civitas Nova sive Nove-tium in Istrija non habuerit Episcopum proprium, quià alias non fuisset opus eo Maranensem transferre.

III. Opinor itaq; Maranensem Episcopatum (quacunque de causa vel occasione) defecisse circà annum Chri-sti 700. & circà tempora Caroli Magni ad Cittanovam translatum, quod ex ip-sis diplomaticis Caroli Magni elicie-mus. Certè anno 789. in Istrija fuit

vni-

Vghel. To.
s. in Episc.
civit. Novæ.

Cand. lib. 4.
hif.

Paul. Diac.
in Mitcell.

Olmar. in I.
dign. Eccles.

vnicus Episcopus Mauritius, incertum cuius sedis, qui tamen videtur toti Istriæ invigilasse, de quo in Epistola sua Adrianus Papa ad Carolum Magnum Imperatorem: *Credimus, quod jam ad vestræ à Deo protectæ Excellentiae amnes per venit de Episcopo Mauritio Histriensi, qualiter dum eum fidelem B. Petro, & nostrum cognovissent nefandissimi Græci, qui in praedicto ibidem territorio residabant Histriensi.* Et infrà: *Zelo ducti Græci, quamque ipsi Histrienses ejus oculos eruerint, proponentes ei, ut quasi ipsum territorium Histriense vestræ sublimi excellentiae tradere debuisset.* Ex hoc colligitur cum Græci Ecclesiæ Romanæ inimici eo tempore Histriam possederint, Carolus Imp. vix dum pedem in ea posuerit, quam tamen paulò post totam in suam rededit potestatem, ut tradit Eginhartus in vita Caroli: consequenter deducitur, Episcopatus Istriæ tunc vacasse, & vnicum illic fuisse Episcopum Mauritium, quem occiderunt Græci in odium Romanæ Ecclesiæ. Quod etiam aliunde potest colligi, quia si Catalogi Episcoporum Istriæ inspiciantur, hoc seculo nullus reperitur notatus. Inter Justinopolitanos ab anno 756. usque ad 1166. per quatuor secula solus S. Nazarius nominatur, de cuius ætate non constat. Antiquior tamen fuit, quia inventionis annus traditur 601. Inter Petenenses ab anno 680. usque ad 935. solus S. Nicephorus, & hic incerti temporis nominatur. Polæ ab anno 680. usque ad an. 814. non legitur nisi Petrus quidam intrusus anno 724. Tergesti ab anno 680. usque ad 911. nullius Episcopi nomen superest. Credibile ergo inter illa disturbia Slavorum, & Longobardorum, vnicum toti Insulæ datum Episcopum, & ne hunc quidem securum à barbaris, qui an certam sedem habuerit, incertum. Lævinius Hulsius tradit Episcopatum Justinopolitanum antiquitus dictum Histriensem, & Mauritium, de quo agimus, Joannes Lucius supponit fuisse Justino-

Adrian. Pa.
Epist. 47.

Eginh. c. 15.
vit. Caro. M.

Vghel. T. s.
Ital. fac.

Hulsius in
Chron. Fr.
Pallad. P. i.
lib. 3.

politanum, & illic fortè passum, quia A. Eginhartus testatur hoc tempore à Carolo occupatam Histriam, & Liburniam atque Dalmatiam, exceptis Maritimis civitatibus, quas Constantinopolitano Imperatori habere permisit. Unde ait Lucius hanc exceptionem saltem ad unam Istriæ civitatem extendi debere, & quidem ad Justinopolim in Insula positam, quam Græcos maris dominos etiam post Carolum recognovisse arguit mos laudes canendi usq; in hodiernam diem ibi servatus: idq; etiam ex eo verosimile redditur, quod Justinopolitanus Episcopatus tunc recens fuerit, institutus B. videlicet (aut potius restitutus) anno 756. & intrà annos 30. non fuerit extinctus. Sed quid quid sit de sede Mauritij; interim hoc saltem habemus, quod ab anno 600. Christi ad annum 788. quo Carolus Magnus extinto jam ante quadriennium regno Langobardico Histriam quoque occupavit, rarissimos in Istria mansisse Episcopos, & hac tempestate vnicum totius Insulæ fuisse pastorem, nec hunc nec alium appellari civitatis novæ, nullum Aemonensem. Et quia anno 789. vt dicemus in Chronologia Carolus Magnus dedit Foro julio, aliisque Provinciis novos Marchiones seu Duces, ad stabiliendam Francicam Monarchiam, credibile est etiam providisse Ecclesiastico statui, & restituisse suis sedibus Episcopos; imo in civitate Nova, novum fortè Episcopatum erexisse. Id sanè colligi videtur, ex ejus diplomate dato anno 803. in favorem Paulini Patriarchæ, vbi dicit inter alia: *per has præceptales litteras omnino à nostro nunc jure transfundimus in jus, & potestatem Domini supra dicti Paulini Patriarchæ, omniumque illius successorum sex Episcopatus: unum videlicet Concordiensem, alium Vtinensem, tertium illum, qui apud civitatem Novam constitutus esse noscitur, quartum verò Ruginensem, quintum Petenensem, sextum Tarbatensem &c. vbi enumerantur Episcopatus non dignitatis,* Carol. M. a.
Fr. Pallad.
vel

vel ætatis, sed situs ordine, & observanda est phrasis, quâ vtitur Carolus : *tertium illum, qui apud civitatem Novam constitutus esse nescitur*, quod insinuat recente fuisse institutum illum Episcopatum & fortè ipsius industriâ conditam civitatem Novam, fundatumque Episcopatum; vel Maranensem eo translatum: alioqui si fuisset antiquior Episcopatus, suffecisset dicere : *tertium civitatis novæ*. Prætereà colligitur ex hoc, quod si Cittanova aliquando vocata fuisset Emona, illam sine dubio proprio nomine expressisset Carolus, & ab ea Episcopatum denominasset. Eâdem formula loquendi vtitur etiam Otto Imperator anno 996. in diplomate seu privilegio, quod dedit Joanni Patriarchæ, in terminis ponendo : *Tertium illum, qui apud civitatem Novam constitutus esse nescitur*. Unde manifestè videtur se qui, vel Maranensem Episcopatum à Carolo translatum circà hos annos ad civitatem novam, prout suprà retulimus ex authoribus, vel certè novum ab eodem illic erectum esse post restauracionem illius civitatis novæ: adeòque in civitate nova ante annum circiter 780. nullum fuisse Episcopum: aut si quis fuit non aliter appellatum quâ civitatis Novæ.

IV. Quià tamen ex nullo authentico Instrumento (quantum mihi investigare licuit) adhuc constat, quod Maranensis Episcopatus translatus sit ad civitatem novam, restat quærere an non fortè noster Episcopatus Emonensis eo translatus sit: quod certè non fuit impossibile, his temporibus fortassis Emonâ nostrâ penitus vastatâ, & in ruderibus jacente; vel saltem à Slavis Idololatris occupatâ. Refertur mihi, quod extet in Ecclesia Civitatis Novæ Baptisterium cum hac inscriptione : *Baptisterium dingo marmore Mauritius Episcopus Emon*: sed qnis fuerit iste Mauritius, an idem ille, qui à Græcis occisus est circa annum 788. vel aliud ejusdem no-

minis, cum non sit additus annus, non A. possumus colligere vtrum usurpaverit hunc titulum tanquam translatum, vel tanquam arbitriè assumpsum, & per errorem. Potuit enim aliquis civitatis novæ Episcopus post annum 1100. nominatus fuisse Mauritius, qui illud Baptisterium construxit, præsertim cum vix sit credibile post tot annorum curricula mansisse Baptisterium integrum si circà annum 788. fuisset erectum, cum post hunc annum, nempe anno 903. iterum civitas nova tota eversa fuerit ab Vngaris, vt fatentur Itali scriptores. Deinde potuit haberi per traditionem quod fortè ille idem Mauritius Episcopus quem Græci occiderant tale Baptisterium exstruxerit, etiam si fuisset alterius B. sedis, & in ejus memoriam perpetuendam recentior aliquis Episcoporum inscriptionem addi curaverit, postquam jam nomen Emonæ à successorib[us] assumptum fuit. Tertio potuit accidere, vt adhuc anno 784. vel paulò ante, quando Carolus Istriam suæ ditionis subjecit Istria careret omni Episcopo, & fuerit tota nostro Emonensi seu Labacensi commendata, vt pote vicinissimo, adeòque Mauritius fuerit tam noster, quâ civitatis novæ Episcopus, cuius tamen propria residentia foret Emonæ id est Labaci. Quartò potuit accidere, ut Mauritius ille esset nostræ Emonæ Episcopus vltimus, qui à Slavis Idololatris Emona seu Labaco pulsus in Istriam se contulerit, quo illic occiso, Carolus ejus titulum attribuerit civitati novæ. Sed hæc sunt tantum divinationes. Miror autem vehementer, quod Philippus Jacobus Thomassinus vir doctissimus, & antiquitatum studiosissimus, ante paucos annos defunctus Episcopus Emoniensis (ut ipse scribēbat) seu civitatis novæ, à quo Vghellus sibi documenta suppeditata insinuat, non adverterit in loco suæ Residentiæ, & in sua Cathedrali illius Baptisterij inscriptionem, neq[ue] retulerit Mauritium inter

inter Episcopos Civitatis Novæ, vt et-
jam ejus nomen communicaret Ughel-
lo. Demus autem ita se rem hahere,
& quod Mauritus, qui Histriensis Epi-
scopus nominatur ab Adriano Papa,
qui à Græcis occisus est, fuerit reve-
ra Episcopus Civitatis Novæ, & quod
inscriptio illa, quæ adhuc extat, facta
ipso vivente, adeoque ipse usurpaverit
titulum Æmonensis vel Æmoniensis
Episcopi, ex hoc tamen aliud nihil se-
quitur, quam quod argui possit, Æmo-
nensem Episcopatum ejusque titulum
ab Æmona nostra Pannoniæ transla-
tum ad Civitatem Novam Istriæ circa
illa eadem tempora, & ipsummet Mau-
ritium primum fuisse Episcopum Ci-
vitatis Novæ, usum titulo Æmonensis:
cum quo nihilominus stat, veram Æ-
monam veterum esse Labaci, non ve-
rò in Citta-Nova, quia Episcopatu trans-
lato non transfertur Civitas.

V. Sed mihi cum expendo accu-
ratius primos Civitatis Novæ Epi-
scopos ab Anno 900. quorum nomina
extant apud Ughellum, & non invenio
nominatos Æmonenses, sed Civitatis
Novæ, illa inscriptio Baptisterij nullum
facepsit negotium, quo minus suspicer
esse inscriptionem recentiorem, & qui-
dem factam circa Annum 1140. circa
illud quippe tempus, Sciolus aliquis,
cum legisset fortè à Colchis conditam
Polam, Jasonem ad mare Adriaticum
è Pannonia transivisse, persuaserit sibi
Æmonam à Jalone conditam, non ali-
bi quærendam esse, quam in Istria. Sci-
verit præterea Cittanovam ex ruderib-
us cuiusdam vetustæ Civitatis, cuius
nomen jam obliteratum erat, fuisse
conditam; ideoque nulla majori ad-
hibitæ diligentia & inquisitione, conclu-
sisse Æmonam illic aliquando stetisse,
vbi rudera Cittanovæ jacuerant. Pla-
cuerit deinde nomen, & apud autho-
res celebre, & vetustatem præferens,
non tam Istrianis Cittanovensibus,
quam ipsis Episcopis, ac proinde usur-

pare cæperint hoc falso fundamento
A. innixi. Cur enim si tempore Caroli
Magni fuisse scitum, vel pro comper-
to habitum, vel etiam per errorem pu-
tatum, quod in Istria & ruderibus Cittanovæ
aliquando steterit Æmona, ipse Carolus in suis diplomatis Episco-
patum nominasset potius Civitatis No-
væ, quam Emonensem? cur eodem
nomine usus fuisse postea Otto III. Im-
perator Anno 996.? cur Patriarchæ;
quibus subiectus erat Episcopatus Ci-
vitatis Novæ, primis illis annis non a-
lio nomine eum insignierunt, quam
Civitatis Novæ? imò cur ipsi Episco-
B. pi Civitatis Novæ, se hoc ipso voca-
bulo subscribere sunt soliti, & nullus ad-
hibuit prædicatum Æmonensis in ali-
qua subscriptione usque ad Annum
Christi millesimum. Percurramus sin-
gulos, quos recenset Ughellus. Primus
nominatur S. Maximus, qui Anno 381:
interfuit Synodo Aquiliensi: sed hic
non spectat ad Civitatem Novam, quia
fuit verè Æmonensis, idest Labacen-
sis noster, & sedit in vera Æmona,
non in Aluo aut Cittanova, quæ non-
dum constructa erat. Secundus po-
nitur B. Florius ex traditione Polen-
sium, qui si verè fuit Æmonensis, an-
te quintum vel sextum seculum æræ
Christianæ, nihil dubium quin spectet
C. ad veram Æmonam, id est Labacum.
Si verò fuit Cittanovensis immerito
scriberetur Æmonensis. Tertium ita
refert Ughellus. *Joannes Episcopus Æ-
monensis memoratur in monumento confe-
rationis Parentinæ Ecclesiæ.* Sed hic
fuit Episcopus Civitatis Novæ, & ma-
lè appellatur Æmonensis ab Ughello,
quia Civitas Nova & Æmona non
sunt Synonyma: & in allegato mo-
numento consecrationis Rodoaldus
Patriarcha emnumerans præsentes suf-
fraganeos, ait: *Convocatis venerabilibus
Patribus, & Dominis Gasbaldo Polenis
Ecclesiæ Episcopo, Joanne Civitatis Novæ
Ecclesiæ Episcopo, Allerico Concordien-
sis, &c.*

fis, &c. Nec ostendetur hic Joannes in aliquo diplomate dictus Aemonensis. Sequitur apud Ughellum Joannes hujus nominis II. Anno 1029. Cui Conradus II. Imperator confirmavit donationem Popponis Patriarchæ, in cuius diplomate hæc referuntur: *Natum sit omnibus S. Dei Ecclesiæ fidelibus præsentib. scilicet ac futuris, qualiter Poppo Patriarcha sanctæ Aquiliensis Ecclesiæ pro remedio animæ suæ, sanctæ Aemonensis Ecclesiæ paupertati misericorditer compassus villam S. Laurentij, juxta eandem Aemonensem Civitatem sitam, quam ipse, &c.* Et post nonnulla: *Corroboramus sanctæ Aemonensi Ecclesiæ, & Joanni ejusdem Præsuli suisque successoribus, qui pro tempore fuerint prælibatam villam S. Laurentij juxta Aemonensem Civitatem positam &c.* Datum anno XXIX. Si hoc diploma extaret originale, & non esset solum copia posterioribus annis descripta, crederem omnino jam tunc Episcopos Civitatis Novæ appellatos Episcopos Aemonenses, neque tamen possem concludere an jure translationis, an vero per errorem consecuti sint hunc titulum. Sed ex ipso diplomatis contextu videtur argui supposititium nomen. Quomodo enim dicit Conradus *juxta eandem Aemonensem civitatem, cum prius civitatem non nominaverit?* Melior (& fortè in originali hæc fuit) connexio esset *santæ Novæ Civitatis Ecclesiæ paupertati compassus, &c.* *Juxta eandem Novam Civitatem sitam esse, &c.* Non enim convenit dicere *eandem Civitatem* si civitas prius nominata non sit. Deinde si Joannes hic II. se scribebat Episcopum Aemonensem, quomodo ejus successor Azzo Anno 1031. solum scribebat *Azzo Novæ Civitatis Episcopus?* Imò hic Azzo idem est cum præfato Joanne, & dictus Joannes Azzo, quia anno 1015. Joannes Patriarcha præposito, & Canonicus Foro Juliensibus donavit villam Præmariati, in præsentia Episcoporum, qui nominantur à Palladio: Ber-

tholdinus Polensis, Antonius Richerius Feltrensis, Joannes Ridolphus Tergestinus, Petrus Ludovicus Bellunensis, Gaspar Almericus Tarvisinus, Joannes Azzo Civitatis Novæ, Crescentius Majus Concordiensis, & Stephanus Stephaninus Petenensis. Azzo itaque fuit cognomen, Joannes prænomen, & idem ille, qui Anno 1029. sedit, idem sedit Anno 1015. & 1031. cum titulo Episcopi Civitatis Novæ, ut diploma merito suspectum sit de minus sincera descriptione, & recentioris alicujus correctione; quod quidem multoties factum olim à transcriptoribus, & amanuensibus per plura exempla ostendunt Henschenius & Pabebrochius in Propylæo antiquario ad To. II. B. Aprilis, de Actis SS. Sequitur in Vg-hello sextus Civitatis Novæ Episcopus Nicolaus, qui reperitur vixisse Anno 1089. Sed inter Azzonem, & hunc Nicolaum necessario saltem unus interferendus est, si non plures. Post Nicolaum rursum est nimia distantia subsequentis Adami Episcopi, qui sedit Anno 1140. & 1146. Unde iuspicor inter Azzonem & Nicolaum, vel inter Nicolaum & Adamum sedisse aliquem Mauritium, qui usurpavit nomen Aemonensis, quem secutus Adamus avidè titulum arripuit. De Adamo sponte fateor, quod viderim authenticam copiam, si non originale Fundationis Oberburgensis, in qua Anno 1140. reperitur subscriptus *Adam Episcopus Emonensis*. Sed quo jure, id fateor me nescire; puto tamen, quod potius per errorem, quam jure translationis, quià si Episcopatus Aemonensis translatus fuisset, primi statim ejus loci Episcopi se nominassent, & subscriptissent Aemonenses, quod eos non fecisse ostendimus, usque ad annum saltem 1029. si est diploma Conradi sincerum, alioqui usque ad Annum 1100. & ultra. Atque ita supposito, quod Episcopatus in civi-

civitate Nova constitutus sit per Carolum Magnum , per totos ducentos annos Episcopi ejus loci fuerint nominati , & subscripti cum prædicato & titulo Civitatis Novæ , non autem Æmonenses , quod innuit posteriorum erroneam & affectatam usurpationem . Verum quidquid sit de hoc : habeat Episcopatus titulum alienum quounque jure , vera nihilominus Æmona à Jafone condita antiquis scriptoribus celebrata nunquam alibi fuit , quam Labaci , ut clare

supra ostensum est : & consequenter A. Episcopi , qui ante Caroli Magni tempora nominantur Æmonenses , fuerunt Episcopi nostræ Æmonæ , non vero Civitatis Novæ , sive ut antiquitus vocabatur Alui . Hæc mihi videntur partim certa , partim vero similia . Si quis certiora habet ; depromat : veritati semper assensum præbebo , sed ve- reor ut actum agat , qui alibi Æmo- nam conetur ostendere , quam Labaci .

§. XI.

Quà occasione Æmona à Jafone condita.

 D firmandam intentionem libet hoc loco addere pauca de Jafonis navigatione , civitatis Labacensis veræ Æmonæ prima origine . Æetes Solis filius Corinthi regno neglecto , Corinthiorum Coloniam Colchos detulit , vbi ex Idyia Oceani filia Medeam suscepit . Hæc nubilis erat cum Jason ex Æolidum genere Peliae jussu (qui Neptuni & Tyrrhœi filius , cum oraculo didicisset ab uno Æolidum se perimendum , omnes è medio tollere conatus est) in Colchidem expeditionem periculosisissimam suscepit , ad auferendum aureum vellus , quod & sustulit ope Medeæ , quæ veneficiis suis omnia avertit pericula . Nam cum Colchidem appulisset , & ab Æeta vellus aureum Peliae nomine , tanquam surreptum repeteret , responsum tulit , tum demum concessum iri aureum vellus , cum Jason Tauros ignem è naribus efflantes & æripedes domuissest , custodis velleris Draconis dentes adamantino aratro usus seminasset , nascentesque homines armatos ex illis dentibus , occidisset . At Medea Æetæ filia Jasonis desiderio capta , illi vnguentum dedit , quo incolmis ab igne Taurorum servaretur . Alij dicunt , quod Medæa noctu Dracone per pharmaca sopito aureum

vellus ad Jasonem detulerit , & vna cum illo è Colchide fugerit . Aureum porrò vellus quid fuerit ; varij in varijs abeunt conjecturas , cum veritas sub fabulis abscondita lateat . Volunt alij fuisse Crij (arietē Græci interpretantur) Phryxi gubernatoris pellem auro impletam , aut tectam : alij putant fuisse Philosophici lapidis conficiendi artem in arietis pelle descriptam ; alij thesaurum Phryxi : non nulli aureum arietem in navigio Phryxi pro insigni positum : alij deniq; aurifidias , quib' olim Colchis nobilitabatur , credunt figmento de aureo vellere argumentum fecisse . Hæc fusiis apud autores in margine annotatos reperies . Illud ad historiam pertinet : è Colchide Jason Medeam simul & aureum vellus Iolcos avexit ; cum verò ibi securus non esset , ad Istri sive Danubij ostia , vbi in mare provolvitur navigavit , eoq; adverso in Savum , è Savo in Nauportum progressus , tandem eo loci vbi nunc Hyperlabium Germanis Oberlaybach , vulgo Verchnick , navem velut in portu applicuit ; vnde teste Plinio deinceps loco nomen remansit Nauportus . Cum verò ultrà navigare non posset , ac hyems ingrueret , secundo fluvio iterū descendit cum sociis , vbi fortè jam aliquos sparsim habitates incolas adverterat , ibiq; ubi nunc Labacum

Zofim lib. 5.
Justin l. 32.
Isid. lib. 9.
orig. cap. 2.
Higinus.
f. 14 Valer.
Flaccus lib.
7. Argon.
Orpheus in hymn.
Claud. Morisott. lib. 1.
cap. 2. orbis maritim. Salian. anno Mundi 2771
Notal. com. Mythol.
lib. 6 cap. 7.
& 8.

Apollon.
Schol. in lib.
1. & 2.
Argonaut.
Apost. hant.
13.
Diodorus.
lib. 4.
Suidas Eu-
stath. com-
ment. in O-
dysse.
Hom. li. 12.
Strabo lib. 7.
Appian. in
Mithrid.
Plin. lib. 3.
cap. 18.
Plot. in The-
seo.
Apollodo.
lib. 1.
Pausan. in
Pœol.
Suzomen.
lib. 1. c. 6.

bacum est hyemavit, teste Sozomeno, collegitque spartos incolas eosque edocuit ut civitatem inchoarent, quam *Æmoniam* vel *Æmoniam* dixit à patria sua, quæ postea ab ejus filio Theffalo appellata est *Thessalia*. Transactâ verò hyeme de itineribus ad mare Adriaticum ab indigenis edoctus, Argo navem quæ Hyperlabaci in portu constiterat, per montes transtulit, eaq; litora Istriæ circumvectus in Hesperiam navigavit. Subsecuti per eandem viam Colchi *Æetæ* jussu, tandem eum ad Corcyram ferè comprehenderunt. Sed is ad Alcinoum Regem cum Medea profugit, ejusque se commisit judicio (ut loco suo narrabimus) Colchis spe recipiendæ Medeæ frustatis. Hi postea in reditu Istriam tenuerunt, ac veriti ad *Æeten* reverti; Polam primo in Istria, mox alia oppida considerunt. Hæc substantia est peregrinationis suscepitæ à Jasone cum Argonautis: hæc prima nostræ *ÆMONÆ ORIGO*. Condita igitur est (ut in Annalibus dicam) Anno Mundi MM. DCCC. XXXI. Ante Christum natum M. CCXXII. alij aliquot annis anticipant, alij paulò tardius id putant evenisse; quia non omnes eandem seqvuntur Chronologiam. Et ne quis hæc è Poeticis fragmentis eruta suspicetur, vnius & alterius vetusti scriptoris non fabularum sed historiarum testimonio fulcire libet. Sozomeni verba hoc capite II. §. i. retulimus, vti etiam Zosimi: sed hujus repetere libet. Agens ille de Alarico in Italianam transeunte, inquit: *Ad Stiliconem verò quidam nuntium pertulit Alaricum relictâ Epiro, & angustiis, quæ è Pannonia transitum ad Venetos impediunt, superatis, apud Hemonam casula locasse, quæ urbs inter Pannionam superiorem, & Noricum sita est. Atque hoc loco par est minimè silentio præterire, quæ ad urbem hanc pertinent, & quomodo condi ab initio cœperit. Ajunt Argonautas cum eos Æcta persequeretur ad Istri appulisse ostia, quibus in Pontu in se effundit, rectèq;*

facturos se existimasse, si adverso flumine subveherentur, ac tantisper in eo remigiis, & secundi venti adjumento navigarent, donec ad mare propius accessissent. Qum igitur id consilium fuissent ex sequenti, jamque adhunc locum pervenissent, ipsâ strueturâ oppidi in memoriam adventus sui in istas oras relicta, & Argo machinis imposita, perque stadiorum CCCC. spatium usque ad mare pertractâ, Thessalorum littoribus appulerunt, &c. Hæc omnia convenient cum aliorum Historicorum narrationibus, nisi quod ambiguum relinquant, quæ sint illa Thessalorum litora; sed per Thessalos intelligi Græcos, qui tunc erant Padi accolæ mari Adriatico propinqui, observat Cluverius. Strabonis verba alibi damus. Pompeij Trogi, & ejus compendiatoris Justini hæc sunt: Ex gente Tectosagorum non mediocris populus prædæ dulcedine Illyricum repetivit, (narrat de Gallis seu Celtis, qui Brenno Duce Delphos expilaverant) Spoliatis que Istris in Pannonia confedit. Istrorum gentem fama est originem à Colchis ducere missis ab Æeta Rege, ad Argonautas raptoresque filiae persequendos: qui ubi à Ponto intraverunt Istrum, alveo Sabi fluminis penitus inventi, vestigia Argonautarum in sequentes, naves suas bumeris, per juga montium usque ad littus Adriatici maris transtulerunt, cognito quod Argonautæ idem propter magnitudinem navis priores fecissent; quos ut avecitos Colchi non reperiunt, sive metu Regis, sive tædio longæ navigacionis, juxta Aquilejam confedere; Istrique ex vocabulo amnis, quo à mari recefferant appellati. Brevissimè hæc attigit Plinius: Istriam cognominatam tradunt à flumine Istro in Adriam effluente &c. plerique dixeré falso. Nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo quoniam Argo navis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste, nec jam constat quo flumine. Humeris transiectam Alpes diligentiores tradunt. Subiisse autem Istro, dein Savo, dein Nauperto, cui nomen ex ea causa est, inter Æmonam

Justin. lib.
32.Plin. lib. 3.
cap. 16.

Alpesq; exorienti. Ex hisce tribus authoritatibus veterum, certum habetur Jasonē in has oras venisse, Æmonam ab eo, & locis dum hic hyemarent eonditam, deinde navem sive humeris sive machinis ad mare Adriaticum translatam esse. Duo tamen in haenarratione multis videntur creditu difficultia. Primum, qua ratione adversis fluminibus navigare potuerit Jason per tam longa spatia à Ponto Euxino Labacum usque? De Nauperto seu Labaco, qui per sola quatuor milliaria Germanica ulro citroque navigabilis uno miliari infra Æmonam seu Labacum Savo infunditur, nulla est difficultas: de Savo, qui rapacior est, & de Danubio potius dubitandum videtur. Savus recentibus annis perviginti miliaria adverso fluctu tolerat naves, nimurum Zagrabia Labacum: quid infra Zagrabiam impedimentorum sit, dividare non possum; ut neque de Danubio post Taurunum, quia hæc Turcae possident. Sed cum tradant Authores, quod Argonautæ etiam in Lybia propter Syrtium impedimenta naves duodecim dierum spatio per deserta Lybiæ transtulerint, quid vetat, idem afferere saepius ab illis factum etiam in

obstaculis Istri seu Danubij? Alterum A. plus videtur habere difficultatis, quomodo tam magnæ navis quinquaginta remis instructæ translatio fieri potuerit per horrida saxis, & rupibus loca, per asperrum montem Oram, & Carufadium. Verum qui hæc putant impossibilia, nimis scrupulosè verba Historiorum intelligunt. Miror nemini hactenus occurrisse, quod Argonavis sicuti ex pluribus partibus primo compacta fuit, ita etiam potuerit dissolvi, & dissoluta transportari, ac rursum compaginari. Deinde cum aedeset navis inventor vel fabricator Typhis poterat in pluribus locis novam ac recentem navim conficere, & sic esset translatio navis solùm moralis, quæ mihi apparet verosimilior. Si enim per integrum hyemem Jason cum sociis morari potuit ad ripam Labaci, & condere novam urbem Æmonam, potuit etiam tantisper morari circa Tergestum donec nova navis apta Adriatico mari fabricaretur. Atque adeò nihil est in tota narratione de Jasonis itineri in has partes suscepimus, quod fidem excedat. Hactenus

de vera Æmo-

na.

CAPUT III.

DE

Antiquæ Carnioliae Urbibus Oppidis, Colonijs, manionibus, Vicijs, populis &c.

Antiquam Carnioliam illam voco, quæ hodiernæ Carnioliae fines, & tractus terræ complectebatur, sub diversis tamen nominibus partium, & singulorum oppidorum, vicorum &c. quæ nomina jam diurnitate temporis exoleverunt, ut proinde legentibus veteres scriptores necessaria sit eorum explicatio, & cum hodiernis nominibus combinatio. Quia igitur de partibus antiquæ Carniolæ earumque situ, & limitibus Capite I. abunde, & Capite II. de vera Æmona principe Carniolæ urbe, quantum satis, dictum est: nunc de cæterorum antiquæ Carniolæ locorum nominibus quæpiam examinanda restant, & situs eorum, quantum in summa obscuritate licuerit, investigandus. Neque in hoc sistemus, sed cum necessariò in decursu Chronolo-

giæ multa oportebit attingere de vicinis, & conterminis Provinciis, earundem etiam antiqua loca saltem potiora, à quibus nostræ Chronologiæ notitia pendet, per conjecturas rimabimur. Præiverunt in hoc laboris genere, Lazijs, quilibet Itineraria Antonini legerit, distantias tamen ab eo assignatas non curavit, vnde factum ut raro scopum attigerit; Megiferus, qui terè Lazio credidit; Peutingerus, & Bertius, qui nonnulla quidem melius examinarunt, sed vix in partes nostras extenso calamo; Cosmographiæ Ptolomæi Commentatores, Maginus, Moletius, Rosaccius, Ruscellus planè infeliciter, qui ne quidem nomina recentia benè scripsierunt, & alia aliis substituerunt: optimè inter omnes Cluverius, singulari adhibito studio, cuius tamen nonnulla examinabimus, alia emendabimus, & denique alia supplebimus. Placet verò servare ordinem Alphabeti, cùm nobis de singulorum locorum situ non constet, ac facilius digesta per Alphabetum absque recursu ad Indices Lectores poterunt invenire.

§. I.

Antiquæ Carnioliae Urbes, Coloniæ, mansiones, Vici, populi.

*Lit. A. Adranc, Alauini, Ambisontij, Ambidravi,
Ambilici, Amantini.*

Anton. Itin.
Peüting.tab.



Drans ex Antonini Cæsaris Itinerario, cui correspondent Tabulæ aliæ antiquæ Romanæ à Conrado Celte, & Peütingero in vetustis Bibliothecis inven-

| Tabulæ | Ego | Itinerar. Antonini. |
|--------------------------|---------------------------|--------------------------|
| <i>Aquileja</i> | Aquileja | Aquileja. |
| <i>Ponte Sonti</i> XIV. | Lifonzo | |
| <i>Fl. frigido</i> ----- | Vipacum | Fl. Frigido XXXVI. M. P. |
| <i>In Alpe Julia</i> XV. | Planina, seu Alben | |
| <i>Longatico</i> V. | Logatez | Longatico XXII. M. P. |
| <i>Nauporto</i> VI. | Verchnik, Oberlaybach | |
| <i>Emona</i> XII. | Labacum | Hemona XVIII. M. P. |
| <i>Savofluvio</i> VIII. | Savus flu. | |
| <i>Ad publicanos</i> XI. | Glogovitz vel circà Stain | |
| <i>Adrante</i> VI. | Dranberg | Adrante XXV. M. P. |
| <i>Celeja</i> XXXVII. | Cilea | Celeja XXIV. M. P. |

Ex his habemus situm *Adrantis*, sed diversum, quia in uno Itinerario ponitur distare à Celeja XXXVII. mill. pass. id est, si ad millaria Germanica reducas, erunt novem millaria, & quadrans: in altero ponitur distare XXIV. M. P. hoc est sex millaria, quod verius puto: nam & reliquum iter con-

gruit cum supputatione nostrate. Unde in Tabula mendum fuerit, vel error librariorum; & saltem vnum X. redundant. Facile proinde verum situm *Adrantis* deprehendemus, si attenderimus ad distantias Antonini. *Longatica* mansio, ut suo loco dicam est hodie castellum, & pagus interioris Carnioliae; German-

Germanis *Lohitsch*, vulgari verò idioma-
te *Logatez*, planè referens antiquum Ro-
manum nomen: & in hoc assentiuntur
nobis Cluverius, Lazius, Buno, & alij:
inde vsq; Hemonam, quæ est citrà om-
ne dubium Labacum nostrum, nume-
rantur XVIII. M. P. id est quatuor
milliaria Germanica cum dimidio, &
totidem nos hodie numeramus inter
Longaticum, & Labacum. Labaco Ce-
lejam brevissimo itinere nobis compu-
tantur novem tantum milliaria, tametsi
iter ex Podpetsch in Uranicz seu Francz
sit férè duplo maius, quam ex Francz Ce-
lejam: vt proinde rectè iterum ponat
Antoninus inter Hemonam, & Cele-
jam XLIX. M. P. hoc est duodecim
milliaria Germania: *Adrantem* verò po-
nit distare Hæmona XXV. M. P. hoc
est sex milliaria: cum ergò *Adrans* planè
medium itineris inter Hemonam & Ce-
lejam, de quarum situ dubitare non pos-
sumus, occupaverit, rectè Adrantem
in monte, quem hodie vulgus appellat
Trojanaberg collocavero: tum quià illic
hodieque multa extant antiquitatis mo-
numenta, lapides inscripti, nummi, &
similia; quæ Romanam illic aliquam
coloniam aut saltem mansionem fuisse
produnt: tūm quià iter Antonini id pla-
nè evincit, tūm quià ipsum nomen A-
drantis adhuc videtur illi monti adhæ-
rere, & haud dubiè à primis ejus loci
post Romanos accolis sive Gothis, sive
aliis Germanis, vocatus fuerit Dranberg
& posteà corruptè Drajanberg, & de-
mum hodie ex persuasione Lazij Trojanaberg,
quasi mons, in quo insignis ali-
cujus vrbis excidium, & bustum super-
esset. Verùm & in hoc loco, & toto iti-
nere Lazius aberravit, tametsi hasce Pro-
vincias se perlustrasse gloriatur. Hemo-
nam sive Aemonam posuit in Iggio, quo
jure, suprà vidimus; Adrantem quære-
bat in Dragemel Castello recenti Illu-
strissimorum DD. Comitum Barbo Do-
minio, quod duobus parvis milliaribus
Labaco distat, & nec vnum antiquitatis

Cluv. Ital. I.
1. c. 2. Laz.
comment.
Reip. Rom.
1. 12. fest. s.
c. 5. Buno
in Comp.

Romanæ vestigium habet. Melius allu-
A. dendo ad nomen, Adrantem in Francz,
olim Urantz (quod cùm Adrans vtcun-
que correspondet) quæsivisset; ac po-
tuisset suspicari modicum illud in U-
rantz oppidulum ex ruinis Adrantis siti
suprà contiguum montem in valle sur-
rexisse. Sed non erat opus quærere A-
drantem alibi, quām in ipso Adrante,
nempè in monte Dranberg, quem vul-
gus corruptè Drajanberg cœpit appelle-
lare: hic & fama est olim fuisse antiquam
vrbem, aut mansionem, & extant ve-
tustæ Inscriptiones, quas vidi.

II. *Alauni, Ambifontij, Ambidra-*
B. *vi, Ambilici* populi Ptolomæo nominati
in Norico, de quibus vide, quæ infrà
dicuntur, vbi de Sevacibus agimus.

III. *Amantini* populi vocati sunt olim
qui Savum inter & Dravum habitarunt,
sive Saviam Pannoniam; ab inferiori par-
te quam aliqui duobus his fluminibus
inclusam existimant, alii ab vtraq; Savi
ripa extendunt. De his Jornandes: *Amā-*
tinos autē, qui inter Savum Dravūq; flumi-
na insident, Rege eorum interempto, ipsa vice
Romanā fecit Provinciam: nempe Lucius
Prætor, qui & Gentium Regē Illyrici de-
bellaverat. Ante Jornandē sextus Rufus
Amantinis inter Savum, & Dravum pro-
stratis regio Savensis, & secundarum Pan-
noniarum loca obtenta sunt. Plinius vsq;

C. *Sirmium extendit Amantinos in Pan-*
nonia inferiori, cum ait: Bacuntius in
Savum Sirmio oppido influit, ubi civitas
Sirmiensium, & Amantinorum. Ptolo-
mæus in descriptione inferioris Panno-
niæ: *Tenent autem ipsam Provinciam in*
partibus quidem occidentalibus Amantini
magis septentrionales. Hos itaq; vicinos
Pannoniæ superiori, imò Japydiæ no-
stræ fuisse credo. Bato eorum Regulus
fortè etiam parti Japydiæ est domina-
tus. Circà Budam, Albam Regalē, & Ve-
sprimum eos collocat Lazius: sed cum
Ptolomæo fuerint in partibus occiden-
talibus, dicendum est extensos fuisse vs-
q; in hodiernâ Vindorum marcam.

Ptol. lib. 2.
c. 14.

Panciroli in
Not. Imp.
Ocid c. 62.
Laz. Migrat.
I. i. Jornan-
de reg. suc-
cess. c. 51.

Sext. Rff.
Brev. cap. 7.

Plin. lib. 3.
c. 75.

Ptol. lib. 2.
c. 16.

Laz. Migrat.
lib. 4. fin.

§. II.

Antiquæ Urbes, Coloniæ, Mansiones, Vici, populi &c.

Lit. A. B.

Arupium, Avendo, Bilbilis, Burnum.

Rupium, vt habet Antoninus in quibusdam Itinerariis, vel Aurupium, vt in aliis legitur, vel Arypium ut in Tabulis Itinerariis, vel Arupinum vt est apud Strabonem (malè autem Aurupenum & Auruponum apud Lazio (oppidum fuit veteris Japydiæ, cuius meminere Strabo Appianus, Antoninus, & si credimus Cluverio, etiam Ptolomæus, qui Aruciam vrbē in Illyride nominat, sed non est certum, quod pro Arupio id ponat. Facilè tamen accidere potuit, ut Ptolomæus scriberet *árupion* vel *árupia*, quod postea aliquis librarius malè legit *árūkia* substituendo lit. (k) loco (p) Strabo de Japidibus: *siti sunt Japodes in Albo monte, qui finis est Alpium, admodum alto; atque illinc ad Pannonios & Istrum,*

Strabo lib. 4.
Appian. in
Illyr. Anton.
Itiner. Ptol.
lib. 2. c. 17.
Cluver. Ital.
lib. 1. c. 19.
& 21.

binc ad Hadriam porriguntur: bellicosa e-
quidem gens, sed ab Augusto Cæsare prorsus
defatigata. Oppida eorum Metulum, Aru-
pium, Monetium, Avendo. De situ nunc
Arupii quæstio est. Lazius pro libitu suo
nominum affinitatem venatus, cum
legisset apud Antoninum Seniam, A-
vendonem, Arupium, pro Senia respe-
xit Senofetzam in Carso, inde pro A-
vendone Adelsperg, pro Arupio Aur-
sperg est interpretatus. Verùm si ad-
vertas ad locorum distantiam, quam po-
nit Antoninus, & ordinem quo hæc lo-
ca disponit, fatebere Lazio procul abe-
rare à scopo. Melius opinatur Cluverius
licet non possit determinare ubi steterit
Arupium. Putat tamen ad ripam Te-
danii fluminis. Relegamus iter Anto-
nini Aquileja Sisciam, quod sic disponit,

Laz. Migrat.
lib. 6. & com.
Reip. Rom.
Rom. lib. 12.
c. 4. f. 5.

Antoninus

*Aquileja**Fonte Timavi**Anesica**Ad malum**Ad titulos**Tersatica**Ad Turres**Senia**Avendone**Arupium**Bibili**Romula**Quadrata**Ad Fines**Siscia*

M. P. XVI.

M. P. XII.

M. P. XVIII.

M. P. XVIII.

M. P. XVIII.

M. P. XX.

M. P. XX.

M. P. XVIII.

M. P. X.

M. P. X.

M. P. XIV.

M. P. XIV.

M. P. XIV. alibi habet XXI. Sissek

Cluverius

*Aquileja**Fons Timavi.**Senefetzam**Jablonitz*

Tersatum

*Segnia**Starigrad.**ad Tedanium flum.*

In hoc itinere de Aquileja, Tersa-
tica, Senia, Siscia dubitare non licet,
quia omnia extant, & nomina servant;
& Siscia certò supponitur esse Sisslegkh
in Slavonia, non procul Zagrabia. De

C. intermediis divinandum, quod sanè
difficillimum est, quia post Seniam lo-
ca ferè omnia à Turcis occupata, licet v-
surpetur adhuc iter Tersatica Sisciam,
sed vix usitatum Romanis. Mihi ad lo-
corum

corum peritis hoc insinuatum est, quod tamen longius est quam Antonini.

Segnia.

| | | | |
|--------------|----------|-----------|-------|
| Bründl | Miliaria | Germanica | III. |
| Capella | M. | G. | III. |
| Modrusa | M. | G. | II. |
| Ugolinum | M. | G. | II. |
| Carlostadium | M. | G. | V. |
| Jaska | M. | G. | II. |
| Soffet | M. | G. | III. |
| Sissegkh | M. | G | VIII. |

Summa XXVIII.

Ex Antonino Senia Sisciam eliciuntur ferè miliaria Germanica XXIII. Alia itaq; via vñi sint Romani. Illud saltem ex his constat iter hoc Antonini non fuisse per ea loca, quæ Lazius divinabat; quià fuissest à Septentrione in meridiem ab occidente in orientem, & rursus ab oriente in occidentem, vel partim septentrionem. Nam à fonte Timavi procedendo transivisset Senosetzam eundo Tarsaticam, & Trasatica rursum venisset Senosetzam, si Senia Antonini fuissest nostra Senoletza. quod peritis locorum manifestè est iter distortum. Huc pertinet illa vetus Inscriptio apud Megiserum, inventa in Carinthia, quæ videtur Arupij meminisse:

I. O. M.

VENUSTINUS SUM. SIGNUM. L.
ARUP. CULTORIB. CUM. BASE.D.D.

II. Avendo, eandem difficultatē hahet cum Arupio, non enim procul ab hoc quæri debet. Lazius non absque inconstantiæ nota Avendonem quærit in Adelspergo, & Vendonem seu Vendum, quod apud Strabonem idem est cum Avendone, modo in Windischgratz, modo Viennæ Austriæ situm fuisse contendit. Ego Avendonem quærerem circa Capellam, & Arupium circa Modrusam: cætera sunt fabulæ.

III. Bilbilis est memorato Lazio ex affinitate nominis modo Billichgratz modo Sitticum, modo Spilinbergum Foro Julij, cum ait: *Bilbilis memoriam for-*

fan in Spilinbergo quæremus, accedente veteri
nominis adspiratione barbarorum S. litera,
& bergi solitâ Teutonicis terminatione locorum. Sic juxtâ Lazium capessendum esset iter ex Adelsperg in Aursperg, ex Aursperg in Forum Julium, ex Foro Julio in Slavoniam & Croatiam. Nugæ sunt istæ. Quærenda est Bilbilis à parte orientali Gurkfeldi vel Rain, saltem in illo districtu, quià abinde restant usque Sissegkhum millaria Germanica circiter tredecim ex Antonini dimensione. Itaque vel in Marca vindorum, vel in Slavonia fuit Bilbilis, non in Foro Julio.

IV. Burnum vel Burna oppidum fuit antiquæ Japidiæ, cujus mentionem faciunt: Ptolomæus in Liburnia, Plinius, & Procopius apud Lazio.

C. Verba Procopij sunt: *Asmarius itaque ubi Suaviam venit, barbarorum contraxit exercitum: Ulegislans verò solus in Liburniam Gothos ductabat. Qui ubi cum Romanis apud Scardonem acie conflixisset, victi bello ad Burnum urbem se repperunt.* Subnectit ad ista Lazius: *Ex quibus liquet non solùm Burnum civitatem in finibus Liburniæ, Istriæque & Saviae fuisse, verùm etiam Suevos tunc (quod fuit sub Justiniano) isthic coluisse, cuius rei & Jordanes meminisse videtur, cum Chunimundi Suevorum Regis ex Dalmatia, & Liburnia procinctum in Pannoniam superiorem describit.* Assentior, quòd Burnum fuerit civitas Liburniæ, eaq; non procul Scardona ut ex allegato lo co potest colligi, non verò (ut quidā neotericus volebat) eo

Megif. An-
nal. Carinth.
lib. 3. c. 9.

Laz. in Vien.
l. 1. c. 3. Idem
in Comm.
Reip. l. 12.
c. 4.

Ptol. l. 2. c.
17. Plin. l. 2.
c. 22. Proc.

inhist. Goth.

Laz. Comm.
Reip. Rom.
l. 12. f. 5. c. 2.

M

eo loci vbi nunc Flumen S. Viti, & à Burno fortè dictam Liburniam, potius quam a Bürnbaumierwaldt. Sed quod dicat Lazius hinc haberi Suevos aliquando isthic coluisse, fallitur, non enim Suevi sed Suavi, sive Saviæ Pannoniæ inquilini fuerunt, de quibus lo-

quitur Procopius, & Jornandes, vt ali. A.bi dico. Merianus Burnum in Gott- scheviam protrusit, prout scilicet aliunde acceperat, sed fetellit eum opinio, quia Gottschevia est quidem in veteri Japydia, sed eo tempore, quo Burnum extabat, mera sylva, & solitudo fuit.

Merian. in
Topog. Car.

§. III.

Antiquæ Carnioliae Urbes, Coloniæ, Mansiones, Vici, populi &c.

Lit. C. E. F. L.

*Carrodunum, Coletiani, Corinnium, Edeatæ, Enona,
Flanona, Fines. Latobici, Latovicorum Prætorium, Lon-
gatica mansio.*

Laz. Com. I.
12. sect. 2. c.
1. & 1.3. c. 9.

Ptol. I. 2. c.
12. & 1. Clu.
Gerl. 3. c. 43.



Aarrodunum, quod Lazius alii cubi scribit Carnodunum, bis nominatur Ptolomæo. Semel in Vindelia, deinde in Pañonia: primum interpretatur Lazius Krayburg Bavariae, secundum Kornburg Styriae. Sequitur quoad primum Pirckheimerus, de secundo tacet: Bertius consensit Lazio in Tabula Ptolomæi. Tertium Carrodunum in Sarmatia, cuius Ptolomæus meminit Leopolis Russiæ est Cluverio, & huc non spectat. Ego non video ratione cur Carrodunum in Bavaria dici debeat Krayburg, & Kainburg in Carnolia non debeat agnoscere pro Carroduno Pannoniæ superioris, cum licet Crainburgum aliquando in Norico fuerit, alio tamen etiam tempore potuerit accedere Pannoniæ, præser-tim cum id suadeat affinitas nominis, & aliunde soli Ptolomæo in Pannonia superiore notatum conjectorem requirat, ut liceat divinare, quod olim Cranoburgum à Germanis Carrodunum vel Carnodunum Romanis dictum sit, ac modicâ per tempus flexione appelletur Crainburgum: idque primo Norico, deinde Pannoniæ primæ fuerit attributum. Sed mittamus ista, cum digito locum monstrat Ptolomæus, qui respiciens ab Orientali parte confluentes Muræ, & Dravi, ait: *Quipergeminas Pannoniæ*

fluit, scinditurque juxta Corrodunum civi-tatem, quasi ad montem Cetium, vocaturq; ille, qui juxta septentrionalissimam partem est Savarias, qui verò juxta Meridionalissimam Daros. Nullus certè alias fluvius per geminas fluens Pannoniæ scinditur nisi Dravus, qui in inferiori Pannonia si-mul est Mura & Dravus: sursum autem versus recedendo divisus quasi, & scissus est ad montem Cetium, quem etiam perfluit, qua Mura est propè Græcium, qua Dravus seu Daros propè Marpur-gum, per quem totum tractum exten-ditur mons Cetius: Igitur inter, vel pe-nes confluentes Muræ, & Dravi est Car-rodunum, quod hodie dicitur: Legrad.

II. *Coletiani* populi, eidem Ptolomæo nominantur in Pannonia superiore versus Occasum sub Boeis. Plinius enumerans populos Pannoniæ Coletianorum non meminit, sed Colapianorum, qui fortè iidem fuerint, hi quippe ad occasum Pannoniæ vergunt. Meminit etiam Plinius Calentinorum in Liburnia, sed hi diversi à Coletianis, quos cum sub Boeis ponat Ptolomæus si per Boeios Boios intelligat non procul à Bojorum desertis quærendi essent. Et sic est, quia verba Ptolomæi sunt: *In medio versus occasum Boeii, & sub his Coletiani: quasi diceret, Boeij, vbi posteà Boiorum deserta, sunt versus*

Plin. lib. 3.
c. 25.

Id. l. 3. c. 22.

Ptol. lib. 2.
cap. 14.

versus occasum in medio superioris Pannoniae propinqui Norico, & adhuc propinquiores Norico sub Boeis Colletiani. Itaque circa Poetovium vel Rack-

Vir uno

| | |
|------------------|--------------|
| <i>Juvenna</i> | M. P. XXIII. |
| <i>Colatione</i> | M. P. XX. |
| <i>Vpellis</i> | M. P. XVI. |
| <i>Celeia</i> | M. P. XIII. |

Igitur septem milliaribus Germanicis distat Colatio Celeia, & consequenter nec vterius nec propinquius quærenda. Non certè in Praesberg, quia hoc est multò propinquius, vnde & illic Colletiani, non sunt quærendi, sed remotius: qua in re Cluverius defluxit à vero.

III. *Corinnium* in veteri Japidia

nunc in Liburnia ad Flanaticum maris finum oppidum inter Ortoplum, & Nonnam, vt habent veteres Tabulae Ptolomæi. Extat adhuc hodie non procul Scardona locus dictus Carin, si fortè idem sit cum Corinnio.

IV. *Edeatæ* populi Japidiæ veteris Appiano soli nominati, sed vereor ut sit error librariorum aut P. Candidi, qui Appianum Latio dedit. Nam apud eundem à Stephano Gradio traductum, lego. *Ex Japodum gente, quæ inter Alpes habitat Moentini, & Avendeatæ ipsi advenienti se vltro tradiderunt.* Lego tamen apud Plinium etiam iter Alpinos populos *Medullos*, qui fortè nostri Metullij, *Edenates*, *Esubianos*, *Triulattos*, &c. de quibus restat divinandum. Edeates tamen & Edenates, & Avendeates vnum eundemque populum fuisse existimo.

V. *Enona* hodie Nona, quondam veteris Japidiæ Civitas; hodie Dalmatiæ adscripta, Ptolomæo in Liburnia reponitur. Processu temporis Croatia videtur attributa. Certè Episcopus Nonensis, seu quod idem est Enonensis Croatarum Episcopus vnicus à principio eorum conversionis fuisse narratur. Lucius in hanc rem: *Croatiam à principio sua conversionis vnicum tantum Nonensem Episcopum habuisse constat.* Et hoc vs-

herspurgum essent investigandi. Dictos A. verò Coletianos existimo à loco Collatione cujus meminit Tabula Peüttingeriana hoc modo.

Cluverio est Vöhkemarkt.

| |
|-------------------|
| <i>Jaunstein.</i> |
| <i>Prasberg.</i> |
| <i>S. Peter.</i> |
| <i>Celeia.</i> |

q; ad annum Christi 900. deinceps alij accesserunt. Manet adhuc hodie Nonensis Episcopus sub Metropolitanu Jadrensi: civitas tamen anno 1646. di ruta, & solo æquata est nè in manus Turcarum perveniret. Volui hujus Civitatis hic mentionem facere, ne quis Emoniam vel Emonam putatam Istriæ suspicaretur, vel obtruderet pro Emona.

VI. *Flanona*. hæc etiam quondam Japidiæ veteris vrbs, nunc Liburniæ, vicina Flumini S. Viti, Fianona vti Itali scribunt, à qua Plinius Flamonenses dixit, quamvis Cluverius Flamonenses derivet à Flagogna ad Tilavemptum amnē in Venetia. A Flanona dictus est Flanaticus sinus, cuius Plinius meminit *Nonnulli in Flanaticū sinum Japidiam promovere*, & alibi oppidanos vocat *Flanates*, oppidum *Flavonā*, vbi potius legendum putarē Flanonam. Artemidorus apud Stephanum Byzantium eundem sinum

C. vocat *Flanonicū*. Ejus Epitomator de hoc: *Flano vrbs & portus juxta Absyrtū insulā.* Artemidorus in Epitome undecim librorum. *Post Aloūm portus est Flano, & vrbs Flano:* & totus hic sinus Flanonicus appellatur. Apud Ptolomæum legitur *Flavona*, faciliter errorē vnius literæ pro alia substitutione, quia cæteri, maximè Græci Socrates, Nicephorus, Sozomenus, Paul. Diaconus, Marcellinus Flanonam vocant, & Flanonicam Insulam, quæ prius Absyrtis.

VII. *Fines* Pannoniae superioris locus Antonino soli, quod sciam, notus, qui describēs iter Aquileiâ Sisciam, Fines locat proximè ad Sisciam. *Advendone, Arupio, Bilbili, Romula, Quadrata: Fines*

Cluver. Noric
cap. 5.

Euseb. Jord.
in Cat. Epilc.

Plin. 1. 3. c.
19. Cluver. 1.
Ital. c. 18.

Plin. cit. c.
19. & ib. c.
21.

Steph. Epit.
Soc. 1. 2. c. 27.
Niceph. 1. 9.
c. 32. Sozom.
lib. 4. c. 6.
Diac. Miscel.
1. 11. Martel.
1. 14. v. Cluv.
Ital. lib. 1.
c. 21.

Plin. l. 3. c.
21. Ptol. l. 2.
c. 17.

Appian. I. II.
lyric. med.
Grad. ap. Jo.
Luc. de Dal.
fine.

Plin. lib. 3.
c. 20.

Luc. I. I. Dal.
& Croat. c.
14.

Laz. Comm.
Reip. lib. 12.
lect. 5. c. 3.

nes XIV. m. p. *Siscia* XIV. m. p. Lazius putat hoc esse Samaguarum (Samobo- ritum hodie dicimus) castrum propè Zagrabiam: sed inter Samoborium, & Sisciam multò major esse dicitur intercapo. Ego juxta dicta sup. suspicor esse Novigrad inter Zagrabiam & Sissek me- dium: nisi alia itineris subductio per Liburniam placeat, vel etiam per infe- riorem Carnioliam seu Marcham Vin- dorum. Addit Lazius *Fines autem fuisse dictum locum propterea arbitror, quod istib[us] essent limites Valeriae, Saviae, & Libur- niae*; sed ut de Savia & Liburnia dede- rim, de Valeria tamen procul inde re- mota nego, quia hæc Dravo & Danu- bio includebatur, atverò Samoborium est inter Savum & Colapim.

VIII. *Latobici* populi de quibus Ptolomæus in Pannonia superiori: *Ten- nent autem Provinciam &c. Ameridie La- tobici sub Norico.* Sicut postea iterum ha- bet: *Sub Norico Pannoniæ iterum civitas Emona:* vnde colligo Latobicos populos fuisse circà Labacum, quod erat Emo- na: vnde Lazius ab his populis nomi- natum putat esse Labacum. Meminit etiam horum populorum Plinius in Pannonia, dum eos recenset cum *Ara- viscis Hercuniatis Latovici.* De Ara- viscis & Hercuniatis divinenter alij. Latovici verò non potuerunt denomi- nare Labacum, licet fuerint propinquii Æmonæ seu Labaco, quia Labaci no- menclatura recentior est, & circà tem- pora Caroli Magni enata. Unde.

IX. *Latovicorm Prætorium*, cuius

meminerunt Ptolomæus in Pannonia A. superiori, Antoninus in Itinerario, Ber- tius, Lazius, alij. Bertius interpretatur *Brodanich*, Moletius scribit *Prodanich*, quod procul infrà Capronczam Sclavo- niæ situm est, nec potest dici vicinum Labaco. Lazius de hoc agens, inquit: *Ab Æmona namque Sirmium iter docens Antoninus, Prætorium Latovicorum inter Hemonam & Noviodunum describit.* Et quia Hemonæ in Iggio Carnioliae sive supe-riori Labaco vestigia extant, ab illo Crain- burgum, hoc est Noviodunum euntibus in medio Lackh occurrit, Frisingensis Episco- pi oppidum cum arce, &c. quæ mehercule vocula ex veteri nomine Latovicorum per syncopen abbreviata resultat. Verùm mehercle, mi Lazi, multum hic alluci- naris. Nam inter Iggium & Lacopo- lim numeramus nos quinque millaria B. Germanica, inter Lacopolim & Crain- burgum numeramus vnicum, igitur in- ter Iggium & Crainburgum non occur- rit in medio Lackh. Deinde quād di- stortum foret hoc iter Iggio Lacopo- lim, dein Crainburgum proficiisci, & demum Sirmium contendere? nempe ab Oriente in Occidentem, & iterum quasi recta linea ab Occidente in Orien- tem. Talis quippè situs est Iggij, Laco- polis, Crainburgi, & Sirmij. Alibi pro- inde quærendum est hoc Prætorium Latovicorum, nec procul Labaco, nec planè prope; nec ad Occidentem, sed C. ad Orientem cum aliqua inflexione ad septentrionem. Antoninus enim sic iter illud ordinat,

Emona

Prætorium Latovicorum
Noviodunum

M. P. XXXIV.

M. P. XXVI.

nam & Noviodonum, quæ facerent no- strata milliaria quindecim dubitare, pos- ses an rectè à me ponatur Noviodunum Gurckfeldæ, quæ Labaco nonnisi duo- decim vel tredecim milliaribus distat; sed in primis sciendum est, quod variae illuc viæ dèducant, nec semper brevis- sima

De Emona constat, quod sit Laba- cum, Noviodunum verò esse Gurckfel- dam infrà ostendam: igitur inter Laba- cum, & Gurckfeldam medium, & ferè medio itinere vtrinque distans Præto- rium. Quià verò Antoninus ponit di- stantiam sexaginta M. P. inter Æmo-

Ptolom. cit.
Ant. Itin. P.
Bert. in Ger.
Laz. in com-
ment. Mol.
in Cosmog.
Merian. in
tab. Styr.
Laz. Com.
lib. 12. sect.
5. c. 5.

fima arripiatur, nec à Romanis vsitatas fuisse omnes, quæ hodie usurpantur: deinde quòd milliaria nostratia non sint funiculis mensurata, & subinde breviora, subinde verò longiora, quod vel maximè in hac patria evenit; quia alij volunt Croaticis milliaribus aliqua æquiparare, quæ sunt ferè duplo maiora Germanicis. Nihil ergò obstat, quominus ego Prætorium Latovicorum per conjecturam reponam in Ratschach oppido, quod & dicitur habere antiqua ruderā, & ferè distantiam ab Antonino as-signatam habet. Nam Labaco in Ratschach Mercatores computant octo milliaria, quæ faciunt Romanis M. P. XXXVI. Et fortè in Antonini Itinera-rio idem fuit numerus, quem amanu-
B. ensis transposuit scribendo IV. pro VI, licet tam modicæ differentiæ ratio cu-rari non debeat. Deinde ex Ratschach computamus milliaria quinque Gurck-feldam, quæ faciunt Romanis M. P. XX. redundaret proinde apud Antoni-num numerus IV. sed, vt audio infrà Ratschach jam vulgus mensurat millia-

Antoninus
Fluvio frigido

Longatico M. P. XXII.

Hemonia M. P. XVIII:

Fluvium frigidum esse Vipacum alibi ostendo, inde in Lohitsch debent esse milliaria quinq; & aliquid amplius: & verò tot numerantur. Longatico in Oberbaybach nemine contradicente est vnum & quadrans: ex Oberbaybach Æmonam seu Labacum omnium consen-su sunt tria, id est M. P. XII. atque adeò nulla de hoc esse debet controver-sia: nisi fortè Istrianus aliquis ut Æmo-

ria Croatica: proinde nihil mirum, quod A. numeri Romani non explentur. Deinde Noviodunum videtur stetisse pau-dò infrà Gurckfeldam. Maneat itaque interim Prætorium in Ratschach, donec aliis aptiorem ei situm inveniat. Ex-tant porrò Inscriptiones, quæ Augu-stum denominant Latovicorum debel-latorem, quas Aventinus circà Salisbur-gum inventas suis Annalibus inservit, factæ sine dubio in vicino Norico à Ro-manis præsidiariis, quando Pannoniæ hæc pars subjugata fuit. Earum est

1. LATOBIO AUG. SAC. PRO SALUTE NAM. SABINÆ. ET JULIÆ BASILIE VNDONIA. VERA. MATER. V.S.S. L.M.
2. LATOBIO AUG. SAC. K. L. CRESE-NIVS AVITVS. V. S. L. M.

X. *Longatica mansio* est citrà om-ne dubium nostrum Lohitsch, quod Slavica lingua dicitur Logatez: correspon-det enim non solum recens appellatio veteri, sed etiam distantia inter flu-vium Frigidum seu Vipacum, & Nauportum seu Oberbaybach apud Anto-ninum.

Tabulæ sic habent
Fluvio frigido
In Alpe Julia M. P. XV.
Longatico mansione M. P. V.
Nauperto. M. P. VI.
Emona M. P. XII.

C. nam in Istriâ fuisse persuadeat, etiam Fluvium frigidum, etiam Alpem Julianam & Longaticum illuc vellet transferre. Fuit autem Longatica mansio in Japydia, ubi tamen Antoninus initium face-re videtur Pannoniæ. Strabo sine du-bio illud Tauriscis sicuti Nauportum ad-scribere voluit. Sed limites regionum sæpè mutantur arbitrio possessorum, & vulgi.

Avent. lib. 2.
Annal. Boic.

Laz. Comm;
lib. 12. sec.
c. c. 5.



§. IV.

Antiquæ Carnioliae Urbes, Coloniæ, Mansiones,
Vici, populi &c.

Lit. M. Magniana, Magnus Vicus, Metulum, Monætium.

Magniana. Ptolomæus eam numerat inter civitates Pan- noniæ superioris inter Prætorium, & Emonam, quià vero apud ipsum non est ordo sitûs, sed forte dignitatis, dubium remanet, vbi Magniana quærenda sit. Bertius secutus haud dubiè Lazio Menneiana castra putat esse Monspurgum propè Pætovium, & Magnianam Ptolomæi eandem cum Menneianis. Lazius de castris Menneianis hæc promit subducens iter Siscia Sirmium, vel Mursam: *Ubi Menneiana castra collocabimus? Quod si nomen claturarum consonantia est aliquid tribuendum, ut sane est, si modo vetustatis vestigia in loco corresponteant, tum haud procul à Pætovione Manspurgum castrum ac oppidum occurrit.* Notavit vero suprà quod necessariò transendum sit Varasdinum (quod putat esse Variana castra) sive Emonâ per Sisciam Sirmium, sive Sisciâ Mursam iter instituas. Verùm hic penitus locorum ignarum se ostendit Lazius, quià ingens & invtilis circuitus foret Emonâ progredi Varasdinum, si Sisciam proficisci intendas. Deinde si post Varasdinum sunt Menneiana castra, quomodo illa vult interpretari Monspurg vel Manspurg ad Petovionem, quod aliquot milliaribus antecedit Varasdinum? Malo ipsis conjecturæ alio loco non nihil concedere, vt credam Magnianam non procul Labaco quærrendam, sed non esse idem cum castris Menneianis. Alibi ergò sic habet Lazius de Magniana: *Quantum ex Inscriptionibus apparet, Magnus quidam vicus Romanis fuerat, vbi est hodie superius Labacum: quamquam Magnianæ, cuius Ptolomæus meninit, propè Emonam in superiori Pannonia sub Norico situs huic loco*

conveniat. Omninò propè Emonam A. quærenda est Magniana, quià Ptolomæus licet non vbique servet ordinem locorum, sæpè tamen observare advertitur, eam locavit inter Emonam, & Prætorium: vix tamen idem est cum Magno Vico, de quo statim dicam. Puto vero Magnianæ rudera esse in vetustissima Carnioliae civitate Weixelburgo, quæ media occurrit inter Labacum, & Ratschach, si terra proficiscari Sisciam. Hic enim extabant aliquando antiquæ inscriptiones, quas modo absumpfit incuria hominum, & contemptus venerandæ antiquitatis, & est locus medius B. inter Emonam, & Prætorium, seu Ratschach.

II. *Magnus Vicus.* Hujus quidem loci apud nullum antiquum authorem vestigium reperio, neque in Itinerariis ejus mentio deprehenditur, quià locus intrà mones extrà viam situs, sicuti pleuraque Japidiæ oppida, quorum pauca illa, quæ supersunt nomina ferè Appianus solus notata reliquit: sed credo tamen Lazio ex Inscriptionibus benè hoc loco divinare, quod propè Labacum fuerit aliquis Magnus Vicus. Eum ego non Hyperlabaci sive in Verchnikio, vt Lazius putat, sed in ipsius credita Emona Iggij esse conijcio. Suadent hoc Inscriptiones tum ejus loci, tum Labacenæ inde adveetæ, ac præterea ipsum nomen. Quod enim Romani antiquitùs appellabant *Magnus Vicus*, hoc successu temporis simpliciter dictum est *Vicus*, & populi deinde Germani aut Slavi, qui Romanorum loca occuparunt linguæ Romanæ ignari, non amplius *Vicm* sed *Vic*, & demum *Ic* pronuntiarunt; quod nostris temporibus visitatæ apud Germanos literarum multuplicata.

Bert. in Ant.
It. i. Laz. lib.
12. Com.
Reip. lect. 4.
c. 3.

Laz. Com. 1.
12. sect. 5.
cap. 6.

Laz. Com.
Reip. lib. 12.
lect. 5. c. 6.

tiplicatione, & permutatione Igg scribitur : cum duplex (gg) valeat (c) a- pud Germanos. Extat hodie in Palatio Episcopali Labaci lapis antiquus immu- ratus in medio ambitu, quā ad templi chorū tendit cum hac inscriptione :

Q. ANNAIUS Q. F.

TORRAVIUS

M. FULGINAS M. L.

PHILOGENES

MAG. VICI. DI.

VIC. S. PORTIC. F. COIR.

Similis planè inscriptio est Hyper- labaci, ut observavit ante centum annos Laziū, nisi fortè illa eadem Labacum fuerit advecta, quia hodie Hyperlabaci hæc non reperitur. Altera quā idem Laziū ex pariete Ecclesiæ propè Lu- geum descriptis, sic habet :

P. PETRONIUS. P. L.

AMPHIO

FABIUS. C. L. COR. BO.

MAG. VICI. AEDEM.

ÆQUOR. DE VI.

S. P. COIR.

Aliæ inscriptions, quæ Iggij repertæ sunt vel à Lazio, vel à nobis, da- buntur infrà cum cæteris, quas hic om- mitto, quia non exprimunt clarè *Magnum Vicum*, sicuti hæc duæ : vt ferè su- spicer cum istæ Hyperlabaci ambæ in- ventæ sint, fortè Lazio non male di- vinare illic fuisse Magnum vicum, vbi nunc Hyperlabacum, quia potuit anti- quum nomen Nauporti perseverasse quā diu Romanæ res erant in flore : postmodum diruto vel collapso Nau- porto, & ad vicum redacto, sensim abo- litum fuerit prius nomen, & remanserit solùm Magni Vici. Et si hoc consta- ret, Iggio hodierno aliud vetus nomen quærendum esset.

III. *Metullum*. Ut in antiquis Strabo- nis editionibus, alias *Metulu*: hæc illa vrbs quondam Romanæ potentiæ constanter ausa resistere, Japydiæ primaria, cuius rudera frustrà hodie quæras, nisi ex de- scriptione Appiani, & nominis reliquiis

conjecturam sumas. Mirūm quām hic A. Laziū aberret, & Japidiam nostram in ipsos Styriæ limites promovéat, cum nec Labacum quidem Japidiæ olim fuerit (vel ipso teste) sed Pannoniæ at- tributum. Ait ergò postquam descrip- tionem Metulli ex Appiano rétulif- set :

Quæ diligenter mibi ad hodiernum lo- corum situm revocanti, visa est veteris illius

Laz. Comm.
Reip. l. 12.
sect. 4. c. vlt.

municipij rudera continere, quæ, memoriâ

nimirum vetustatis, Troia incolis nunc pan- tur, & in itinere à Celeia Labacum cis' Sa-

vum fluvium occurrit. Nam & in valle

nemorosa hæc sita cernitur, quam & hodie

veteri voce depravata Mednicam dicunt :

autumoque Metulli Teutonicam esse vocem,

pro eo quod nos dicimus Mednickthall, hoc

est Mednici vallē. Ex vetustate enim tra-

bere locum illum, non nomenclatura solùm

demonstrat, quod Germani nōs, à Trojanis

videlicet oriundi, cuncta desolata, & deser-

ta Trojas nominare solemus, verū etiam

exempla Romanarum inscriptionum. Vult

ergò Metulli rudera (melius scriberet

Metuli) invenisse Laziū in monte,

quem vulgè appellamus Trojanaberg,

quod corruptè effertur ex Dranberg, ita

enim ab Adrante illic sito municipio

Romanο appellatum oīm eum mon- tem superius ostendi. Sed planè fallit-

ur Laziū : tum primò, quia si alludere

ad nomen voluit melius quæsivisset

C. Metullum in Metlick quam in Mednikb.

quod post illum fecit Cluverius, quia

faltem Metlickha, Germanis Mötling

in Japydia veteri sita est, mons autem

Trojanus in Pannonia, vel potius Nori-

co veteri, sat procul in à Japidibus. Ne-

que tamen ideò Cluverio assentior, quia

Mötlingæ hodiernæ situs in plano est,

& de tumulis aut collibus, super quos

Metulum steterat, nihil ibi appetet : se-

cundò errat Laziū, quod cùm habeat,

& alleget testimonia Straboñis, ex qui-

bus Japidiæ situm in Albio monte, quem

satetur esse Carsum, das Khraingebürg /

die Alben Idriæ &c. sufficienter intelli-

gebat, nihilominus respiciat ad alium

Strabo l. 7.

montem Caravancam vel fortè Cetium, si hic, vt aliqui volunt, vtrà Cileiam A. seu Metullum inveniatur, necesse est protenditur. Sed audiamus de Metuli situ veteres scriptores. Strabo : *Per Japydes Colapis fertur ex Albio monte.* Collapis fluvius, vulgò Culpa, oritur in veteri Japydia propè Lablanitz, & Guettenegg castra. Pergit iterum Strabo : *Siti namque sunt Japydes in Albio monte, qui finis est Alpium admodum alto : atque illinc ad Pan nonios & Istrum, hinc ad Adriam porrigitur : bellicosa e quidem gens sed ab Augu fio Cæsare prorsus defatigata.* Oppida eorum Metulum, Arupium, Monætium, Avendo. cum ergò, vt suprà ostensum est, Labacum fuerit Pannoniæ oppidum, B. Japides à parte septentrionali vtrà Labacum non poterant extendi, sed neq; Albius mons Labacum usque pertingit. Iggium tamen, Aurspergum, Laas, Reiffnitum, Gottschevia, Metlinga ad Colapim, & reliqua loca usque in Sisciam fuerunt Japidiæ, & ferè omnia hæc loca aut proxima, aut in ipso monte Albio sita. Inter hæc proinde quæri debuit Metullum vel simplici (1) Metulum, prout Strabo Græcè scribebat. Ego me locum puto deprehendisse, qualem Appianus describit, in Albio monte medium ferè inter Laas civitatem, & Oblakh Vicum interioris Carnioliae, ad pagum, quem incolæ etiamnum appellant Metule : alij etiam ad S. Antonium à templo illic ædificato. Afferamus Appiani verba ex recenti Grandij versione : *Japodes transalpini gens valida, ac fera, bis intrâ viginti ferè annos Romanas copias repulere, factoque in Aquilejam impetu, ac Tergestinâ coloniâ direptâ excivere Cæsarem, qui cum arduo, & confrago itinere adversus eos eniteretur &c.* Deinde ad aliam processit urbem, Metulum incolæ vocant, quæ Japodum Princeps habetur. Sita ea est in monte crebris arboribus consito, duobus imposita tumulis, quos angusta vallis interjacet. Tria millia delectæ juventutis armisque, & animis validæ circumstantes mœnia Romanos facile arce-

bant &c. Ut igitur verum Metulum ostendere in Albio monte locum vicinum Sylvæ, in duabus collibus, quos vallis modica interfecat, capacibus tamen sex, vel septem millium habitatorum. Et talis locus nec est Lazij Trojanus mons, nec est Cluverij Mötlinga, sed ille pagus, quem ego designo, apud S. Antonium inter Oblakh, & Laas urbem, vbi & duo colles cum modica valle, & montes vndiq; nemorosi & arboribus consiti visuntur. Vestigia antiquitatis fateor nulla supersunt, sed quomodo superessent, cum à Cæsare civitas penitus vastata sit : Ait quippè idem Appianus : *Urbs continentis incendio arsit, ita ut nullum ex maxima paulò ante, vestigium videretur extare.* Id facilè sibi persuaserit, qui olim hisce in partibus lignea omnia & in vicina Sclavonia, lutea & viminea fuisse noverit. Quam animosè verò Metulij Romanis restitent, & penè spe frustratos, nisi fallerentur, dimisissent; dicemus in Chronologia. Colonias vel ante, vel post excidium civitatis duxisse Metulienses verò simile est ex loci ad fines Styriæ propè Oberburgum antiquo nomine & collecto Metulski, vbi hodie Miraculis celebris Deiparæ Virginis ædes Neüstift frequentatur. Ad firmandum, quod de Metuli mœnibus, & domibus lignis insinuavi, facit locus Jornandis de regia Attilæ Hunnorum Regis : *Vicum ad instar civitatis amplissimæ, in quo lignea mœnia ex tabulis nitentibus fabricata reperimus &c.* Invisi consultò Anno 1672. die 29. Octob. pagum Metule propè Oblakh inferioris Carnioliae, ac deprehendi situm planè ad amissim correspondentem descriptioni Appiani: duos videlicet colles, à quorum tergo vasta Sylva, in fronte campi planities ingens; vallis modica eos colles interfecat, in qua nunc exiguus pagus Metule cum Ecclesiola S. Antonij Abbatis. Alter collis in fronte acutus apparet,

Appian. in
Illyr.Jornand. de
reb. Get. c.
34.

ret, & quasi in cuspidem extenuatus, lateribus vtrinque velut arte non natu- rain abruptum decussatis, à tergo ve- rò latior & in vallem declinans, cui mo- dica illa vallis Appiano nominata ad partem sinistram adjacet, & mollem præbet ascensum ad alterum collem versus pagum Topoll tendentem: vter- que planitie habet superènè quam in- frā positus non divines, aptam omnino & capacem sat amplæ civitatis. Anti- quitatis vestigia nulla deprehendi. Id solùm ex incolis intellexi, Metule pa- gum olim extrà vallem non in ipsa ste- tisse valle, sub altero colle, qui pagum Topoll respicit; vbi defacto agri arantur, & ut aiunt, subinde secti in quadrum lapides eruuntur: & ante paucos annos inter arandum inventa quædam frusta, & ramenta ferri rubigine absumpti, vn- de suspicati sunt Metulienses illic ali- quando stetisse fabrilem officinam; sed verius conjecturarem fuisse reliquias armorum, & instrumentorum bellico- rum, quæ illic reliquere Romani. Nam duo ingentia prælia sub Metulo gesta narrabimus ad annum M. 4011. & op- pugnationem Metuli ad annum 4021. in qua Octavianus Augustus crus & bra- chium læsus, militem tergiversantem impulit, vt pertinaci assaultu oppidanos ad ditionem cogeret. In planicie illa tota sub prædictis collibus visuntur ad- hic fossæ plurimæ, quas credibile est à Romanis factas pro castrorum recepta- culis. Non procul inde ad initium syl- væ penes viam regiam, quâ in Laas iter tendit, monstrata mihi sunt quædam rudera antiqui ædificii, cuius fundamē- ta modicè extant circulari ferè figura, in modico clivo, quem penè contingit maior collis toto vertice nudus, & que ac alter ad pagum Metule situs, campi sub- jectam planitie respiciens; vnde ali- quis divinare possit, illic fortè stetisse antiquam urbem Metulum. Situm ve-

tustæ civitati commodum illic quoque A. non diffiteor, sed vallem modicam inter duos colles requiro, vt Appiani descri- ptio Metulo conveniat. Ruinæ verò illæ, quas jam commemoravi sunt rui- næ arcis recentioris, quam ante septua- ginta abhinc annos adhuc stetisse me- minerunt coloni, hujus patriæ: & per- suadent loci angustiæ, quæ in circuitu vix æquant passus ducentos. Hæc de veteri nostro Metulo, quibus si melio- ra aut certiora quis produxerit, libenter subscribam: sed vereor, vt omnes a- ctum agant, qui alibi Metulum quæ- fierint quam in Metulo, quod ego de- B. signavi.

IV. *Monætium.* inter cæteras Ja- pydiæ civitates nominatur Straboni, & Appiano. Lazius hic more suo saltat, & pro Monætio Manspurgum vltrà Sa- vum duobus Labaco milliaribus distans arbitratur, & non advertit, quod ipse met ex Appiano allegat: *Ex Japodum gente, quæ intrâ Alpes habitant Moëntini,* Appian. in *& Edeatæ ipse ait venienti vltrò tradide- Ilyrc. Laz. cit. c. 4.* runt. Gradius melius legit: *Moëntini,* & *Avendeatæ:* Ergò intrâ Alpes non minus Moëntini seu Monætiani, quâ Avendeatæ habitarunt, & non extrà

C. Alpes in Pannonia: Et quidem oppor- tet fuisse fitos Moëntinos ante Arupi- nos: siquidem post ditionem Moën- tinorum ad Arupinos ventum est. Vide quæ dixi de Arupio, & circâ illud quære Monætium, non autem Manspurgi, quod recentius est, & ante ducentos an- nos scriebatur Mangespurg. Suspicio- tamen Monætium idem esse cum Hæ- mona, quià hæc in vetusta editione Pto- lomæi nominatur Mona, & in quibus- dam Itinerariis Hæmonatum, & Hen- nomatum. Unde forte per metathesim Emontini dicti sunt Moëntini. Hæc verò ratione fuissest Hæmona ab Appia- no Japydiæ attributa, quam alii Latini scriptores in Pannonia reponunt.

**Antiquæ Carniolæ Vrbes, Coloniæ, Mansiones, Vici,
Populi, &c. Lit. N. O.
Nauportum Colonia, ad Nonum, Noviodunum, Ora Vrbs.**

Nauportum Colonia. Certum est eo loci fuisse ubi nunc est **D-berlaybach** Germanis, Verchnik Slavis, Hyper-Labacum Latinis: neq; prorsus amplius dubitandum. Nam & portus ibi, & statio navium est, quæ adverso fluvio velut lacu tranquillè decurrente provehuntur, & ibi sifstunt; & simul locus antiquus lapidibus & inscriptionibus celebris; & quod clarè docet Itinerarium Antonini, qui à eo planè situ Nauportum locat, quo hodie Verchnik cernitur. De hoc Strabo: *Ora verò humillima pars est Alpium, ubi Carnis jungitur: quâ ex Aquileja onera plaustris ad*

Strab. lib. 4. *Pamportum (sic enim appellant) devehñatur: stadia non ultra CCCC. iter est. Inde per fluvios ad Istrum usq; vectantur, locaq; huic vicina. Pamportus enim amnis ex Illiriis navigabilis defertur: intrat autem Savum, ut facile in Segestanam oram, & Pannoniam, & Tauricos delabatur. Neq; his contrariantur, quæ alibi refert dum Corcoram fluvium nominat: Pariter è Tergeste pago Carnico transmissio est per promontorium ad Idem lib. 7. paludem Lugeam. Nauporto proximus est fluvius Corcoras, qui onera excipit. Hic sanè Sabon intrat, Sabusq; in Drabon ingreditur. Cum enim superius dixerit onera plaustris deferri Nauportum (vbi libriorum*

Tabula

Fluvio Frigido.

In Alpe Julia.

Longatico.

Nauporto.

Emona.

Savo Fluvio.

XV. m. p.

V.

VI.

XII.

VIII.

Hodie dicimus.

Vipaco.

Alpe.

Logatez.

Verchnik.

Labaco.

Savo.

Quæ profectò si ad Germanica milliaria revoce, omnino hodiernam locorum distantiam observabis. Nam Vipaco ad Alpē (Germani Alben/ Slavi Planinam vocant) sunt mill. tria & parùm aliquid ultrà dimidiū. Ex Logatez in Verchnik vnum & dimid: ex Verchnik Labacum

incuria Pamportum reposuit) & perflu. A' vios ad Istrum vectari, hoc loco nominans Corcoram, id est Gurkam, non negat Nauportum vicinum etiam onera suscipere, quem prius nominaverat. Sed modo nominat Corcoram, qui licet aliquantum remotior sit Nauporto, deferatur nihilominus in Savum, & mox infrà etiam aliòs fluvios, qui Danubio miscentur, enumerat. Quod verò Verchnikum onera devehantur, & deportentur plaustris, clitellis, humeris, nimis quam notum est omnibus Carniolis & peregrinis, qui hac transeunt non Aquileja solum, per Goritiā, sed & Tergesto, quæ deinde ad ipsum Nauportum coloniam Nauporto fluvio non procul inde exorto, & præterfluenti imponuntur, & Labacum devecta rursus infrà Labacum Savo imposita procul vehuntur. Igitur frustrà a. libi Nauportum queritur. Qui à verò etiam Labacum terrestri itinere portantur merces, & ibi depositæ non procul Labaco navibus imponuntur Savo deducendæ in Slavoniam, & hac ratione Strabonis descriptio convenire potest etiam Labaco, ideo ad tollendum omne dubium ostenditur ex Itinerario Tabulæ antiquæ Nauportum esse Verchnikij, seu Hyper-Labaci.

C. tria: ad Savum vbi fortè Romani traicebant duo, cùm hodie vnum tantum ad trajectus geminos: & sic nullo modo potest in dubium vocari quod Nauportum fuerit vbi hodie Verchnih situm est. Meminit Nauporti etiam Cor. Tac. vt suo loco dicemus, Vellejus Patrc. & recentiores

Tacit.lib.1.
Annal.Vellej.lib.2.c.
110.Strabo
lib.7.

res multi. Strabo Norico attribuit cum Tauriscorum appellavit coloniam, Tacitus & Vellejus eam Pannoniæ accensuerunt. Plura de hoc, vbi de Nauporto fluvio. Malè verò scripsere nonnulli post Lazio, Nauportum coloniam fuisse Labaci. Ex solo itinerario Antonini convincuntur erroris, quia inter Nau-

A summis Alpibus:

| | | | |
|-------------------|-----|----|----|
| <i>Longatico.</i> | X. | M. | p. |
| <i>Ad Nonum.</i> | IX. | M. | p. |
| <i>Emona.</i> | IX. | M. | p. |

Si per terram Labacum contendas Longatico Emonam duæ possunt occurrere viæ, vel per terram solū, & tunc transienda est Sylva Labacensis, quæ adiacet montibus Caravancæ & Ocræ; vel partim terrâ partim aquâ. Priore viâ intermedius locus inter Longaticum & Labacum est *Billichgræs* castrum vetustissimum, & olim valdè munitum, vti rudera ostendunt: quamvis hodie viautores illud non accedant, sed aliquantò remotius ad sinistram relinquant: sed olim fortè cum mansio Romana esset: illuc itum, & suadet itineris distantia, quæ est IX. m. p. ex Longatico & totidem Emonam: & hoc prorsus situ Billichgræcium visitur; distat Labaco duobus & quadrante milliaris Germanici, & inde totidem sunt Longaticum. Quod si verò Longatico Emonam trajecto fluvio per aliam viam proficisci caris, venies in Uranicz hodie Carthusianorum Cænobium, quod ferè etiam in eadem IX. m. p. distantia abest à Longatico, & totidem si ex Uranicz vel Franitz (quod etiam *Freudenthäll* vocatur) per aquam descendas Labacum, numerabis. Extat hic quidem aliquod antiquitatis vestigium lapis unus cum Romana Inscriptione, de quo tamen dubites a non aliundè adiectus sit, quia Carthusianorum Monasteria semper solitudines abditas sibi

Antoninus. *Emona.*

| | | |
|----------------------------|---------|---------------------------------------|
| <i>Prætoriū Latovicorū</i> | xxxiv. | Ratschach. |
| <i>Noviodunum.</i> | xxvi. | Gurgelda. |
| <i>Quadratum.</i> | xxviii. | Zagrabia, vel alias propinquus locus. |
| <i>Sisciam.</i> | xxviii. | Sissek: certum. |

A portum & Savum numerantur XX.m. p. inter Labacum verò & Savum, nonni si VIII. m. p. sive summum duo millaria ad antiquum trajectum.

II. *Ad Nonum.* Hujus meminit solum Itinerarium Hierosolymitanum, iter designans Aquileja Emo-

nam.

deligunt, quæ nunquam antea fuerunt habitatæ: vnde verosimilius à Romanis alteram viam, quæ nunc tritior est, servatam fuisse & locum intermedium inter Longaticum & Emonam dictum ab ipsa distantia *Ad Nonum.*

III. *Noviodunum.* Oppidum superioris Pañoniae, Novidunum Ptolomæo, cuius situm ex Antonino superius §. 3. n. 9. dedi, mirè ab authoribus de loco in locum transfertur. Lazius *Novioduni ruderar* supra Rattinanstorffium quia iter est per montem Cappel in Carinthiam, Neuburgum hodie nominant. Bertius in Tabulis Ptolomæi interpretatur Oedenburgum Austriae. Et in Antonini Itinerario putat esse Neumarckt infra Rattinanstorffium,

Laz. Reip.
fect. c. 1.12.
cap.4.

C. cui applicat nomen Quadratae. Pyrkheimerus ponit: Novidurum Laybach. Iterum Lazius immemor quid paulò ante scripserit: *Et quia Hemonæ in Iggio Carniolia* sive superiori Labaco vestigia extant, ab illo Crainburgum, hoc est Noviodunum euntibus in medio Laakh occurrit, &c. Sed ignorantissime tres Itali Moletius, Ruscellus, Rosaccius ponunt in eadem Tabula Ptolomæi, Noviodunum Laybach. Siscia Lablatum Lublana, cum Laybach, Labaco, & Lublana sit vna eademq; civitas: Siscia vero & Noviodunum diversæ. Nullus ex his Antonini distantias observavit. Ponit quippe.

Ego Labacum: certum.

Inter duos terminos certos, quærenda est via media, & situs locorum intermediorum investigandus non in alio orbe, & extrâ omnem limitem; quid Rattmanstorium, Neumarctum, Crainburgum ad propositum iter Emona id est Labaco Sisciam, id est Sisfekum Slavoniæ. Ab Occidente pergendum est in Orientem, illi verò quærunt viam ab Oriente in Occidentem. Quare Noviodunum rectè in Carniola inferiori quærendum est in Gurgfelda, vel aliquo saltem vicino illius districtus loco. Gurgfelda & Rain habent antiquitatum vestigia, verosimile est illic etiam fuisse antiquas Romanorum colonias. Et computantur defacto à nobis Labaco Gurkfeldam 13. vel 14. millaria, quæ est distantia ab Antonino designata Emonâ Noviodunum. Habuit verò Noviodunum olim proprios Episcopos, vt notavit Inchoffer, sed nullum nominavit. Reperta est an. 1678. vetus Inscriptio extra Gurkfeldam, quæ medianam vocem Novioduni exhibet; vnde conjectura est illic stetisse Noviodunum; præsertim cum per longum spatium multi similes lapides cum inscriptionibus defacto eruantur. De ijs agemus infra cap. VI. §. 6.

IV. Ocra urbs. Plinius hujus mentionem facit, dum ait: *In hoc situ interire* &c. *Venetis Atina* & *Cælina*: *Carnis Segeste*, & *Ocra*: *Tauriscis Noreja*. Juxta præmissa de Carnia, & ejus limitibus. Oram oportet quærere in veteri Carnia, quam diximus à Tilavempto amne aliquando usque ad Formionem Istriæ, & per Oram montem protensam fuisse. Henricus Palladius Oram vestigia investigans: *Inter Carsi juga adhuc nobilis oppidi vestigia visuntur*; *quod viæ imminens omnem Barbarorum impetum ab ea parte potuit retardare*. Locus est ad Dobrodò; *hunc clarum fecit nostra tempestate Horatij Balionij casus*; *apud quem is cum copiis Venetis (durante Gradiscana obſidione) ab Germanis confectus est*. Habet la-

cum moenibus adjunctum, & adhuc rui-
cum propugnaculorum flexus antiquam loci
formam repræsentant, &c. Nos si qua fi-
des conjecturis vel Oram, vel Segeste Plinij
suspiciamus, quorum primum magis place-
ret, modo Ora effet oppidum non regio &c.
Sic Palladius, ad Dabradò vult quærere
modò Æmonam, vt supra vidimus mo-
dò Oram & Segesten. Benè tamen su-
spicatur Plinium errasse, qui Oram
urbem putavit vel oppidum, cùm ef-
fet solum regio montana. Eodem fe-
rè modo suspicatur Cluverius: Hinc
Plinius ipsam urbem (Segesten) in Car-
nis interiisse putavit, una cum alia, quam
Oram vocat: quam & ipsam erroribus
eius commentam reor, ex Augusti Cæsaris
bis in locis rebus gestis, in quibus mentio fie-
bat montis Orae, per quem Imperator exer-
citum in Pannoniam ad Segestam sive Si-
sciam urbem duxerat. Et sanè mirum
quod præter Plinium nullus antiquo-
rum Orae oppidi meminerit, cùm ta-
men Orae montis non semel mentio
reperiatur apud Strabonem. Nihilomi-
nus eodem vocabulo, & montem nun-
cupatum, & urbem, non est à verosimi-
li alienum, præsertim cùm in veteri
Carnia & Japydia multa adhuc cernan-
tur loca antiquitatibus referta, quorum
tamen apud antiquos nomina non re-
periuntur, & plura longè rudera inve-
nimus, quæm antiqua vocabula apud
Scriptores. Quare si quid situi locorum
& nominis affinitati tribuendum est,
putarem Oram oppidum illic stetisse,
vbi modo Hayduschina Germanis Hey-
denschafft ad Chobelum amnē sub ipso
monte Ora, vnde & vicinus locus ho-
die Podkrai appellatur. Certè P. M. B.
convenientius in Hayduschina Oram
poneret, quam Æmonam, tum quia
illic magnæ alicujus & celebris urbis
vestigia extare scribit, tum quia
locus ipse sub Ora monte est, & utrumque
reservat vetus nomen: & Æmona ante
Alpes non intra Alpes ab antiquis de-
scribitur. Nostrum itaq; Podkrai, quod
Cluver. lib.
1. Ital. c. 2.

sonat Slavica lingua *sub limite*, detor-
tum ex Ocræ & *Odcraja* quod sonat à li-
mite, scilicet à limite Alpium, vel Pan-
noniæ recedens, censendum est vetus
oppidum Ocræ, siquod aliquando ex-
titit. Ferunt adhuc superesse vestigia in
Haydenschafft sedecim Turrium, qua-

A. rum vnica nunc extat, cæteris per At-
tilam dirutis. Incolæ Ocræ seu sub O-
cræ, vocati sunt à Plinio Subocrini, & ho-
die etiam Slavicè Podcraiani, quod idem
sonat, ac habitantes sub Ocræ, & Subo-
crini. Meminit horum Plinius inter po-
pulos Alpium inquilinos.

Plin. lib. 3.
cap. 20.

§. VI.

**Antiquæ Carnioliae Urbes, Coloniæ, Mansiones,
vici, populi &c.**

Lit. P. Q. R.

*Ad Pirum. Posseni. Ad Publicanos. Pucinum. Qua-
drata. Romula.*



*D Pirum. Soli Hierosolymi-
cano Itinerario (quod sciam)
nominatus locus, qui toti*

Sylvæ Pirinæ nom en dedit. Desig-
nando iter Aquileiæ Emonam, ponit
Author:

Hierosolym. *Aquileia*

Ego

Aquileia

Ad Vndecimum

XI.

Gradisca

Ad Furnulos

XII.

Sanpaif.

Castra XII. Inde sunt AlpesJuliae.

Podcrai, vel Vipacum.

Ad Pirum summas Alpes IX.

Planina seu Alben.

Longatico

X.

Logatez.

Videtur intelligere ad Pirum Al-
pes, infrà quas nunc oppidulum est di-
Cluver. I. 1. pes, Cluverius dicit: *Alpium
Etum Planina.* Cluverius dicit: *Alpium
Juliarum transitus: in quo insignis Pirus
arbor posita, cognomen loco dedit ad Pi-
rum.* Quibus cum Germanicum pariter
& Slavicum vocabulum Sylvæ illi va-
stæ tributum correspondeat *Bürnbau-
merwald / & Hruschitzza*, non habeo
quod opponam: tametsi Lazius à Bur-
no deducat etymon Sylvæ memo-
ratæ.

II. *Posseni.* Populi è numero Ja-
podum Appiano recensiti: sic enim Gra-
dius in sua versione. *Metulo captâ in re-
liquis Japodibus nulla mora fuit dedendis ē
Cæsari, ac Transalpini quidem Japodes,* Cæsari. Sic enim iter disponunt Tabu-
tunc primurn populi Romani ditioni additi

Tabulæ

Emona

Antoninus. Hemona

Ego Labacum

Savoflu.

VIII. M. P.

Savus fl.

Ad Publicanos

XI. M. P.

Glogovitz.

Adrante

VI. M. P.

Adrante. XXV. M. P. Dranberg.

Cele-

Celeia. XXXVII. M. P. Celeia. XXIV. M. P. Cilia.

Ubinam antiquitùs fuerit Savi tractus fateor me ignorare : Si tamen computem ab hodierno trajectu Savi ad S. Jacobnm, inde progrediendo viâ tritâ in Podpetsch, & vltierius in Kraxen, seu Glogovitz, numero vsq; in Podpetsch duo justa millaria, & ex Podpetsch in Kraxen, & Glogovitz dimidium, quod sanè efficit vndecim millia passuum. Si porrò vltierius pergam ad summitatem montis Trojani, prout hodie vocatur, reperio ad meum *Adrantem* à Publicanis sequimilliare : quod exactè correspontet VI. M. P. Romanorum. Adrante Celeiam seu ex summo vertice montis Trojani Celeiam vulgus computat ferè sex millaria Germanica, sed quià inter Podpetsch, & Francz valdè magna sunt & experti fatentur esse, quasi quinque, respectu aliorum trium vsque Celeiam, ex Francz, possumus inter Adrantem, & Celeiam secure agnoscere septem millaria, passuum XXVIII. M. qui tamen nondum adæquant Tabulæ numerum XXXVII. sed error est, Typographi, qui posuit XXXVII. cùm debuisse ponere XXIV. Sic enim habet alterum Itinerarium Antonini : & tunc rectè computantur nostrata septem millaria ex monte Dranberg Celeiam, præsertim illis temporibus, quibus fortasse aliquo circuitu ad Saanam fluvium, vel circà Francz vtebantur Romani. Occurrit tamen dubitare, an loco illi quem diximus Podpetsch convenient situs *ad publicanos*, quià hæc via est recens, & non pridem aperta. Fortè melius circà Stain, vbi per Mednicam vallem antiqua via est, quæri posset locus *ad publicanos*.

IV. *Pucinum. Istriæ civitatem*

Ptol. l. 3. c. 1. nominat Ptolomæus ante Piguentum, non vti habet Cluverius, *super Tergeste*, quià paulò à litore erat remotum. Sedcum simpliciter nominat Istriæ mediterraneas civitates, & inter has primo loco Pucinum : videtur Ptolom. confunde-

re Pucinum cum Pitino vel Pisino. Vg.

A. hellus Ptolomæi designatione seductus Pitinum ait, *seu potius Pucinum, antiqua fuit Istriæ civitas mediterranea, nunc ad vicum redacta, ejusque loco Pitinum novum decimo hinc millario extructum, cuius ager amoenissimus, & fœcundissimus, sed illud vetustius ego existimo fuisse Pucinum, quod Ptolomæus in mediterraneis Istriæ ponit, cuius vina summoperè laudat Plinius Pucinum appellans ; atque hic antiquitùs Episcopalem fuisse sedem puto, quæ nunc Petinæ manet.* Vnde hanc Petinæ descriptionem naestus sit Ughellus ego dividinare non possum : de vero siquidem

B. Petinæ situ valdè hallucinatur. Nullus quod hactenus legerim Pucinum, & Petinam pro eodem accipit ; licet vtrumque aliquando in Istria fuerit, & Petina quidem semper, Pucinum verò cùm Istri ad Timavum vsque suam regionem protendebant. Et licet etiam circà Petinam nobilia crescant vina, illic tamen Pucinum laudato illo Liviæ Augustæ vino nobilitatum nemo hactenus quæsivit. Melius de hoc Plinius digito locum demonstrans : *Annis Timavus castellum nobile vino Pucinum : Tergestinus finus : colonia Tergeste : ultra quam VI. M. P. Formio annis, antiquum autem Italiae terminus, nunc verò Istriæ.* Ità Plinius describens Carnorum regionem inter

C. Timavum & Tergesten Pucinum collocavit, non vltra Tergesten. Et alibi : *Julia Augusta 82. annos vitæ Pucino retuli acceptos vino ; non alio usq. Gignitur in finu Adriatici maris non procul à Timavo fonte saxeо colle ; maritimo afflato paucas coquente amphoras, nec aliud aptius medicamentis putatur. Hoc esse crediderim, quod*

Græci celebrantes miris landibus Pytanorum appellaverunt ex Adriatico finu. Et rursum : Pucina vitis omnium nigerrima. Denique alio loco : Pucina vina in saxeо coquuntur. Verum quià per totum illud montanum, & saxosum littus Adriatici maris Tergesto ad vsque Timavi fontes diversa

Plin. lib. 3.

c. 13.

*Idem lib. 17.
cap. 6.*

*Idem lib. 17.
cap. 4.*

diversa crescunt vina adhuc dubium manet, quodnam ex iis tam salubre fuerit, ut medicamentis aptum putaretur. Lazius de hoc agens: *si nostri temporis situm municipiaque spectes, ocurrunt Mons Falcon, ubi est ostium & portus Lisonij fluminis, Timavus fluvius cum suis fontibus, Duinum & Prosekium: atque toto isto littore vineta sunt electissima, & ubi optimum Rifolium vinum, præcipue Prosekij nascitur, quod dubio procul Pucinum illud Plinij fuit. Adservatur isthic in specu vinum multis annis, quod senectutem extrahere creditur, id quod de Pictano Græcifabulantur.* Similia habet Candidus à Manzolio allegatus, qui ait Friderico Imperatori ejusmodi vinum centum annorum propinatum fuisse Duini. Non placet hæc Pucini designatio Phillipo Cluverio, ex eo capite, quia Prosekium est vicinus Tergesto quam Timavi fonti, & non dixit Plinius non procul à Tergeste, sed non procul à Timavo fonte. Quare advertit in illo districtu tria loca Prosecum, Contabellam (Contavel dicunt vicini) & Brzinam, quorum Brzina tria millia pass. à Timavo, à Duino verò duo tantum abest. Ex hoc igitur intervallo, inquit, simulque ex vini argomento Pucinum Castellum, eundem puto esse locum, qui nunc vulgo Castel Duino Italisch vocatur. Quod per totam hanc oram nobilissima, & quæ de primatu inter se concertant, vina enascantur nihil dubium. Proseccense pertingit ad Duinum ferè, quod Tergesto duobus miliaribus abest, & per totum hunc tractum observavi ego ipse inter media saxa crescentes vites, ita ut vix pro radice spatium terræ appareat. Ex inde Duino Monfalconem non est videre tam faxosas vineas: sed neque tam gustui Suave vinum est, quod Brzinam vocant, sicuti est Proseccense. Et de Brzina multum crescit, de Proseccensi parùm: habetque vicinissimum afflatum maris, quia ex ipsis Proseccij vineis ex alto subjectum mare conspicitur: quæ sunt

omnino congruentia descriptioni Plini: A. Quare potius Pucini nomine Proseccum, & Contavellum, quæ contigua sunt, quam remotiorem aliquem inde locum intellexero. At quid si in ipsa Istriâ non procul Tergesto verum Pucinum liceret invenire, diversum à Pisino, vel Petena, cum fortè Plinij & Ptolomæi ætate nullum adhuc extaret Pisino, aut Petina. Nam hæc videntur Constantini M. temporibus, si non condita, saltem primò nomen consecuta. Quod Plinius subinde loca miscuerit, & in eorum situ assignando erraverit, prius observarunt viri docti: vnde locus ejus non videtur curandus, vbi inter Timavum, & Tergeste locat castellum Pucinum, quia fortè non servavit ordinem situs. Ptolomæo potius videtur credendum, qui enumerans Istriæ mediterraneas civitatas, primo loco ponit Pucinum; quod si vinorum præstantiam consideres, referri posset, ad hodiernum Czernicall, & ejus viciniam, vbi delicatissimum vinum crescit, longè nobilius, quam Proseccense, vel quodcumque aliud in his partibus, quod defœcatum & modicè aromatibus conditum, scio alicubi pro Cretico venditum. Hoc defœcatum semper clarus evadit, Proseccense semper manet turbidum: illud etiam longè diutius, quam C. Proseccense conservari posse creditur.

V. *Quadrata.* nomen pluribus distinctis appositum locis. Unam habent Itineraria in Sabaudia propè Taurinum. Aliam in Austria propè Posonium, & confinia Hungariæ, ut Lazius interpretatur, sub dubio tamen sitne Prugga ad Leytam, vel Altenburgum non procul inde dissitum. *Quadratam Carnioliae* idem Lazius in Gurgfelda civitate hodierna locat: malè profectò si Antonini Itinerarium, & locorum distantias attendas. Nam ultrà Gurgfeldam quæri debet Quadrata, quam ego superius divinando Zagrabiam destinavi; non nescius, quod Zagrabia non nulli

nulli montem Claudinm investigent, manicis vti ex schemate itineris ab Antonino descripti colliges, quod Emona quibus litem non indico, licet avidus a- lienæ sententiæ. Puto tamen Quadra- tam fuisse quasi in linea parallela Zagra- biæ, & infrà Noviodunum seu Gurck- feldum circiter septem miliaribus Ger-

manicis vti ex schemate itineris ab Antonino descripti colliges, quod Emona pariter, & Senia deducit Sisciam, quam suppono esse Sisegkhum, & vtro- bique Quadratam per- transit.

| | | |
|-----------------------|---------------|--|
| Emona | | Ad Tures |
| Prætorium Latovicorum | M. P. XXXVI. | { Senia M. P. XX. Avendone M. P. XVIII. |
| Noviodunum | M. P. XXIV. | { Arupio M. P. X. Bilbili M. P. X. Romula M. P. X. |
| Quadrata | M. P. XXVIII. | Quadrata M. P. XIV. Fines M. P. XIV. |
| Siscia | M. P. XXVIII. | Siscia M. P. XIV. |

Ex qua designatione itineris appa-
ret Quadratam esse medium inter No-
viiodunum, & Sisciam, ac vtrinque di-
stare septem milliarib[us] Germanicis:
quem situm ferè habet Zagrabia, vel
alius ei vicinus locus.

VI. *Romula* perspecta etiam An-
tonino in Itinerario Pannoniæ superio-

ris. Hanc Lazius Ratschach interpre-
tatur, sed fallitur, quia Ratschach ante-
cedit Gurkfeldam, Romula debet sub-
sequi, vti appareat in superiori Schema-
te. Si proinde Quadratam Zagrabia lo-
caveris, inter hanc & Gurkfeldam me-
dio situ inquire Romulam, non quidem
rectâ lineâ sed declinando ad meridiem.

§. VII.

Antiquæ Carnioliae Urbes, Coloniæ, Mansiones, Vici, Populi, &c.

Lit. S. Saloca, Segeste, Senia, Sevaces, ad Silanos.

 *Aloca*, cuius mentionem fa-
cit Tabula Peutingeriana in C. itinere Aquileia Virunum, vel Varu-
num, hoc modo.

| | | |
|------------|--------------------------|---------------------|
| Aquileia | Cluverius interpretatur. | |
| Ad Silanos | M. P. XXXV. | Idria |
| Tasinemeti | ---- | ---- |
| Saloca | M. P. VIII. | Selch Carniol. sup. |
| Varuno | M. P. XI. | Völkhemarckht. |

Si verum esset, quod Varunum
vel Virunum sit Völkhemarckht facile
inveniremus Salocam ex distantia, sed
Virunum non esse Völkhemarckhtam
ostendam infrà. Quid si Saloca esset La-
copolis, quæ vulgo dicitur Loca? sed
nimium d. searet Viruno, de quo infrà.
Mihic enim omnino Virunum esse vide-
tur Fritaci, & sūpicor in Tabula pro Sa-

loca debere legi Solva, & insuper nume-
rum ad Varunum esse corruptum ac re-
stituendum forte XXI. pro XI. quia
inter Solium & Frisacum sunt quinque
millaria, nisi me fallit mappa. Quan-
quam, & de Solio dubitare licet an ibi
fuerit aliquando Solva, vt dicemus in-
frà.

III. *Segeste*. Urbs quondam Car-
norum,

norūm, cuius ruinas adhuc inquirimus, Plinio nominata. In hoc sita in terire, &c. Venetis Atina & Cælina, Carnis Segeſte, & Ocræ. Plures verò fuere Segeſtæ. Duæ propè Genuam dictæ Segeſta Orientalis, & Segeſta Occidentalis. Antonino Hasta, nunc Sestri apud Cluverium. Alia item Segeſta, quæ & Segeſtica Straboni in Pannonia inferiore. Lazius Insulam Segeſticam locat ponè Sisciam ad Savi & Colāpis confluētes, Segeſtam tamen urbem ulterius producit, vbi Savo fluvij Biczkius & Boffna miscen- tur ad oppidum Arckium. Sed eoip- so argumento, quo ipse vtitur, con- vincit potest Segeſtam in Segeſtica in- ſula quærēndam. Nam cum ex Ap- piano doceat Segeſtam fuisse ad Savi ripam, vbi plures fluvij confluunt, merito propè Sisciam etiam Segeſta lo- catur, vbi certum est non duos tan- tum, vti ad Arckium, sed omnino se- ptem inter Zagrabiam, Sasinam, & Sissekum convenire, & vnum alteri influere. Hic ergò alicubi Segeſta quærēnda foret, quam Julius Cæsar belli horreum contra Dacos habere vo- luit, cuius incolas antiqui scriptores: *Strenuos, eminus pugnantes, justissimos hominum, acerrimos omnium bellatorum* appellant. Tertia vel quarta demum Segeſta in Carnis fuit, quam Palladius non procul Goritia seu Noreja (sic pu- pat ipse olim vocatam Goritiam) modo in Dobradò inter Carſi juga: modo in vico S. Joannis ad Timavum, quem olim arcem habuisse munitissimam, & ruderum circuitus, & scriptorum monu- menta declarant, vult locatam. Ego, qui Oram in Haiduschina fuisse puto, Segeſten locare in ad S. Joannem, eo indu- ctus argumento, quod ex Iſtria in Ita- liam vnicus ille fit aditus proximus, quem haud dubiè ædificatum esse, vt hostes arcerentur, par est credere, præ- fertim cum extent adhuc ibi vestigia ingensæ ædificij. P. M. B. putat

Cluver. Ital.
lib. 1. c. 9.

Laz. comm.
Reipub. lib.
12. feſt. 2.
cap. 4.

Tucyd. &
Diodor.

H. Pallad.
de reb. Foro
Julienſi.

M. B. in orat.
ad Leo p.
Aug.

quinque millium passuum spatio à No- reja conditam fuisse Segeſtam, cujuſ adhuc in Merna pago vestigia super- ſint, & non exigua decidiuorum mœ- niorum in monticulo Mernensi fra- gmenta. Sed hoc ex ſuppositione, quod Goritia fit vetus Noreja, cui in hoc non affentior, juxta dicta de No- reja. Interim in Merna potuifset eſſe quondam Segeſta, quamvis proba- tio nulla adſit. Conjecturat ille de Merna, ego conjecturo de vico S. Jo- annis ad Timavum: non probat ille, nec ego. Quodſi in Merna recentior ali- qua arx ſtetiffet, cuius rudera adhuc &c.

B. III. *Senia* nominatur Plinio, Pto- lomæo, Antonino. Et quidem Ptolo- mæus eam reponit in Liburnia. Est ho- die vnicum ferè ad litus Adriatici maris contrà Turcas præſidium, dependens à Generalatu Carloſtadiensi, & provideri ſolitum à Ducatu Carnioliae. Italis dici- tur Segnia, Germanis *Zennig*. Condi- tam reor à Senonibus Gallis ante Se- nam Gallicam in altero latere maris Adriatici, & ex hac in illam duas eſſe colonias Gallorum, quod tamen pro indubitato nolle adiitruere: fal- tem vtramque originem trahere à Gal- lis Senonibus certum eſt, utpotè, qui Anno V. Condit. 148. Italiam ingre- ſi duce Belloveso, & pars eorum re- mansit in Illyricō (cujus portio Libur- nia eſt) imò & in Japydia, & Panno- nia, ut dicemus ad eum annum. Quodſi verum eſt, vt notat Cluverius Gallos in Umbriam non migrasse ante Annum; V. C. 359. adeò- que nec Senogalliam ante hoc tempus conditam; credibile eſt, dudum anteā Seniam Liburnicam ab iis ædi- ficatam, quin & Senoſetzam in Japydia, quæ (vt recte advertit La- zius) dicta eſt quaſi *Sennonesiſ*: Nam à primo Gallorum in has oras adventu fluxerant jam anni ducenti & vnde- cim, priusquam Senogallia condere- tur. Et quia normen commune ha- bet

Plin. I. 3. c.
Ptol. lib. 2. c.
17. Ant. Itan.

Cluver. Ital.
ant. I. 2. c. 5.

Plin. lib. 3.
cap. 19.

Laz. de ni-
grat. gent.

bet Sena Gallica , cum Sena Julia , diligenter advertendum est apud authores , de qua sit sermo , quod ferè ex circumstantiis colligi debet . Sena Julia est notissima illa Sena Thusciæ , quæ cum dicta sit Julia , vltra Julij Cæfaris tempora suam ætatem extendere non potest . Sena Gallica verò est Seno-Gallia condita etiam à Gallis , appellatur hodie vulgo Senagaglia , & Sinigaglia . Hanc à Gallis conditam eo tempore , quo Brennus trecenta millia Gallorum in Italiam duxit insinuat Paulus Diaconus , vnde colligere licet Seniam Liburnicam , de qua agimus , esse antiquiorem . Brennus enim circà annum v.c. 364. ipsam Romanum aggressus occupavit : vt dicemus in An-

nalibus .

IV. Sevaces. Populi à Ptolomæo locantur in Norico . Tement , inquit , Occidentalia Provinciae à septentrionibus incipientes SEVACES , & Alani , qui & Ambisontij dicuntur , magis verò Orientalia Norici , & Ambidravi , & Ambilici . Sebatum vel Sevatum , & consequenter Sevaces putat Lazius esse Schwatz in Tyroli , & videtur quidem situs , quem Ptolomæus designat , convenire : quia tamen dicit à Septentrionibus incipere Sevaces , & dein collocat Ambisontios , subit animum cogitatio Sevaces scriptum esse pro Savaces , id est , qui ad Savum fluvium cir-

Ptol.lib.2.
cap.14.

Laz.Repub.
lib.12.lect.
2.cap.1.

cà ejus originem ab vtraque ripa cole- A.bant vsque Celejam , quem totum tractum Norico adscriptum suprà docui- mus . His verò in Occidentem proximi sunt Ambisontij , qui videlicet am- bas Sontij ripas colebant . Oritur enim Sontius amnis (nunc dictus Lisontius) ex ijsdem Alpibus Carnicis , ex quibus Savus , vt constat in quilibet locorum , & preitis harum partium , & fluit ille in meridiem , Savus in Orientem . Unde consequenter Ambidravos ego intelli- go , eos qui vtramque ripam Dravi per Carinthiam habitabant ; hi quippe in Norico Orientaliores . His certitus af- signari nequeunt , inquit Cluverius de suprà memoratis populis . Nomina si-

B.tum produnt , quæ tamen relinqu per spicaciōri Judicio : mihi hæc valdè sunt probabilia . Quòd verò Ambili- cos adjunxerit Ptolomæus , ij non pos- sunt esse accolæ Lici fluvij in Vindeli- cia , quia eos nominat idem Ptolomæus Liciatos , sed suspicor esse accolæ Lifa- ræ fluvij Carinthiæ infrà Spitalium , v- bise Dravo immiscet : vnde potius le- gendum videtur Ambilicos , quam Am- bilicos , quia Lifaræ in Norico est , non verò Licus .

V. Ad Silanos. Locus iste inte- rioris Carnioliae , & antiquæ Japidiæ , nunc Idria dictus , vbi argentum vi- vum effoditur . Nominatur in Tabu- lis post Aquilejam , Virunum versus .

Cluver. in
Noric.

Cluver. Ital.
lib.1.c.20.

Tabulæ. *Aquileja.*

| <i>Ad Silanos</i> | M. | p. |
|-------------------|-----------|----|
| Tafinemeti | - - - - - | |
| Saloca | M. | p. |
| Varuno | M. | p. |

Suadet distantia , & situs , alibi non fuisse Silanos , quām circa Idriam , quidquid sit de aliis subsequentibus lo- cis . De Saloca dictum suprà , de Tafinemeto & Varuno mox dicetur . Nisi distantia inter Aquileiam , & Silanos tam parva esset , nimirum octo milliarium Germanicorum , suspicarer pro Silanos

Cluverio est

| | |
|-------|---------------|
| XXXV. | Idria |
| VIII. | Selch |
| XI. | Völkhemarkht. |

C.legendum Cilanos vel Celejanos , cor- ruptâ voce prout alia multa corrupta sunt ab authore Itinerarij , & tunc (licet per circuitum) fortè facilior esset di- mensio ad Varunum : sed credo potius

Tabulæ , & ex distantia quæro Si- lanos cum Cluverio in Idria .

§. VIII.

§. VIII.

Antiquæ Carnioliae vrbes, Coloniæ, Mansiones, Vici,
Populi, &c.

Lit. T. V.

Tarsatica, Tasinemetum, Tergeste, Terpo, Torgium,
Turres, Vendum.

Tarsatica. Olim Romana colonia, dein Episcopalis vrbs, nunc Ecclesia Deiparæ Virginis devotione, & miraculis clara cum subiecto Franciscanorum Cœnobio, vbi olim Nazarethana domus Angelorum ministerio ex Galilæa deportata confederat, mox iterum ad Picenos vbi nunc perseverat, migravit. Juxta superius dicta Japidiæ olim inclusa erat Tarsatica, & reliquus ille tractus litoris Flanatici usque ad Titium amnem: cuius cum & nomen extet, & sciantur rudera, nihil opus est situm investigare.

II. Tasinemetum. Locus Tabulis solis notus, nec alteri vetusto scriptori annotatus: inter Silanos & Salocam quærendus est. Ego putem circâ Crainburgum, vel in ipsa adhuc valle Idriæ situm fuisse. Affine huic non nihil est vocabulum Wizelmesceti, quod iocum quendam circâ Locopolim designabat tempore Ottonis M. Imperatoris.

III. Tergeste. Hodieque suo nomine gaudet. Plinius coloniam vocat, & in Japidia antiqua collocat, post Carnos. Carnorum hæc regio, juncta que Japidum, annis Timavus, castellum nobile vino Pucinum, Tergestinus sinus, colonia Tergeste. Strabo vicum Carnicum appellavit. A Tergeste Vico Carnico transitus per Oram est ad Lugeam paludem. Alibi verò id appellavit Castellum. Artemidorus citatus à Stephano Byzantio vicum etiam nominat, ipse Stephanus oppidum Illyrici: Tergesta neutro genere, oppidum Illyrici circâ Aquilejam. Artemidorus verò in Epitoma un-

decim librorum Tergestrum id vocat, vi-
A. cumque agnoscit. At Dionysius Afer, Dionys. Afe.
interygesi. vrbem nominat:

----- ubi trahitur Adriaticum
solam

Mare infinitum Aquilejense: ubi
condita est

Urbs Tergestræorum intimis infinitibus
maris.

Festus Aviensis solo ejus recentiore contentus nomine canit ex Dionysio:

Hic Aquileja decens celsis caput inferit astris
Tergestumq; dehinc curvam alias incubat oram.

Scholia stes verò Dionysij Eustathius hæc habet: Tergestræorum Illyrica urbs, id est Tergestum, ad intimos Hadriatici Maris fines est. Hæc etiam Tergestum dicitur, à quidam Tergesto, ut in conscriptione gentilium significatur. Apud Appianum & Servium, in quibusdam editionibus legitur Tergestum. Melius Mela: Tergestum: ita dictum, ut quidam existimant, quasi Ter egestum, sive eversum: non verò à nescio quo Tergesto viro, ut vult Eustathius. Lazius de Aquileja Gradibus, Pucino, & Tergeste agens inquietabat: Hæc tametsi loca extrâ Saviae limites existant, tamen quia sub Austria ditione sunt, & Saviensi, hoc est Carniolano Praetorio subjecta, debet dicendum. Hodie tamen Tergestini separatam habent Rempublicam ex induito Austriacorum Principum, quibus parent. Apud Appianum ex Candi versione lego Torgium Romanum: Appian. in Illyr. colo-

Gewold. in
Vof. ad Me-
trop. Hund.
fol. 136.

Plin. lib. 3.
cap. 18.

Strab. lib. 17.

Idem lib. 5.

Steph. By-
zant.

Eustath.
Comm. in
Dionys.

Pomp. Mel.

Laz. Reip. I.
12. sect. 5.
cap. 8.

Grad.ap.Jo.
Lucium in
Dalmat.&
Croat.

Manzol.in
litr.descript.

Appian.in
Illyr.

coloniam: *Japodes*, inquit, *qui ultra Alpes incolunt, natio ferocissima, ac penè Sylvestris bis à se per annos ferè viginti Romanos repulere.* Aquilejam quoque excurrere, & Torgium Romanorum coloniam depraedati sunt. Stephanus Gradius verò ex Manuscripto Bibliothecæ Romanæ vertit: *Factoque in Aquilejam impetu, ac Tergestinâ coloniâ direptâ excivere Cæarem.* Ego in exemplari Græco Venetæ impressionis lego Torgium; cui nam errorem vel veritatem adscribam hæreo, & relinquo in medio, sitne Torgium alia à Tergesto colonia, vel eadem. Vide quæ paulò post dico num. 5. Qua de causa verò, & quando Tergestum dictum fuerit Mons Malianus, vt asserit Manzolius, ex antiquis (vt ait) Chro- nici ejus vrbis, cum de hoc fileant veteres, nihil decerno. Illud certius est, duobus Italicis milliaribus extrà Tergestum in pago Cornali, quotannis mense Junio ad Festum S. Joann. Baptistæ, Nucem arborem primos julos & folia explicare, tertio scilicet mense post cæteras nuces, cujus tamen fructus cum cæteris maturantur, sed cortice non nihil tenuiore. Causam investigent Naturæ curiosi.

IV. *Terpo vel Terponum* vrbis veteris Japidiæ Appiano in Illyricis nomina- tata. *Japodes nibiloscius ex insidiis subito emicuere, multosque affecere vulneribus, &c.* Reliqui ad suæ sè Sylvas recepere, urbem relinquentes cui *Terpo* nomen fuit, eam interceptam Cæsar conservandam ab incendio si- bi putavit; illos pariter cessuros arbitratus, quod & fecere. Deinde ad aliam processit vrbem Metulum incola vocant. Ex qua de- scriptione, cum de Metuli vestigiis sa- tis constet ut supra dictum, situm Ter- ponis vel Terponi non procul à Metulo quærendum esse apparet. Ego quantum locorum illorum notitia mihi suadet Terponem in hodierna civitate La- as, quæ se Carniolæ antiquissimam ex traditione gloriatur, reponerem, vt po- te, à qua spatio vnius milliaris Germa-

nici recto itinere pervenitur ad hodier- A. num pagum *Metule* dictum, in quo su- prà asserui *Metulum* inquirendum. Id verò mihi omnino ita esse persuadet o- cularis loci inspectio. Uno lapidis jactu à civitate Laafensi, vbi Ecclesia Paro- chialis sita est, visitur mons non usque adeò altus, in cuius vertice nunc duæ constructæ sunt Ecclesiæ, vna D. Petro dicata, altera D. Martino, & hæc qui- dem paulò humiliore montis parte, quæ speciem præsefert quasi duorum collium inæqualis altitudinis invicem junctorum. Increvit jam totus mons spinis & tribulis, percurritamen bonam ejus partem, quæ licuit; & observavi multa murorum vestigia, quin & inco- B. læ ex traditione narrant illic aliquando nobilem stetisse vrbem, monstrantque in montis medio locum, in quo figura ovalis repræsentat lapidum acervos ve- lut murorum rudera, ajuntque illic stetisse templum vel fanum Ethnicum. Narrant prætereà fidedigni viri, quod ante annos circiter triginta Parochialis tædituus non procul à S. Petri Ecclesia dum limaces conquirit, & rudera modicè disiicit, reperit partem gladij, & catenam auream, quam rubigine infe- etam crediderit esse ex metallo quo- piam vel aurichalco, ac proinde pretio vnius floreni vendiderit. Verùm evi- dentissimum vrbis alicujus vestigium C. illic sunt duo vetusti lapides in Ecclesio- la S. Martini, quorum vnius inscriptio præter pauculas literas tota extrita est pedibus ingredientium Ecclesiam, cum pro ejus limine serviret. Nunc erutus sub turri jacet, & in vno latere exhibet si- gnum seu labarum Romanum exsculp- ptum. Alter lapidi altaris summi pro integranda mensa conjunctus legibili- lem habet inscriptionem, sed & illam mutilam & imperfectam, quam infrà dabo. Ut proinde nihil dubitandum, quin illic aliquando nobilis aliqua vrbis steterit. Non abludit situs à descriptio- ne Metuli apud Appianum, nisi quod vallem

vallem inter duos colles medium ibi nullam obseruem, licet in medio mons nonnihil declivis sit vbi est Ecclesia S. Martini. Credo potius illic stetisse Terponum, quia ab eo loco ad Metulum proximus fuit, & vicinus transitus viæ regiae, licet nonnihil difficilis; pro Metulo ad Oblachh, & Topoll pugnat nomen Metuli superestes, ita in Laas videtur adhuc aliquid nominis vetusti remansisse. Nam Laas antiquissima post Labacum civitas existimatur, & gaudet jure civitatis, nihilominus incolae eam appellant oppidum vulgari idiomate Terg, quod forte à veteribus dictum fuit Terp, & postmodum à recentioribus inquiliinis Slavis vnius literæ mutatione cæptum est nominari Terg, id est *forum*. Imò locus ipse ad Parochiam sub prædicto colle dicitur *stari Terg* sive vetus oppidum. Simile quidpiam observavi de Magno vico, qui dictus est à Romanis vicus, à Slavis supervenientibus Vic, & demum Ic, & à Germnis Igg.

V. *Torgium* Romanorum coloniam vocat Appianus, vbi inquit: *Japides, qui ultra Alpes incolunt, natio feroci-*

Tabulæ

| | |
|------------------|-----|
| <i>Tarsatica</i> | |
| <i>Ad Turres</i> | XX. |
| <i>Senia</i> | XX. |
| <i>Avendone</i> | XX. |

Antonini Itinerar.

| | |
|------------------|--------|
| <i>Tarsatica</i> | |
| <i>Ad Turres</i> | XX. |
| <i>Senia</i> | XX. |
| <i>Avendone</i> | XVIII. |

| | |
|-----------------|--|
| <i>Tarsatum</i> | |
| <i>Torre</i> | |
| <i>Segnia</i> | |
| ---- | |

Juxta ea, quæ superius conjecturabam de Senia, & Avendone, ac itinere Tarsaticæ Sisciam, licet obliquo sed non inusitato Antonini Itinerariis, inter Tarsatum, & Seniam medius locus ad Turres inquirendus est. Dicuntur quidem supereesse medio illo itinere quædam rudera disjecta, quæ appellentur Torre, sed an id verùm sit, non habeo sufficiens fundamentum affirmandi. Gaudent. Hilarinus Turres Vipaci locavit, ad Paumkicherthurn, sed procul nimis Tersato abest Vipacum.

VII. *Vendum* antiquæ Japidiæ vrbs,

sima, ac penè sylvestris, bis à se per annos fe-

A. re viginti Romanos repulere. Aquileiam

P.M.B.Gau.
Hilar. in
Orat. Leop.
Aug.

quoq; excurrere, & Torgium Romanorum

coloniam deprædati sunt. Ita in exempla-

ribus versionis P. Candidi. Sed Stephanus

Gradius ex Romano MS. exemplari

vertit Tergestum Romanorum co-

loniam: Cluverius ex Græco legit Tergi-

ton P. M. B. in oratione Gudentij Hila-

rini Torgium reponit, in vico S. Petri

quatuor millium passuum intervallo à

Noreia (Salcanum putat) dissito, &

Carnicum oppidum vocat, nullo argu-

mento nisi conjecturæ. Apud alium

authorem veterem nullum lego hanc

B. vocem Torgium. Si verùm est, quod

Tergestum dictum sit quia Ter ege-

stum sive eversum, vt aliqui volunt;

quid si prius appellatum fuisset Tor-

gium, post ternam verò eversionem

Tergestum, & Appianus usus sit anti-

quiore nomine?

VI. *Ad Turres.* locus recensitus ab Antonino inter Tarsaticam, & Seniam, distans Tarsaticâ quinque milli aribus Germanicis.



Appian. in
Ilyr.

Gauden.
orat.ad Leo-
pold. Aug.
p. 18. & 19.

Laz. Vien.
lib. I. c. 3.

eadem prorsus cum Avendone, vt sup. C. dictum. Neque enim Lazio hic fides, qui Vendum modò in Windischgrätz, modò etiam Viennæ Austriæ voluit locare, cum expressè Strabo nominet Ja-pidiæ vrbe. Quòd verò Vienna olim dicta sit à Vendis seu Vindis Vendo-bonna, & Vindo-bonna, vti idem Lazius opinatur nolle contradicere, licet nullum ex Historiis deprehendam ve-stigium, quòd ibi aliquando sedes fixerint Vindi. Id ante Lazium arbitratus est Beatus Rhenanus, sed quo argumēto in-ductus, fateor mihi nondum constare.

Beat. Rhen.
à Laz. cit.

CAPUT IV.

De antiquæ Carnioliae montibus, fluviis, lacubus &c.

Non minus ad cognitionem antiquæ Carnioliae faciunt nomina vetusta Montium, fluviorum &c. quam Urbium, & populum. Et quia de his satis egimus superiore capite; hic persequemur montes, fluvios &c. ut ex vtrorumque notitia melius intelligantur Annales, in quibus sæpè occurrit huismodi nomina. Sit ergo

§. I.

Antiquæ Carnioliae Montes, Fluvij, Lacus &c.

Lit. A. Alpes.

Fest. Pomp.

Julian. orat.
de reb. gestis
Constantii.

Herod. l. 2.

Rimò omnium sicuti Alpha-beti ordine, ità prærogativâ quadam necessariæ notitiæ occurunt Alpes, quarum memoria passim in historiis frequens se offerit, vt omnino judicem operæ pretium de iis specialiter agere, & has ab illis (plures enim sunt) quantum licet secernere. Igitur nomen Alpium ab Albo deducit Festus Pompeius: *Sabini Alpum dixerunt, quod postea Latini Album*; unde *Alpium nomen*. Hinc fortè omnes alti montes nivibus tecti, & ab iis albi, nominantur Alpes. Julianus de rebus Constantii: *Sita autem est Aquileia ad radices Alpium. Montes hi sunt varii, ac longè latèque diffusi: in quibus abruptæ quædam rupes ægrè plaustrō uni ac mularum bigis ad ascen-*

*sum enitentibus viam præbent. Herodianus pariter: Sunt autem Alpes altissimi montes, quales in nostris hisce terris nulli alijs; porrecti in muri formam, circumda-tique Italæ. Verùm non Italæ solùm muros præbent Alpes, & sed etiam aliis regionibus. Unde Pomponius Mela de Liguria verba faciens: *Alpes ipsæ ab iis littoribus (Ligurum scilicet) longè la-tèque diffusæ, primò ad septentrionem ma-gno gradu excurrunt: deinde ubi Germaniam attigerunt, verso impetu in Orientem abiunt: diremptisque populis immanibus, usque in Thraciam penetrant. Rursum He-**

rodianu: Ad Alpes pervenerunt. Hi longissimi sunt montes murorum vice à natura Italiæ circumdati, atque adeò in altum evecti, ut etiam superare nubes videantur: adeò ve-rò in longum porrecti, vt universam Italiam comprehendant: dextrà ad Tyrrhe-num pelagus, levâ ad Jonium usque pertin-gentes. De altitudine, quam ipsi passim conspicimus, & ob assuetudinem mirari desinimus, brevissimè canebat Silius, dum Alpes nominavit:

*--- clausas nivibus rupes, suppositas, cœlo
Saxa ----- Sil. lib. 4.*

Longitudo nondum assignata est sufficiens à prædictis authoribus, cùm Alpes ad Jonium mare solùm pertingere afferant: siquidem vltra etiam procedunt usque in Thraciam, vt aiebat Melæ: neque tamen hic fistunt, quia in mediterraneis Norici etiam Alpes repe-riuntur, & ab ipsis incolis Germanis Alben vocantur, vt videre est circè Ju-denburgum Styriæ, nisi & has dicas cum coeteris Italiam ambientibus con-tinuari.

II. Plinius de his: *Alpes in longi-tudinem X. M. P. patere à supero mari ad inferum Coelius tradit, Timagenes XXII. M. P. deducit: in latitudinem autem Cornelius Nepos C. M. P. Titus Livius tria M. stadiorum, vterque diversis in locis. Nam & centum millia excedunt aliquan-do*

Herod. l. 3.

Sil. lib. 4.

Plin. l. 3.

c. 19.

do : *vbi Germaniam ab Italia submovent nec LXX. millia explent, reliquâ sui parte graciles veluti naturæ providentiâ. Latitudo Italæ subter radices earum à Varo per vada Sabatia, Taurinos, Comum, Brixiam, Veronam, Vicetiam, Opitergium Aquileiam, Tergeste, Polam, Arsiam D. CC. XLII. millia passuum colligit.* Rectè quo ad Italiam, sed eadem Alpes vel earum potius radices à Tergeste denuò assurgunt, & longo tractu in Thraciam tenduntur, de quibus tamen agere hoc loco opus non est. Solas quippè illas Alpes, quarum angustæ valles, & magno labore perruptæ rupes aditum cæteris nationibus, præsertim Germanicis in Italiam præbent, sæpiusque apud varios Historicos earum occurrit memoria, hoc loco ab invicem suis nominibus, & limitibus distinguere libet.

III. Alpium nomina per multa sunt. Zosimus tria solùm recenset, ac nominat. Alpes, quæ Italiam à Gallis submovent: Cottias, Poeninas, Maritimæ. Polybius apud Strabonem quatuor tantum transitus in Italiani per Alpes assignat: *Transitions verò tantum quatuor nominat: unam quidem per Ligures Tyrrheno mari proximam: aliam deinde per Taurinos, quæ transmisit Annibal: tertiam deinde per Salassos. Quartam per Rhætos, omnes præruptas atque præcipites.* Sed nullam viam peculiari earum Alpium nomine compellat: quare ex diversis authoribns has potissimum selectit Alpium nomenclaturas Cluverius: *Maritimæ, Cottiae, Graiae, Penninæ, Rhæticæ seu Tridentinæ, Noricæ, Carnicæ, Juliæ seu Pannonicæ,* quibus addere posses Alpes Sufacenses inter Daciam, & Thraciam, vt habet Nicephorus, sed non spectant ad transitus in Italianam. Singulas breviter expendamus. *Maritimæ Alpes* diætæ sunt, quæ Ligustico imminent mari, & à vadis Sabatiis five Genuâ, vbi Appennino junguntur, ad Vesulum usque montem extensæ sunt, de his Dio: *Alpes etiam Maritimæ, quas Li-*

gures Capillati hactenus liberi incoluerant, nec servitutem redactæ sunt. Et Vopiscus: *Proculo Patria Albigauni fuere positi in Alpibus maritimis.* Meminerunt earundem Alpium Ptolomæus, Tacitus, Plinius, Notitia Imperij. *Cottiae Alpes* à Vesulo monte & Padi fontibus incipiunt, & continuantur, ad usq; montem vulgo dictum *Cenise* inter ortum, & occasum à Segusio oppido ad oppidum usq; Galliæ Eburodunum, vt ait Cluverius. Nomen iis indidit Rex Cottius, de quo Marcellinus: *Alpes Cottias Rex Cottius per domitis Galliis, solus in angustiis latens: inviâque locorum aperitate confisus, lenito tandem timore in amicitiam Octavianum receptus Principis, molibus magnis extruxit, ad vicem memorabilis muneris, compendiarias, & viantibus oportunas, medias inter alias Alpes vetustas &c.* In his Alpibus Cottis, quarum initium à Segusione oppido est, præcepsum erigitur jugum &c. Meminerunt harum Alpium Tacitus. Ptolomæus. Aurelius Victor. Cassiodorus. Sozomenus. Itineraria &c. *Graiae Alpes* mediæ sunt inter Cottias & Poeninas, de quibus Plinius: *Salassorum Augusta Prætoria juxta geminas Alpium fauces, Graias atque Poeninas: his Poenos, Grais Herculem transisse memorant.* Et alibi: *Lepontios relictos ex comitatu Herculis interpretatione Graci nominis credunt; præustis intra sinus Alpium nive membris Ejusdem & Graios, fuisse, positos in transitu, Graiarum Alpium incolas, præstantesque genere Euganeos, inde træcto nomine.* Non disquiro an Herculis transitus per eas Alpes fabulosus sit, aut vnde hoc nomen obtinuerint. Nomen scire sufficit, & locum ad intelligendas historias. Tractus harum Alpium est à prædicto monte Cenesio termino Alpium Cotiarum, usq; ad montem Divi Bernardi minorem. *Penninæ Alpes*, alii scribunt Poeninæ, & veteres plerique à Poenorum transitu, vnde Isidorus: *Apenninus mons appellatus, quasi Alpes Poeninæ: quia Annibal veniens ad Italianam easdem Alpes*

F. Vopisc. in
Proculo

Ammia.
Marcel. l. 15.

Plin. lib. 3.
cap. 17.

Zosim. l. 6.

Strabo lib.
4. fin.

Cluv. Ital. l.
1. cap. 22.

Nic. Callist.
l. 9. c. 32.

Isidor. Orig.
lib. 14 c 5.
Paul. Diac.
rer. Langob.
lib. 2. c. 18.

ape-

aperuit. Similia Paulus Diaconus, Ser-
vias suprà allegatus, Plinius, & alii. Sed
Plin.lib. 21. *his contradicit Livius : L. Cincius Ali-*
mentius, qui captum se ab Annibale scri-
bit, maximè author moveret me, nisi con-
funderet numerum, Gallis Liguribusque
additis. Cum his scribit Octoginta millia
peditum, decem equitum adducta in Italiam;
ex ipso autem audisse se Hannibale, postquam
Rhodanum transierit XXXVI. millia ho-
minum ingentemque numerum equorum &
aliorum jumentorum amississe in Taurinis,
quæ Gallis proxima gens erat, in Italianam
digresso. Idcùm inter omnes constet, eo ma-
gis miror ambigi, quanam Alpes transierit,
& vulgò credi Pennino (atque inde nomen
etiam jugo Alpium inditum) transgressum.
Cælius per Cremonis jugum dicit transisse.
Qui ambo saltus eum non in Taurinos, sed
per saltus montanos ad Libuos Gallos dedu-
xissent. Nec verisimile est ea tum ad Gal-
liam patuisse itinera : utique quum, quæ
ad Penninum ferunt, obsepta gentibus semi-
germanis fruissent. Neque hercule montibus
bis (si quem forte id movit) ab transitu Po-
norum ullo Veragri, incolæ jugi ejus norunt
nomen inditum : sed ab eo, quem in summo
sacratum vertice, Penninum montani ap-
pellant. Ex quibus liquet Penninas Al-
pes à Pennino vel Penno Deo in vertice
eorum montium culto appellatas, qua-
rum initium mons Divi Bernardi maior,
finis verò mons Divi Gothardi, ad fon-
tes Rhodani, & Rheni.

Tacit.in Ger. IV. Seqvuntur à Rhodani Rhe-
 ni que fontibus Rhæticae Alpes, quæ &
 Tridentinæ dictæ, quarum tractus vsq;
 ad Noricas Alpes, sive ad Dravi fontem,
 qui per Carinthiam & Styriam defluit
 in Danubium. Tacitus vocat Alpes
 Rhæticas. *Rhenus Rhæticarum Alpium*
inaccesso, & præcipiti vertice oritur. At
Plin.lib. 3.
c. 16. *Plinius Tridentinas appellat. Acceden-*
tibus Athesi ex Tridentinis Alpibus, & To-
gisono ex Patavinorum agris. Hæ Alpes
ex Austriacis Provinciis Mediolanum
tendentibus communissimum transi-
tum præbent. Noricæ Alpes à Drayi fon-

te ad vñque fontem Natisonis protoni-
 A.duntur, ut putat Cluverius, sed melius
 terminantur suprà Savi originem ; imò
 via Beloia seu Canali per Tarvisium mi-
 nus, cùm Savus dicatur fluere ex Alpi-
 bus Carnicis apud Plinium, à cuius fon-
 te non procul incipit Canalis, qui ad
 Fellæ pontem dicit. Quanqam olim
 Alpes Carnicæ, & Noricæ promiscuè
 dicebantur, vt fatetur Cluverius, & non
 est facile illas distinguere. *Alpes Carnicæ*
 incipiunt suprà fontem Savi, & longo
 tractu feruntur per superiorem Carnio-
 liam vsque ad Nauportum seu Verch-
 nik oppidum, non autem, vti Cluve-
 rius asserit vsq; ad Nauporti & Formio-
 nis fontes, quia fontes hi sunt in ipso Al-
 bio monro, & antequam ad eos fontes
 pervenias, Alpes Julias attigisti. Ergò
Juliae Alpes illæ sunt, quæ hodie per in-
 teriorem Carnioliam à Nauperto seu
 Verchnik oppido in Forum Julium iter
 ostendunt, & vasto nemore consitæ
 sunt, quod Pirinam Sylvam vulgò
Bürnbaumerwald dicimus. Rufus Fe-
 stus : *Sub Julio, Cæsare Augusto per Alpes*
Julias, iter factum est : quæ sic oportet
 intelligas, quod tunc primum Romani
 per has Alpes in Pannoniam & Japi-
 diam iter suscepérint ac bellicas expedi-
 tiones ; non quod via hæc Alpium tunc
 primò aperta fuerit, quia dudum ante
 & Galli in Italianam, & Japides Alpium
 inquilini Aquileiam vsq; pro currerant,
 ut dicemus in Chronologia. Et quia
 Julius Cæsar ex Romanis primus fuit,
 qui per has Alpes infesta signa tulit, &
 mox Octavianus Japides prorsus attri-
 vit, hinc à Julio fortitæ sunt nomen
 Alpes Juliæ. Meminerunt harum Al-
 pium plures authores. Ammianus
 Marcellinus. Tacitus. Paterculus. Clau-
 dianus. Socrates. Nicephorus. Callistus.
 Zosimus. Paulus Diaconus, & alii. Mar-
 cellinus sic de Hæmi, & Rhodopes
 montibus agens, inquit : *Sub bac alti-*
tudine aggerum utrobique spatiosa campo-
rum planities jacet : superior ad vñque Ju-
lius

Rufus Fest
in Brev.

Marc. l. 22.
 Tac.hift.l. 23.
 Paterc.lib. 2.
 Clau.de bei.
 Goth. Socra.
 hift. Eccleff.
 §. c. 24. Zell.
 l. 4. Paul. in
 Miscell.l. 1.
 Pacat.in Ius.
 negy. Theo.
 Orofl. 7.c.
 35. Freo. T.
 l. 4. c. 25.
 Mamert. in
 Genethlie.
 Maxi m. 21.
 Aug.

*lia Alpes extenta, &c. quæ simul ostendunt Hæmonum montem cum nostro Albio & Alpibus continuari, & inde fortè Hæmonam dictam urbem à Jasone conditam, quam Emonam veteres scribunt. Idem Marcellinus de Juliano: Formidabant enim ne clausorum militum apud Aquilejam adfultu obseratis angustiis Alpium Julianum Provincias & adminicula perderet, &c. Nicephorus Callistus de Eugenio Tyraño sub Theodosio Imperatore, qui ad Aquilejam oppressus est: *Eugenius equidem hac spe inescatus, maximum paravit exercitum, & Italie portas, quas Romani Julianas Alpes vocant præoccupatas præfilio tenuit.* Porrò eadem istæ Alpes alia quoque nomina sortiuntur apud authores. Zosimus Apenninos montes nominat per errorum cum eandem historiam de Eugenio pertractat: alibi tamen simpliciter Alpes vocat. Marcellinus iterum: *adusque radices Alpium Julianum, quas Venetas appellabat antiquitas.* Tacitus easdem appellavit Pañonicas: *Deinde Pañonia Alpes præfidiis in secessu nuntios retinebant.* Et alibi: *Petovionē in hyberna Tertiæ decimæ legionis convenerant: illuc agitavere, placeret ne obstrui Pannonia Alpes donec à tergo vires universæ consurgerent.* Nec mirum proinde, quod idem Tacitus Nauportum adscripsit Pannoniæ, ad quem Alpes Juliæ incipiunt. Hæc nomina generatim nostris Alpibus indita erant: sed quæstio remanet solusne ille tractus, & via saxofa, quæ Nauperto in Forum Julium tenditur Alpium Julianum nomen obtinuerit, an verò longius vel latius protensæ fuerint. Cluverius id relinquit in dubio. Fateor, cùm non fiat mentio harum Alpium, nisi cùm traducendum exercitum aliquem narrant historici, vix aliud jugum hoc nomine fuerit appellatum, quamvis ad illud non sola per Nauportum via deducat. Etenim & Rattmannstorffio superioris Carnioliae, & Locopoli, per Idriam, & alio meatu ad easdem Alpes venitur relicto ad sinistram Nauportum. Quæcum sint viæ montanæ, &*

pariter saxeæ ac ipsæ Alpium fauces; puto totum illum tractum Alpium Carnicarum ab origine Savivsq; ad Nauportum appellari modo Alpes Julianas, modo Carnicas. Quantum tamen ex Itinerario Antonini colligo, dum per Idriam dedit iter, non meminit Alpium, licet montana Idriæ continua sint & æq; difficilis transitus, ac fauces Julianum Alpium, imò pars earum transversa est.

V. Cœterum, vt de aliis Alpibus suprà enumeratis nunc taceam, nostræ Alpes Carnicæ, & Alpes Juliæ ità continuæ sunt ad invicem, vt superiores transitus Carnicis, inferiores Juliis tribuantur. Neque his contentæ nominibus alia quoque nomina admittunt, & specialibus donantur vocabulis. Incipiamus ab extremo Alpis Juliæ: primum nomen occurrit Carusadius mons cuius meminit Ptolomæus in descriptione I-

Ptol. lib. 3. cap. 1.

taliæ limitis septentrionalis: *A septentrionib. autem terminatur Alpium jugis, quæ Rhætiae iininent: præterea Poenis & Ocre,*

& Carusadio montibus, qui sub Norico sunt. Ubi secunda etiam Alpium pars nominatur Ocre. Tertium nomen apud eundem Ptolomæum est Caranca in de-

scriptione limitis occidentalis Pannoniæ superioris: *Pannonia superior terminatur ab Occasu monte Cetio, & pro parte Caranca.*

Quartum nomen est Phlygadia, quod pertinet ad Alpium Carnicarum extremam partem, & initium Alpium Noricarum, de quibus singulis speciatim agemus. Hic sufficit insinuasse quod eadē

Alpes Carnicæ & Juliæ diversa nomina & particularia pro partium diversitate habuerint. Non enim admitto quod opinatur Cluverius Carusadium & Caranca imò & Oram vnum eundemque Alpium tractum esse, vt infrà ostendam.

Addendum hic esset de Alpio monte, & de Albio monte, qui distincti sunt à præcedentibus & inter se; verum id longè melius præstabο si de singulis singulariter egero. Sed prius aliquid de itineribus per Carnic. & Julianas Alpes an-

Marcel. I. 31.

Tacit. hist. lib. 2.

Idem lib. 3.

init.

Idem annal. lib. 1.

notandum. Aimoinus cum expeditione Ludovici Pij Imperatoris contra Lyndevitum Pannoniæ Ducem recenset, tres exercitus per tres diversas Alpium vias ex Italia in Pannoniam transisse narrat his verbis: *Transactâ by me tres exercitus contrâ Lyndevicum mittuntur: quorū unus de Italia per Alpes Noricas, alter per Carantanorum Provinciam, tertius per Bojoariâ & Pannoniam super intravit. Et duo quidem, id est dexter & sinister tardius ingressi sunt; eo quod unus Alpium transitu hostiū manu resistente prohibebatur: alter & longitudine itineris, & Dravoflumine, quod traijciendū erat, impediebatur. Medius autē qui per Carantanos intrabat, quanquam in tribus locis ei resisteretur, feliciore usus fortunâ ter hospite superato, Dravo etiam transmiso, celerius ad loca destinata pervenit.*

Quare potest, cùm tres exercitus nominet Aimoinus, & dicat unum dextrum, alium sinistrum, tertium medium, quis ex his per Alpes Noricas, quis Bojoariam intraverit. Cluver. tradit: Ex tribus istis exercitibus, unus quem dextrum vocat per Julias sive Pañonias Alpes juxta frigidum Nauportumq; fluminâ, & Hemonam urbem in Pannoniam tendit: alter quem medium appellat, per vallem Sontij amnis, & hinc per Salocam & Vizunum oppida quæ nunc vulgo Selch & Völkemarkt dicuntur Carnicis Alpibus in Carantaniam pervenit. Tertius autem exercitus, quem sinistrum vocat, per Noricas Alpes profectus est itinere, quod ita notatur Aquileja.

Ad Tricesimum JulioCarnico, Loncio, Agunto. Valde miror hanc itinerum divisionem Cluverij alijs accurati: cùm videam illum non attendisse ad terminum destinatum exercitibus; quem si observasset, alia disposuisset itinera. Exercitus tres Imp. Ludovici mittebantur in Pannoniam super, & inde in Pannoniam infer, contra Lyndevitum Pannoniæ Ducem. Quare igitur tertius sive dexter Aquileja per Julianum Carnicum & Aguntum in septentrionem contenderet cùm deberet in orientem properare? quare etiam medius per vallem Sontij amnis Salocam &

Aimoin ter.
Francic. lib.
4. cap. 108.
Vel Adelm.
in Annal. ad
ann. 820.

Cluver. I. I.
Ital. c. 32.

A. Virunum idest Selch & Völkemarkt ad Dravum pergetet, cum ad Savum pugnandum esset? transversus exercitibus duobus erat Dravus à parte septentrionali ad meridionalem, non verò è contrâ vti discurrit Cluverius. Quare melius illa triplicis exercitus traductio explicatur hoc modo. Unus de Italia per Alpes Noricas & hic erat dexter, qui Alpium transitu prohibebatur: alter per Carantanorum Provinciam, & hic erat medius, debuitq; transmittere Dravum: tertius per Bojoariam & Pannoniam superiorē, & hic erat sinister scriptori Aimoino, qui in Gallia scripsit. Sinistrum puto defluisse secundo Danubio, in Pannoniam superiorem, & inde ad inferiorem perrexisse; quare hic Alpes transire non debuit. De medio dubium esse potest, qui per Carantanorum Provinciam ingressus est Pannoniam, quâ via ingressus sit: non potuit enim per Carantanorum Provinciam intrare Pañoniam, absq; eo quod Alpes transiret. Quodsi per Rhætiam & Tyrolim processit, vel Alpes transiit Rhæticas, vel Noricas, & circâ has Dravum trajecit. Dexter verò exercitus huic nostro proposito seruit, qui dicitur per Alpes Noricas ingressus Pañoniam superiorem. Quomodo rogo à dextris Carantani potuerunt esse Alpes Noricæ, si Carantanum (vt tradit alibi Cluverius) simul cum limitibus Norici finiebatur; imò alicubi eos transcendebat?

C. Hac ratione, quia scilicet Alpium Noricarum nomen recentioribus tantum historicis usitatum fuit, & usurpabatur pro Alpibus tam Carnicis quam Julijs. Nam vti dicebam in assignatione limitum Norici, ipsum etiam ex parte hodierum Forum Julianum Norico videri aliquando adscriptum; & hinc Noritia dicta Goritia, quæ per Alpes Julias Aquilejam contendentibus ferè necessario transversa est: ac proinde qui Aquileja in Pannoniam iter volebant suscipere, (nisi vellent per Istriam & Liburniam vti magno circuitu) tres tantum habue-

habuerunt vias proximas, vnam per Alpes Julias, & Oram montem per Nauportum & Hemonam; secundam per eadem Alpes & Idriam, Locopolim &c. tertiam per Ponte Fellæ, Tarvisium, & superiorē Carnioliam, & nuspiam in primis duobus itineribus transmittendus erat Dravus. Cum ergo dicat Aimoinus primum exercitum ex Italia deductum per Alpes Noricas, probabile est viam brevissimam & expeditissimam suscepitam, per Oram montem, & Alpem Ju-

liam, vt contrà Lyndevitum ad Savum in Pannonia inferiore pugnaturus, commodiore itinere descenderet, atq; adeò pro Julijs Alpibus nominatas Noricas ab Aimoino. Habemus igitur in unico exemplo trium viarum vestigia intrà Alpes nostras, quæ subinde Juliæ, subinde Carnicæ, & demum etjam Noricæ sunt appellatae, licet non constet certò per quam viam ille tertius exercitus tradutus sit, de quo hic non curamus, quia de vijs solliciti, non de exercitibus.

§. II.

Antiquæ Carnioliae Montes, Fluvij, Lacus, &c.

Lit. A. B.

Albius mons, Alpius mons, Auracz Lacus, Bollia, flumen.

*Lbius mons Ocræ & Alpibus
Julii contiguus ille est, quæ
Ptolomæus Albanum vocat,*

*& pro limite meridionali
Pannoniæ assignat: Pannonia superior,
inquit, terminatur ab occidente Cetio mon-
te, & quadam ex parte Carvanca: ab me-
ridie Histriæ Illyriciq; parte juxta lineam
æquidistantem, ab dicto fine maximè occiduo
per Albanum montem, usque ad montes Be-
bios, & terminum Pannoniæ inferioris.
Quod dicat ex parte Carvancâ, innuit
montem Carvancam ad Occidentem
inflecti, & à parte meridionali incipere
alium montem Albium seu Albanum di-
ctum, quem scilicet antiqui Japides ac-
coluerunt, vt suprà dictum: & Strabo
ait: *Siti sunt Japides in Albio monte, qui fi-
nis est Alpium.* Hic ergo protenditur ad
Bebios montes, & limitem inferioris
Pannoniæ, adeoque meridionale Pan-
noniæ superioris latus claudit. Habi-
tant nunc Albios montes, seu Albium
montem (licet enim plures vno tamen
in tractu sunt) Laafenses, Reiffnicen-
ses, Gottschevienses, Metlingenses &
reliqui usque ad limitem orientalem su-
periori Pannoniæ assignatum: imò &
ulterius in Pannonia inferiori, usque in
Thessaliam: sed nostro proposito solum
illa pars Albij montis servit, quæ Carni-
oliis hodie habitatur & contermina est*

Ptolom. I.2.
cap. 15.

Strabo.lib.7.

Strab.lib.4.

Liburnis ac Croatis, de qua Strabo alibi
ajebat: *etiamnum montem in Japydibus
sublimem, Ocræ & Alpibus contignum Al-
bium vocari, velut hucusq; porrectis Alpibus.*

Strab.lib.7.

II. Alpius mons, diversus à priore
cujus meminit Strabo: *Suprà Carnos Al-
pius mons est, lacum habens exeuntem in
Attagin amnem: quem alius amnis Athesis
recipiens, in mare Adriaticum effluit. Ex
eodem lacu alius item amnis in Istrum defer-
tur nomine Dravus.* Et situm ejus expri-
mens ait: *Alij autem Alpium vertices Illy-
rico sunt obversi, & Adriatico mari, vt Al-
pius mons antea dictus, & Tullus & Phly-
gadie: de quibus infrà dicemus.* Quare
Alpius mons, vt ex his patet ille est, ex
quo Dravus oritur, & qui vulgo hodie
dicitur Monte Cese, cuius ideo mentione
C. facere hoc loco volui, ne si apud antiquos
legatur Historicos, cū nostro Albio mon-
te, à quo vna litera differt, confundatur.

Cluver. cit.
cap. 22.

III. Auracz lacus, cuius nuspiam
reperio memoriam nisi apud Laziū, Laz. comm.
Reip. Ro. n.
lib. 12.
qui lacum superioris Carnioliae sub
Castro Veldes, sive vt antiquitù scribe-
batur Vels hoc nomine appellari scri-
bit. Hodie nulla hujus nominis ex-
stat memoria. *Est & Auracz lacus pro-
pè Rattmanstorff & Laas (puto legen-
dum Laak) si fortè eo Aurupij vestigia
transferenda forent, inquit Lazius.*
Nunc vulgus communī nomine Lacūs

Jesero appellat Slavicâ linguâ, Germani vñser Frauen See bey Veldes. De alio Lacu Laziū id scribere non potuit, quia nullus aliis lacus in illo districtu reperiatur, nisi modicus in Wocheim, sed remotior Rattmanstorffio. Nuspian verò vllum vestigium possum deprehendere, sive hunc sive illum lacum fuisse appellatum Auracz. Unde id hauserit Laziū, me later.

Laz. Comm.
Reip. lib. 12.
sect. 5. c. 7.

IV. *Bollia* flumen, apud Jornandem in Pannonia, sed quo loco quærendum, satis dubitari posset. Interim subscribo Lazio, qui id existimat esse amnem Carnioliae Polan, qui Locompolim præterfluit, videturque contextus historiæ id ipsum suadere, ut pote cum recenseat Jornandes duos exercitus convenisse, & alterum ex his Suavorum ad amnem Bolliam castra metatum. Nuspian certè, quam infrà Locopolim & Crainburgum tam patens in Carniola campus ad duos exercitus recipiendos. Verba Jornandis appono: *Suavorum Reges Hunimundus & Alaricus in Gothos arma moverunt freti auxilio Sarmatarum, qui cum Beuga & Babai regibus suis auxiliariis eorum, ipsasque Scirorum reliquias, quasi ad ultionem suam acris pugnaturas accersentes, cum Edica & Hunulpho eorum primatibus, habuerunt simul secum tam Gepidas, quam ex Gente Rugorum non parva solatia: ceterisque hinc inde collectis ingentem multitudinem aggregantes, ad amnem Bolliam in Pannoniis castrametati sunt. Gotthi Walomire defuncto ad fratrem ejus Theodemir confu-*

Jornand. de
reb. Getic.
cap. 54.

gerunt, &c. Cùm verò idem Jornan des alibi dicat: *Dalmatiis Suavia vicina erat, nec à Pannoniis multum distabat.* Colligitur benè legi hoc loco *Suavorum Reges, & Suavia;* non autem *Suevorum & Suevia;* ac falli eos, qui putant hos populos Suevos fuisse: nulla enim Suevia vicina Dalmatiæ, sed Suavia, vel potius Savia, eo tempore quasi contradistincta à Pannonia. Post hæc digesta, incidi in vetus Instrumentum DD. Comitum de Blagay scriptum Ann. 1279. vbi certi limites quarundam possessio- num in Slavonia & Comitatu Zagrabieni designantur; & habentur hæc for- malia: *A sinistris usque ad alium rivulum dictum Wolyavech, ubi idem rivulus cadit in predictum rivulum Cbemernicha.* Ex Bollia vel Wollya, formatur diminuti- um Wolyavech, vnde cum hic rivu-

MS. Blag.
num. 7.

lus sit in Pannonia Savia, quæ est vicina Dalmatiæ, de hoc fortè intelligendus est allegatus locus Jornandis. Aliud flu- men in Moesia nominat M. Marulus, nempe Veliam, vbi ait: *Transmissum magno amne Velia in regione Singhabiorum.* Dio- cleas de eodem faciens mentionem, ap- pellat amnem Wolgam. Et Joannes Lucius advertit ab hoc amne Wolga denominatos esse Bulgaros: sed alij au- thores Vulgam seu Volgam appellant, à quo dicti Bulgari. Vix putem præfa- tos Reges tam procul descendisse in Moesiam, vt ibi pugnarent, cùm Jor- nandes ad amnem Bolliam in Pannonia pugnatum scribat. Elige qui legis, quod vis.

Marul. in
regn. Dalmat. Diocli.
in regn. Slavon.

Luc. in Not.
ad Marul.

§. III.

Antiquæ Carnioliae Montes, Fluvij, Lacus.

Lit. C.

Carvanca Mons, Carusadius mons, Colapis fluvius,
Corcoras fluvius.



Cluver. Ital.
lib. I. cap. 22.

Arvanca mons Alpium pars sub speciali nomine, quam cum Carusadio monte eandē esse existimat Cluverius, & si bi persuadet librarii errore apud Ptole-

*C*mæum esse positum Carusadium pro Carvanca, cum ter nominet Carvan- cam, & Carusadium tantum semel, re- ferendo se ad prius dicta, quæ nuspian apparent de Carusadio, sed de Carvan-

ca.

ca. Verum inspiciamus ipsa verba Ptolomæi. *Italia terminatur ab septentrionibus Alpibus, quæ sunt sub Rhætia, & item Poenninis, atque Ocre, & Carusadio montibus, qui sunt sub Norico: quorum situs antedicti sunt.* Observat Cluverius: *nusquam sunt dicti nisi in ipsis Rhætiae ac Norici, & Pannoniae superioris descriptione.* In primis verba Ptolomæi apud Maginum, & Moletium aliter sonant, & pro voce *situs* est posita vox *gradus*. Deinde quomodo nusquam sunt dicti gradus, vel etiam situs, si fateris, quod dicti sint in Rhætiae, & Norici descriptione? In Rhætia dicit: *quæ verò ad Ocream sunt montem gradus habent 33.* In Norico autem ponit. *Et quod inde est suprà Istriam eo monte, qui Carvancas appellatur cuius medium habet 35.* Sed Carusadius mons suprà non est nominatus: quid inde? Ptolomæus scribebat intelligentibus, & scientibus, quod Carusadius mons junctus esset Ocreæ ad mare Adriaticum, quare ex assignatione graduum unius jam intelligebantur gradus alterius: neque ideo Carusadius idem esse debet cum Carvanca, quia superius illius mentione facta non est: non enim erat necessarium nominare Carusadium nisi in descriptione Italæ, cuius una ex parte limes erat, non autem Rhætiae, non Norici. Carvanca igitur mons veteris Carniolæ, quis & quo situ fuerit facile ex ipsomet Ptolomæo licet colligere. Describens enim Pannoniam superiorem ait: *Pannonia superior terminatur ab occasu monte Cetio, & pro parte Carvanca: à meridie parte Istriæ.* Ergo mons Carvanca limes erat Pannoniae contiguus cum monte Cetio, & ibi incipit ubi mons Cetius desinebat, ac protendebatur deinde in meridiem usque ad Istram. Rursum verò addit: *juxta lineam parallelam, quæ à præfato fine Occidentaliori per Albanum montem exit, usque ad Bebios montes, & limites inferioris Pannoniae.* ex quibus colligitur, quod non planè ad Istram propriè dictam, sed solum usq;

Ptolib. 3.
cap. 1.

Ptolib 1.2.
cap. 12.
Idem lib. 2.
cap. 14.

Ptolib. 2.
cap. 15.

A. ad Albanum sive Albium montem Carvancam extenderit in descriptione Pannoniæ, qui tunc erat mons Japidiæ inter Istriam, & Pannoniam mediæ, unde Japidiam, vel Istriæ, vel Pannoniæ adnumeravit. Ad tabulam porrò sextam Europæ hæc habet Ptolomæus de Italia scribens: *Ab occasu Alpium montibus atque Gallia, à septentrione Alpibus, quæ sub Rhætia, & Vindelicia sunt, atque Alpinomonte, qui sub Norico est, vocaturque Carvanca, & pars finis Adriatici.* Carvanca proinde Alpinus est mons sub Norico, & attingit partem sinus Adriatici ab una parte, ab alia verò montem Cetium. Cum igitur ex mente ejusdem Ptolomæi (vt infra dicemus) mons Cetius extensus fuerit usque in Carnioliam ad Savi ripam, ubi hodieque vocatur ultimum ejus jugum Calenberg: videtur consequenter asserendum Carvancam incipere ibidem, ac per vallem superioris Carniolæ in occidentem ferri usque ad radicem Alpium Noricarum, ibidemque rursus ad Orientem reflecti per eandem vallem, & penes Crainburgum Labacum ad ripas ferè Labaci fluvii in meridiem protendi usque in Verchnik seu Hyper-Labacum, ubi rursus curvatus in Forum-Julium per ipsas Alpes se perdit cum nomine, & inde fortassis à multiplici curvatione Carvanca, mox Carvanca dictus fuerit. Vbi nam verò Cluverius apud Ptolomæum legerit, quod medium Carvancæ sit super Formionis amnis ostium, ego haec non deprehendere non potui, tametsi utramque descriptionem Italæ tam lib. 3. quam lib. 8. & ipsas quoque tabulas apud Maginum, Moletium, Ruscellum, consuluerim. Imò tabulæ ferè æqualiter Carvancam inflectunt ab Oriente in occidentem suprà Japidiam. Cæterum cum ultrà præfatum tractum Carvancæ passim intercedant modicæ valles, vt Wochiniæ, Idriæ &c. rursumque ab alia parte ardui consurgant montes, ferè assererem Carvancam non esse eundem

Pirck in Ta.
ap. Beert. I. 1.
Germ. c. vlt.

eundem monte cum Alpibus Carnicis, sed solum propinquum, & modicâ valle ab iis discretum, quâ in re mihi locorum periti consentient, licet Bilibaldus Pirckheimerus dixerit: *Carvanca mon-tis nomine hodie Carnorum, Croatiensium, & Goritiensium Alpes continentur.* Certè si de Carnis, & Goritiensibus concederem, de Croatiensibus securè negarem. Quià nullæ Alpes in Croatia. Advertendum porrò hic est, quod proficiscientibus Labaco in Italiam triplex montium series occurrat: media est Alpium Julianum, per quas Goritiam iter est: dextrâ est Ocræ montis, quâ eodem contenditur, sed itâ Alpibus connexa, vt ipsa medietas Ocræ etiam Tergestum protensæ, nomen habeat Alpium Julianum: tertia series, & sinistra est Carvanca, quæ rursum sibi contiguum vel vnitum admittit Carusadium seu Carsum, qui Tergestum & in Istriam ducit, & ab Oriente Albium.

Ptol. I. 3. c. 1. II. *Carusadius mons*, quem fru-strâ Cluverius cum Carvanca confundere tentat, quantum ex Ptolomæi verbis assequi possum (cùm alii de eo taceant) est mons ille, quem Carsum, & Carstum hodie dicimus: nec nomen vetus abludit. *A septentrionibus autem (inquit ille) terminatur Italia Alpium jugis, quæ Rhætiae imminent, præterea Poenis, & Ocrâ, & Carusadio montibus, qui sub Norico sunt.* Rectè servat ordinem, & quià Alpes Noricæ Italiam non attingunt, Oram & Carusadium sub Norico situm in Japidia, pro limite Italiae assignat. De Ocrâ dicemus infrâ: Carusadium existimo esse, uti dixi Carsum, conjunctum partim Carvancæ, partim Ocræ. Carsi latitudo in Istriam, & suprà Istriam protenditur, & mutato nomine Poig, vulgo Piuka vocatur: quam opinor ambiri à parte orientali monte Carvanca. Olim habuerit totus ille tractus circâ Istriam usque in Liburniam nomen partim Carvancæ, partim Carusadii, quod colligo ex

ipsomet Ptolomæo, cùm dicit de Italiæ meridionali limite: *Ameridie au-tem litore Adriatici pelagi, à Tilavempto fluvio, usque ad Illyricam metam*: hoc est usque ad initium Liburniæ, cùm Istria tunc temporis Italæ accenseretur. Et cùm rursus dicat Italiam terminari Ocrâ, & Carusadio, videtur usque ad Liburniam Carusadium protendere, atq; adeò Carusadium cùm Carvanca si non confundere, saltem continuare. Sic videtur Ptolomæum intellexisse Manzolius, cum ait: *Carsum antiquitus dicebatur Japydia, incipiens ad S. Joannem Duni, & flumen Timavum: unde semper ac-B crescens protenditur, & dilatatur, per ma-gnos, & saxos montes, quos Istriani vo-cant Venam, & pertingit usque ad montem Maiorem, à Slavis Vercham, qui finui Carnario, seu Flanatico imminet.* Hoc conuenire Japidiæ suprà ostendi: Carsum verò magis restringo, & à Caravanca distingo.

III. *Cetius mons*, multis prærogativis illustris fusè describitur à Lazio, qui etiam sufficienter probat, eum usq; in Styriam inferiorem protensum. Cluverius hæc breviter colligit: *Famigeratissimus harum orarum mons, vulgari vo-cabulo Kalenberg: quod initium est jugi, hic à Danubij ripa in meridiem versus ad Leitæ fontes, & oppidum Prak an der Nuer pro-currentis: ubi jam altissimi ejus vertices vulgo vocantur accolis Kaunberg, & Golach: hinc porrò ceu rectâ linea in eundem meridiem tendit ad Dravum amnem, quâ oppidum ei ad positum Draburg: atque hinc denique ad Savum infra oppidum Celeiam, Norici omnian ab hac parte novissimum. Atq; hic verus est germanusq; Cetius mons.* Addere debebat: penes Savum non procul ab ejus ripa, cui ex opposito visatur vetus castrum Gallenberg, nobilissimæ adhuc superstiti familiæ nativum, protenditur iterum mons Cetius Labacum versus, licet à Danubio huc usque partes ejus diversa nomina sortiantur. Terminus nusquam melior as-signari

Laz. comm.
Reip. I. 12 c.
vlt. Cluver.
Germ. Vind.
& Norc. c.s.

Ptole. lib. 2.
c. 16.

signari potest, quam mons ferè solitarius alto, calvastro jugo, qui principio Cetii similis, & cognominis est Kalenberg, subter cuius radices Savus defluit. Ità ego intelligo illud Ptolomæi : *Quod juxta divertigium Saitstuvij est, qui & ipse per duas extensas Pannonias Cetio monti jungitur, prius ad septentrionem postea ad occasum versus.* Hæc inflexio ad septentrionem propè Labacum est usque in Rain, vbi mox fluendo in Orientem convertitur. Ptolomæus in Ægypto scribens situm oppositum non cursum fluvii considerans scripsit ad *occasum versus*, quod de fonte Savi verum est: hic quippè occasui obvertitur. Certè si Savus Cetio monti jungitur, id nuspian magis potest verificari, quam proximè ad Labacum sub crepidine montis Calenberg, qui est quasi terminus montium Celeia hucusq; protensorum. Post hunc montem vertit se nonnihil ad septentrionem Celeiam versus, quam tam non attingit, sed proprius accedit ex opposito sitam arcem Galenberg. Porro de nominis Cetij etymo plura differit Lazius; & inter alia : *sunt qui illud, quod Calvaster ibi sit montis jugum Kalenbergum propterea nominatum fuisse opinentur.* Ego contrà à Galatis id nominis primum omnium accepisse contendō, quos in Pannonia per Alpes Noricas traduxisse Brennum, Acichorium, Cerethrium, & Bathanatum Reges, Pausanias in Phocide & Athenæus lib. 5. Deipnosophist. authores sunt. Sic enim & alii in Norico mediterraneo apud Carnos, & in Dacia vbi hodie Transylvani tenent, montes eandem, ab eadem nimirūm gente, nomenclaturam fortissunt, Chalenberck. Aliter scribit hanc vocem initio capit, vbi ait : *Cetium montem in Danubium usq; promontorium demisisse, quod hodie à Galatis veteribus incolis Galenbergum nominatur, in cuius vertice desolatum castrum cernitur Divi quondam Lupoldi Austriae Marchionis regia,* &c. Et alibi in eandem rem, cum re ceuisset Gallos post spoliatum in Græ-

cia templum Delphicum Apollinis in A. Pannonia consedisse, inquit : *Ad quos nimirūm Paulus Apostolus Epistolas scripsit, quæ adhuc in Ecclesia ad Galatas leguntur. Galatarum in Asiam navigationis meminit ad longum Titus Livius &c.* Porro ut in nostro limite maneamus, secus Istrum videlicet sitis Provinciis, vbi Gallograecos mox post Aborigines Graecosque tenuisse asservimus. Supersunt adhuc cum apud Hungaros in Pannoniis, tum apud nos Austriacos in Norico Ripensi montes Galata, & Galenberg appellati, qui veterum nobis in collarum surgerunt memoriam. Hæc Lazius absque fundamento, cui Germanus posset dicere *ein Faalle Aufdeutung des Namens.* Quero enim quodnam monti illi propè Viennam, in quo olim S. Leopoldus tuam Regiam habuit, nomen prius fuerit, Cetius, an Kalenberg, vel prout ipse vult scribere Galenberg? Si Cetius antea vocabatur, quam Galenberg, quomodo nomen à Galatis obtinuit, qui trecentis ferè annis ante Christum natum Pannonias insederunt, & nondum nato Christo à Romanis Pannoniam occupantibus expulsi sunt, quos aliud nomen monti tribuisse non reperies, quam Cetii : si verò nomen Galata, vel Galenberg prius fuit, quam Cetius, cur Romani mutarant, cùm æquè facile potuissent montem nominare Galatam, quam Cetium. Signum ergò est nomen Kalenberg monti inditum non à Galatis, quorum nulla post Stabilitum Romanum Imperium memoria in Austria, vel Pannonia, sed potius à Germanis inquilinis, qui verticem reverè calvastrum aspicientes calvum montem seu Kalenberg appellarent. Idem est de nostro in Carniola Kalenberg, quem extrà urbem vel in arce Labacensi à longè prospicimus, nam & hic calvaster est, ejusdem cùm Viennensi altitudinis, & ferè etiam situs, ac figuræ. Et hæc de veteri monte Cetio, qui longo tractu mutatis sæpè per partes nominibus Kalenberg, Hachenthal,

Laz de M^e.
grat gent.
lib. 2.

khenthal , Wiener-Wald / Khaunberg, Khaunegk, Thanberg, Frankenfels , im Gesheyd / im der Prynbsy / Hohenalben / in der Drâgsel / Schneeburg / in der Preyn / Semering, Arzberg / Hartberg / Platschberg , Dranberg (corruptè Trojanberg) & ultimo iterum Kalenberg, quasi catena Vienam I abaco jungit, Austriam Carnioliae , spatio intermedio quinquaginta Germanicorum milliarium , & totam Pannoniam superiorem à partè occidentali ambit ; cujus extremæ vrbes respectu Provinciæ occidentales fuerunt Vindobona , & Emona , nunc Vienna , & Labacum , illa septentrionalior , hæc meridionalior , vt ex Ptolomæo constat .

IV. *Colapis fluvius*, vulgè nunc Culpa dicitur : ejus origo in veteri Japidia , & hodierna Carniola est . Strabo ejus non semel mentionem facit . *Nauperto proximus fluvius est Corcoras, qui onera excipit.* Hic sancè Sabon intrat , Sabusque in Drabon ingreditur . Hic verò in Noaron penes Segestam . Hinc Noarus augetur accepto Colapi , qui ex Albio monte fluens per Japides Danubium illabitur ad Scordicos . Plures hic sunt errores . Naupontum posuit pro Nauperto , & alibi Pamportum dixit ; forte librarii error est . Deinde siquidem Naupontum solùm coloniam Tauriscorum intelligit per Corcoram fluvium Nauponto proximum videtur intelligere Nauportum fluvium , quia iste onera excipit , & proximus est Verchnikio seu Nauperto Coloniz , male autem nomen vnius assumit pro altero , quia Corcoras est Gurca , vt ipsum nomen persuadet , & infrà Nauportum ex Albio etiam monte originatur , licet remotius , & onera illicò ad originem non potest excipere , multò minus ad Nauportum . Tertiò errat , quia dicit , quod Savus Dravum ingrediatur , cum Dravus prius nomen perdat in Danubio , & post longum deinde spatium etiam Savus Danubium influat . Quartò quod Dravus in Noaron id est Dobram ,

vt Lazius interpretatur , se exoneret , & A. quod Noarum influat Colapis , etiam verum non est , quia potius Dobra influit Colapim , & nomen perdit , ac demum apud Sissek Colapis Savo commiscetur . Veritati tamen illud conforme est , quod Colapis ex Albio monte fluat , & per Japides Danubium illabatur non immediatè , sed cum Savo , quæ prius auxit . Alibi Strabo Colapim Ogdolapim appellat : *Poft hos vrbs Segestica in plano sita. Juxta illam Rhenus ipse præterlabitur (legendum Savus) In Istrum influens. Urbs ipsa adversus Dacorum bellum opportune sita est.* Ocra verò humillima B. prorsus Alpium pars est , ubi Carnis adjungitur : *qua ex Aquileia onera plaustris ad Pamportum (sic enim appellant) devehuntur &c. inde per fluvios ad Istrum usque vectantur , locaque huic vicina. Pamportus enim annis ex Illyriis navigabilis deferatur. Intrat autem Savum , ut facile in Segestaniam oram , & Pannoniam , & Tauriscos delabatur. Atvero in Savu irrumpit Ogdolapis ad urbem Segesticam , ambo sanè navigabiles ex Alpibus fluentes.* Hoc loco errat Strabo in nomine Pamporti , & Ogdolapis , si tamen errare dicendus , qui forte vulgi passim corruptentis nativa vocabula , fecutus est pronuntiandi formam ; ideoque non abs re dixerit Pamportum (sic enim appellant) quasi diceret , C. sic vulgus corruptè loquitur , & eodem modo accidere potuit , vt vulgus imperitiè usurparet vocem Ogdolapis pro Colapis . Cætera melius exprimunt veritatem fluxūs Colapis , quod scilicet ad Segesticam insulam illabatur Savo . Urbs verò Segestica quam hic nominat , diversa videtur esse ab vrbe penes quam Ogdolapis in Savum irrumpit . Nam vt alibi monui ad confluentes Colapis , & Savi Sifcia est , Segesta verò vel Segestica non procul inde in insula cognomine (nisi forte Strabo pro Sifcia posuerit adjectivè Segesticam vrbum) quærenda est . Nec tam procul , ut vult Lazius vltra Boſnam sita fuerit Segesta vrbs si

Strabo lib.
4. fin.

si Segestica insula non fuit remota à Colapis cum Savo confluente. Hæc de Colapide seu Culpa fluvio, qui originem Japidiæ nostræ debet, absque culpa. Oritur autem inter Ossiuniz & Bucari.

V. *Corcoras* fluvius vix alteri, quām Straboni nominatus; qui ei situm ferè tribuit alienum. Ait quippe: *Nauporto proximus est fluvius Corcoras, qui onera excipit; hic sanè Sabon intrat.* Videretur alterius nomen alteri supposuisse. Corcoras enim, quem rectè Lazius ex

nominis affinitate suspicatur esse Gurakam, non est fluvius Nauperto proximus, sed Nauportus ejusdem cum colonia nominis, qui ipsum Nauportum alluit. Corcoras verò plusquam duobus inde milliaribus oritur, nec statim onerum patiens, adhuc vulgè à Slavis Corca dictus, nobilium cancerorum, & trutarum ferax. Defluit verò per Marcam Vindorum, & infrè Gurekfeldam sese in Savum exonerat.

§. IV.

Antiquæ Carnioliae Montes, Fluvij, Lacus, &c.

Lit. F. L.

Frigidus fluvius, Lugea palus, Lugea specus.

Anton. in
Itinerar.
Paul. Diac.
Miscell. l. 13.
Socrat. l. 9.
c. 45. Nic-
ephor lib. 12.
cap. 39.
Claud. Pa-
neg. 3. de
Honor.
Consula.

 *Rigidus Fluvius*, notus Antonino, Paulo Diacono, Socrati, Nicephoro Callisto, & aliis: quem non esse alium à nostrate Vipaci flumine, vel ipsa documentum Itineraria. Quomodo ante constitutum Romanum Imperium vocatus sit, non constat: à Ronianis vocari cœpit *Frigidus fluvius*: à Germanis post Romanos isthic rerum potitis Wippach nuncupatus. Unde cum vetustior nullus hunc fluvium nominet *Frigidum*, nec Plinius, nec Ptolomæus ejus meminerunt; videntur Itineraria illa, quæ circumferuntur non esse Antonini Cæsaris Philosophi, ut nonnulli putaverunt, nec Antonini Caracallæ, nec alterius Cæsaris, quorum plures Antonini nomen assumperunt, sed potius aliquius hoc nomine nuncupati amanensis, vel collectoris Itinerum per totum orbem. In syllabo scriptorum, qui subiicitur Cæsari Orlando de vrbe Senensi notatur authorem libelli, qui inscribitur Itinerarium Antonini vixisse Anno Christi CCCXXXVII. ut advertit Gerardus Jo. Vossius. Josias Simler putat Æthicum Istrum cuius Cosmographia extat, & putatur vixisse a. vo Theodosij Imperatoris, authorem

esse Itinerarij Antoniniani: qui fortè vocatus fuerit Antoninus Æthicus. Barthius verò existimat duos fuisse, quorum alter alterius opus complexus sit, ideoq; ambo simul circumferuntur indiviisi, quod sæpius accidit. Cluverius paulò accuratius rem expendens auctorem Itinerarij & Tabulæ vel vnum eundemq; existimat, vel duos coætaneos, nec ante Valentiniani Augusti tempora vixisse; tum quia Christianum auctorem fuisse constet ex ijs quæ de S. Petro, de Mose, & filijs Israël refert; tum quia primum iter de Pannoniis in Gallias, & quidē Treviros vbi Valentinianus residebat in Itinerario describitur, tum quia author Constantinopolim urbem nominat, quæ temporibus Antoninorum hoc nomen nondum sortita fuit. Verùm cui bono fuisse tunc primum conscribere Itineraria, cùm jam Romanæ expeditiones desinerent? credibilius est fuisse antiquum authorem, ab aliis deinceps descriptum, & nonnihil auctum ac variatum; quod hodieq; multis auctoris evenit, quorum opera à Recentioribus augmentur. Sed de hoc plura superdicta cap. I. Revertamur ad *Frigidum fluvium*, quem celebrem reddidit Theodosij Imp. contrà Eugenium Tyrannum

Bart. lib. 4. c.
Adver. l. 5.Cluverius
G. et m. l. 2.
cap. 5. fin.

Q

expe-

Gerar. Voss.
lib. 3. de hi-
stor. Latin.
Simler. Præ-
fat ad Itin.
Æthici.

Paul.Diac.
cit.

expeditio , de qua Paulus Diaconus : *Eugenius igitur atq; Arbogastes, quum omni instruētā acie Alpium transitus tenerent, & Theodosius in summis Alpibus constitutus esset &c. Fit ergo congressio circa fluvium vocabulo Frigidum. Ne quis verò istud de aliis Alpibus intelligat, quām Juliis, & de alio fluvio, quām Vipacensi, qui ex eodem monte cum Nauperto, licet opposito fluxu, originatur, itineris subdu-*

ctio apud Antoninum omne dubium tollet. In ea siquidem cùm iter Aquileja Emonam describitur, & vicina loca, & eorum distantia evidenter ostendunt fluvium Frigidum alium non esse, quām Vipacensem. Correspondent alia quoque itineraria : nimirū Tabulæ Peutingerianæ, & Hierosolymitanum, quæ simul inspicere libet.

| Tabulæ <i>Aquileja.</i> | Antonini Itin. <i>Aquileja.</i> | Hierosolymit. <i>Aquileja.</i> |
|----------------------------|------------------------------------|--------------------------------------|
| Ponte Sonti. | XIV. | <i>Ad undecimum. XI.</i> |
| Fluvio Frigido. | XXII. | <i>Ad Furnulos XII.</i> |
| In Alpe Julia | XV. | <i>Castra XII. inde Alpes Julia.</i> |
| Longatico. | V. | <i>Ad Pirum summas Alpes IX.</i> |
| Nauperto. | VI. | <i>Longatico. X.</i> |
| Emona | XII. | <i>Ad Nonum IX.</i> |
| | <i>Hemona</i> | <i>Emona. IX.</i> |
| | XVIII. | |

Aquilejam omnes noscimus : de Ponte Sontij non dubitamus : de Alpe Julia, quæ adhuc à Germanis *Alben* vocatur certi sumus : de Longatico adhuc nomen vulgus retinet Logatetz ; Nauporti & Emonæ situm ante probavimus, quomodo ergo fluvium Frigidum alium credemus, quām Vipacensem, cùm alias non occurrat inter Pontem Sontij, & Alpem Julianam, præter rivum Chobelum dictum, qui proximus est Vipaco ? Nominatio est Vipacus, & dignior fluvij nomine.

II. *Lugea palus*, sic dicta Straboni, sed melius *Lugens Lacus*, vt placet recentioribus. A Tergeste vico Carnico transitus per Oram est ad Lugeam paludem, ait Strabo. *Lacum Circonicensem* hic intelligi nemo bacchanus dubitavit, sub-

Strab.sup.
cit.Cluver.lib. I.
Ital.cap. 21.

nectit Cluverius. Nos vocamus lacum Circknicensem, Germani *Girknizer*. See : quem summè admirandum, à priscis scriptoribus silentio præteritum, summè miror. Vallis est Germanicum ferè milliare longa, dimidium lata, quæ

vndique montibus inclusa, quatuor pagis accolitur. Eorum nomina Lipse, Jesero, Ototschetz, Martinspach, quod modici percurrunt rivuli, & in planitię inter arundineta sorbentur. Agri illic fertiles arantur & coluntur, fœnum copiosum fecatur, leporum venationi æstate locus percommodus est, demum extremo autumni tempore, subinde etiam veris initio (vti Anno 1676. sub finem Quadragesimæ) quotannis mirando naturæ prodigio repente vallis tota erumpentibus per abditos meatus aquis, & ingentem piscium vim, præsertim Luciorum secum advehentibus, invndatur : quæ tamen aquæ ultrà quintumdecimum diem non occupant locum, sed suos rursum sponte meatus subterraneos repetunt; quod accolæ certis cognoscentes indicii, vasis & curribus instructi accurunt, destinatum quisque locum occupant, specus & foramina ita præcludunt, vt illabentes aquas non prohibeant à suo fluxu, sed pisces à reditu; quos magnâ copiâ brevi temporis spatio

spatio comprehensos exenterant, sale condiunt, sole aut fumo siccant, & longè latèque dividunt. Capiuntur sæpè Lucij duos, & vlrà cubitos longi, libratum quindecim, viginti & amplius, non vano argumento lacus subterranei. Singularē profectò naturæ miraculum, quovis anno eodem in loco arari, semi-nari, meti, venationem institui, pescationem exerceri; imò hæc duo tam diversa spatio vnius mensis, lacum modò, sic cum modò campum videre alternante naturâ. Recentiores, quos hactenus vidi, Cosmographi penè omnes hujus prodigijs mentionem faciunt, Mercator, Munsterus, Lazijs, Cluverius, Merian, Bleau, Megiserus, Fournier &c. & alij apud hos allegati. Veteres omnino tacent; vt primum sit suspicari partem illam veteris nostræ Japidiæ montibus fortè obrutam, quod alibi etiam nostrâ ætate factum inaudimus, perpetuo miraculo causam dedisse ex casu. Coeterùm advenæ multi vix fidem habent narrationi huic nisi videant; videre autem non possunt, nisi ad sint in tempore: nos quæ vidimus testamur.

III. *Lugea specus*. Hujus mentio à nullo veterum historicorum (quod sci-am) habita, hec loco facienda erat, ob loci pariter & miraculi cum lacu ejusdem nominis propinquitatem. Castrum extat hodie Khobentzelianæ familiæ Comitum, Lueg appellant Germani, Luknam Slavi, quod apud illos cavam specum significat, ædificatum intrâ montis cavernas, à quibus desuper ex toto ambitur. Unde castrum sine villo tecto est; mons ipse concavus pro tecto seruit. Introrsum post castrum specus est subterranea, quam vbi subieris illicò murmur ingentis fluvij inauditur. Narrant domestici, & qui cum illis ingressi assumptis secum facibus, specum illam protendi vlrà milliare Germanicum, & penes fluvium, qui navigabilis esset, latam satis patere viam, quæ tandem cum stupore emensa perveniri ad saxa præ-

A. rupta, quæ longius progredi velut murus oppositus viatorem non sinant; fluvio tamen coarctatâ jam in angustias specu liberum adhuc esse fluxum, per quem aliquando experimenti caula vivâ cum certo signo anas immissa, tandem ad Vipaci fontem egressa est. Quæ cum merito admiranda, antiquis tamen scriptoribus ignota fuerint, subit animum ea cogitatio, quod fortassis aliquando terræmotu concussâ terrâ illic duo montes qui fluvium amiebant ad invicem conciderint, ac fortuitam illam ac stupendam effecerint concamerationem. Et fortassis hic ille ipse fluvius est per quem Jason navem suam in mare Adriaticum promovit, si illis habenda fides, qui navi B. in mare per fluvium descendisse narrant, non procul Tergeste, vt ait Plinius: *Argo navis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste, nec jam constat quo flumine.* Sanè cum posteâ narret ve-lut certum: *Subiisse autem Istro, dein Sao, dein Nauporto, cui nomê ex ea causa est, inter Aemonam Alpesq; ex orienti, præmisseritq; etiam: Humeris travectâ Alpes diligentiores tradunt:* Verosimillimum est eo tempore fluvium illum subterraneum cum fluvio Frigido continuum fuisse, ad quæ Nauporto modica erat intercedo, vt proinde à fontibus Nauporti ad illum fluvium, qui in Lugea specu decurrit facile fuerit navim dissipatam humeris transferre, cum vnicus mons intercedat C. à fontibus Nauporti ad Frigidæ fontes, de quo Frigido verius est quam de Quietio, quod non procul Tergeste ad mare Adriaticum decurrat, cum Sontio Frigidus misceatur. Sed quidquid nunc fit de Argonavi: si divinare licet, miranda hæc suprà fluvium navigabilem montium concameratio facta per terræmotum aliquem, & fortè Anno Christi M. CCC.

LXVIII. quo multa in Carniola & vicinis Provinciis concussa, & eversa sunt: plurima tunc hominum & peccorum corpora terreno quodam afflatus in statuas salis vel salnitri conversa fuerunt

fuerunt (vt dicemus in Annalibus ad prædictum Annum) & haud dubiè et jam montes ad invicem conciderint. Dicuntur autem in hac specu adhuc pendere moles saxeæ, quæ figuræ pernarum, carnium fumigatarum, piscium

&c. referant, eo fortasse casu è veris in A. saxum versa: quod quidem incolis ejus temporis notum nullus domesticorum annotavit, vt sensim in oblivionem traductum sit. Ab exteris relatum in scripta, dicemus ad annum memoratum.

§. V.

Antiquæ Carnioliae Montes, Fluvij, Lacus, &c.

Lit. N.

Nauportus Fluvius.

Nauportus fluvius. Antiquis scriptoribus celebratissimus ab Argo navi, quæ ad ejus ferè fontes portum tenuit, nomen fortitus, oppido vicino imò contiguo nomen dedit. Operæ pretium est licet jam suprà Capite II. multa sint dicta, specialiter hoc loco contra Neotericos, quosdam ostendere Nauportum fluviū, per quem Jason navigasse fertur, hunc ipsum esse, quem hodie Labacum dicimus, & nullum ejusmodi fluvium, seu hujus nominis vñquam fuisse in Istriâ; ineptissimè proindè, quosdam divinasse fluvium illum Istriæ, quem appellant *Quietum*, esse antiquum Nauportum, & illic navem Argo cum Jasonem descendisse in mare Adriaticum. Suppono autem navigationem Jasonis veram esse, & Argo navim aliquâ viâ seu fluvio, seu terra in mare Adriaticum esse deduc̄tam. Imò si darem parti adversæ, quod tota navigatio Jasonis fabulosa sit, multò nervosius ostenderem Nauportum Istriæ fabulosum esse. Igitur quod Nauportus sit fluvius Labacus, id primum ostendo ex Plinio, qui Savum Danubio, Nauportum Savo conjungit per quos Argo navim adversis fluminibus deduc̄tam afferit: *Subiisse autem Istro, dein Savo, dein Nauperto, cui nomen ex ea causa est, inter Emonam Alpesque exorienti.* Nullus autem alias fluvius navigabilis inter Emonam Alpesque exoritur, qui in Savum influat, vt eo adverso ex Savo potuisset navigare Ja-

son cum Argonautis, quâm Labacus; ergò Labacus noster est verus veterum Nauportus. Secundò, Plinio antiquior Strabo ejusdem fluvij Nauporti meminit his verbis: *Ocra verò humillima prorsus Alpium pars est, ubi Carnis adjungitur: quâ ex Aquileja onera plaustris ad Pamportum (sic enim appellant) devehuntur,* &c.

Strab. lib. 4. *Inde per fluvios ad Istrum usque veclantur, locaque huic vicina: Pamportus enim amnis ex Illyrijs navigabilis defertur, intrat autem Savum,* &c. Quod hic Strabo

Pamportum fluvium intelligat Labacum & veterem Nauportum, licet scribat (fortè amanuensis errore) Pamportum, colligitur ex Ocra monte, qui est mons interioris Carnioliae, vt dicam infra, ex connexione cum Savo, à quo certum est excipi Labacum fluvium paulò infra Emonam, seu Labacensem urbem; & denique ex alio loco Strabonis ejusdem, vbi pro Pamporto vocem Nauportum reposuit: *Post promontorium ex Aquileja conseruentibus Nauportum stadia sunt CCCL. ad quam rbede perducuntur. Ea verò est Tauriscorum colonia.*

Strab. lib. 7. *Promontorium illud quædam est Alpium pars humillima* &c. Hic quidem fluvij proximi, & cognominis Nauporti mentionem non facit, sed Corcoram paulò remotiorem nominat, satis nihilominus ostendit Nauportum, & Pamportum pro eodem se accipere, adeoque Nauportum sive fluvium sive coloniam infra Alpes Julias propè Oram montem quæri debere. Taceo hoc loco Tacitum

tum, & Vellejum Paterculum, qui in finibus Pannoniæ Nauporti municipij meminerunt. Taceo item Antonini Itinerarium, & Anonymi Tabulas, & Hierosolymitanum, quæ suprà retuli, ex quibus etiam apertè convincitur Nauportum coloniam vel municipium esse nostrum Oberlaybach seu Verchnik, & consequenter fluvium agnominem, qui præterfluit, esse Nauportum Labacum.

II. Porrò quòd neque colonia, neque fluvius, qui vocaretur Nauportus vñquam fuerit in Istria sic probo. Ad afferendum aliquod nomen alicui loco convenire, vel debent proferri monumenta scripturarum, & Authorum, vel debet esse fama, & traditio nunquam interrupta, vel debet actu tale nomen loco convenire, & tribui. Sed de Istria constat, quòd nullus authorum in ejus descriptione (loquor de antiquis) vñquam meminerit sive coloniæ sive fluvij Nauporti; de fama, & traditione continua nihil constat; defacto etiam nec colonia vlla, nec fluvius vllus sic nominatur, ergò Nauportum seu fluvium aliquem sic nominatum antiquitus fuisse in Istria, fabulosum, & merè arbitrariè alicuius Sciolii non satis versati in Historicis inconsideratâ devotione excogitatum est. Adducatur vel vnum vetustus scriptor, qui Nauporti sive fluvij, sive coloniæ in Istria meminit: nullus certè hactenùs à viris diligentissimis, & historiarum peritissimis, quales erant Lazius, Cluverius, Inchofer, & alij suprà citati, poterat teperiri, cùm tamen veteres Nauportum, & fluvium, & coloniam sub Alpibus, vbi nostrum Verchnikum est, agnoverint. Plinius describens Istriam, & ejus oppida enumerans ne verbum quidem de fluvio Nauporto in Istria, licet Formionem, & Arsiam nominet. Ptolomæus similiter nihil dicit in Istriæ cum Italia descriptione de Nauporto. Alii quos ego hactenùs sive Cosmographos veteres, sive Histori-

cos legi, de Nauporto in Istria, prorsus A.tacent: Apud Strabonem Nauportum, & Naupontum, & Pamportum inventio, sed non in Istria. Recentioribus absque vetusto fide jussore fidem habere non possum, nec alii habent. Antonius Maginns, qui excurrente superiore decimo sexto seculo vixit, Istriam describens ait: *Præcipuos, & nobiles fluvios habet tres: Formionem, quem accolæ Risenum vocant, Nauportum, quem Quietum appellant, & Arsiam, qui insinuum Flanaticum fluit.* Inter nobiles fluvios recentet *Quietum*, de quo Cluverius; *per Paludes trahitur*; sed antiqui authores illius B. ceu ignobilis, non meminerunt. Nauportum illum insuper vocat, sed non probat vlo monimento antiquitatis. Ante ipsum Sebastianus Munsterus idem afferuit nullâ etiam additâ autoritate vel probatione. Idem alii post istos, ac terè nostrâ ætatâ passim in mappis Geographicis videre est Nauportum fluvium in Istria scribi pro Quieto Calcographorum ignorantia famulante Cosmographorum inscitæ. Sed immānis hic error est, vt suprà dicebam ex Cluverio, & merum figmentum. Quis enim id verum esse credit, quod nullius vetusti scriptoris autoritate firmatur? Traditionem vel famam continuam afferere velle frivolum est, nisi probetur C. per plura secula. Quod autem defacto nullus fluvius nulla colonia in tota Istria Nauportus vocetur, luce meridianâ clarius est: ergò actum agit, qui illic quærerit Nauportum.

III. Sed denudemus fictionis hujus fundamentum, & occasionem, quæ est Jasonis ex Colchide navigatio, & transitus in mare Adriaticum, quæ cum à variis variè describatur, videntur, quid veritati magis consonet. In primis fuerunt, qui putarent Jasonem per Histrum flumen mare Adriaticum ingressum, existimantes Histrum, vel Danubium in Adriaticum mare effundi. Secundò alii tradiderunt Jasonem

ex Ponto in Istrum seu Danubium aduerso fluvio navigasse, ex Istro Savum, & ex Savo Nauportum subiisse. Tertiò alii crediderunt alium quempiam fluviū Histri nomine appellatum fuisse diversum à Danubio, per quem Jason in mare Adriaticum descenderit. Quartò alii tradunt per Aquilim, & Eridanum Argo navim in Adriaticum mare defluxisse. Quintò alii scripserunt per montes usque ad mare machinis pertractam Argo navim. Primi generis authores refutat Plinius, & nominat inter eos Cornelium Nepotem : *Plerique dixerunt falsò, & nepos Cornelius etiam Pandiacola.* Nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur : Strabo similiter. *Quidam bonam Histri partem aduerso flumine subvectum Jasonem cum suis tradunt, nonnulli usque in Adriam, ignoratione scilicet locorum decepti &c.* Secundi generis authores sunt melioris notæ, ut ait Plinius : *Humeris travectam Alpes (Argo navim) diligentiores tradunt. Subiisse autem Istro, dein Sao, dein Nauparto.* nimis usque ad Alpes. Quomodo verò post Alpes navis ad mare deducta sit, Plinius tacet. Tertiī generis authores sunt plures antiqui apud Diodorum, & Strabonem : quorum iste : *Alii etiam Histrum quendam fluvium, ex magno Histro ortum in Adriam insuere aiunt.* Similia ferè Diodorus : sed hoc ipsum Strabo erroris arguit, cùm Hipparchi opinionem de duplice ostio Danubii refert : *Hic addit, & illud Hipparchus, quod Pontus quoque cum Adria debuisset quibusdam locis confluere : quandoquidem Hister à Ponticis oris bifariam divisus, in utrumque mare effluat.* Atverò neque è Ponticis oris oritur Hister ; sed contrà è montibus suprà Hadriam sitis : neque in utrumque exit mare ; sed in solùm Pontum, ad cuius ostia tantum finditur. Verum communis hic ei cum nonnullis ætate ejus prioribus est error, qui crediderunt, esse quendam amnem Histro cognominem, qui in Hadriam exeat, ab illo divulsus, ab eoque denominatam esse gentem

Istrorum, per quos defluit, & Jasonem item A. e. Colchis in hunc subvectum fuisse. Quarti generis authores sunt. Sozomenus, Cassiodorus, Freculphus, & si quis alias coecum ducem coecè subsecutus est, Sozomenus de Argonautis agens : *Per flumina, quæ per illas partes labuntur ad Italorum pervenerunt fines : atque ibi biemantes urbem condiderunt nomine Ämonam.* Sequenti autem ætate operâ incolorum adjuti, Argo navim CCC. circiter statua per terram machina quadam tractam deduxerunt in Aquilim fluvium, qui in Eridanus influit : Eridanus autem in mare Italicum exit. Nuspian alias legitur de B. fluvio Aquili. Fortè Sozomenus, qui antiquiores lequebatur, invenerit notatum per fluvium Aquileiæ propinquum, & putaverit ab urbe ipsa nominatum Aquilim, quod sanè contingere potuit eo tempore, quo magna erat librorum penuria. Neque Eridanus ad mare Adriaticum locum habet, ut ostendit Cluverius. Ad quintum genus spectant Justinus Pompeii Trogi breviator, Zosimus, & si benè divino etiam Plinius. Justini verba sunt de Colchis : *Qui ut à Ponto intraverunt Histrum, alveo Savi fluminis penitus invecti, vestigia Argonautarum in sequentes, naves suas humeris per juga montium usque ad littus Adriatici maris transtulerunt &c.* Hæc clara sunt, & ostendunt Argonautas vltra Hemonam, & Nauportum seu Verchnikium non amplius navigasse vlo fluvio, sed transtulisse navim usq; ad littus Adriatici maris. Licet enim Justinus Nauportum non nominet, satis tamen est ad id credendum, quod dicat alveo Savi fluminis penitus invectos, quia si penitus inventi sunt, certè ad Hemonam urbem & Nauportum fluvium, qui paulò infrà Emonam Savo influit, pervenerunt. Clarius adhuc ista expressit Zosimus expeditionem Stiliconis contrà Alaricum describens : vbi cùm dixisset Alaricum apud Emonam castra locasse, subdit : *Atque hoc loco par est minimè silentio præterire,* qua

Plin.lib. 3.
c. 18.

Diod.lib. 4.
Stra. cit sup.

Soz. Eccles.
Hist. I. i. c. 6.
Cassiod. hist.
Trip. I. i. cap.
8. Frec. Chro.
T. I. I. 2. c. 16.
ap. Cluver.

Just. lib. 32.
Zosim. lib. 5.
Plin. sup.

quæ ad urbem hanc pertinent, & quomodo condì ab initio cœperit. Aiunt Argonautas, cùm eos Aeeta persequeretur ad Histri Ostia ad pulisse, quibus in Pontum sese effundit: re-ctèque facturos sese existimasse, si adverso flumine subvehementur &c. donec ad mare propius accessissent. Qvum igitur id consilium fuissent exequuti, jamque ad hunc locum pervenissent; ipsâ structurâ oppidi in memoriam adventûs sui in istas oras relictâ, & Argo machinis impositâ perque stadiorum CCCC. spatiū usque ad mare pertractatâ, Thessalorum littoribus appulerunt: si-uti Pisander Poëta memoriae prodidit. En iterum Argo navim post Nauportum nulli fluvio impositam, sed ad mare usque pertractam.

IV. Ex his quinque opinionibus prima est falsa, & nec Adversarii nostri, qui Nauportum in Istria collocant, eam admittent. Secunda est vera, & probata secundum id quod nos sentimus, sed ab Adversariis non benè intelligitur, qui Nauportum in Istriam trahere volunt, ut paulò post luculentius ostendam. Tertia potest esse vera si Hister fluvius diversus ab Istro Danubio intel-ligatur Ister seu Histriæ fluvius adjectivè, & tali ratione tam Formio, quam Quietus & Arsia nominari potest Ister quasi Istrianus: quæ sic explicata opiniō posset adhuc subservire adversariis, non tamen, ut Nauportum in Istria lo-carent. Quarta est apertè falsa quantum ad Aquilim fluvium, qui nullus talis extat, nisi fortè sumatur pro fluvio Aquileiae proximo, & tunc Adversarii non volent subscribere huic opinioni. Quinta similiter non favet parti adversæ, sed potius nobis, nisi velint asserere, quod cùm possent breviore viâ Argonautæ pervenire Tergestum ad littus maris, longiorem suscepérint vlt̄rā medium Istriæ quærendo littus: quod rationi dissonat. Neque enim fugientes, solent ambages quærere, sed compendia, & tales præfertim, qui navem seu humeris seu machinis transferre debebant per

montes & rupes. Quæro nunc ex ad-versariis, qui Nauportum, & Jasonis in mare ingressum locant in Istria ad Quietum flumen, quod per paludes trahitur, quæ nam opinio ex quinque recensitis de navigatione Jasonis illis arrideat. Non prima, quia nihil Danubii in mare Adriaticum effunditur: non secunda, quia illa non describit Jasonis iter nisi usque ad Alpes suprà Emonam, quam Labacum esse probavimus suprà. Dicent fortè Plinium posse in suum favorem explicari: sed de hoc mox videbimus. Tertia opinio fortè placebit, sed eiaduc obstabunt nonnulla. Quartam non curabunt, quia si Argo propè Aquileiam descendisset in mare Adriaticum, Istriam nec attigisset, cum eo tempore tam latè non patuerit Istria, multò tardius ampliata. Quinta penitus evertit fundatum Adversæ partis, ut potè quæ nullum fluvium pro Argo navi in mare devehenda requirit. De solis igitur secunda & Tertia quæri ulterius potest, cui velint inniti Adversarii. Reijciamus primò Tertiā, dein secundam ventilemus. Non nego posse intelligi per fluvium Istrum, fluvium aliquem Istriæ diversum à Danubio, sed primò ex nullo antiquo authore id constat: secundò si accipiatur adjectivè, non minus intelligi potuerunt Arsia, & Formio. C. ambo Istriæ fluvii, quam Quietus, cum nullus certus determinetur; unde adhuc Tertiò restaret quæstio de authore antiquo, an aliquis ita senserit, cùm allegati solùm putent in Istria flumen aliquod olim fuisse sub nomine Istri, quos tamen alii æquè antiqui refellunt. Quar-tò admissò tali flumine Istro in Istria, si ve jam Istrum substantivè sumas, sive adjectivè, adhuc non probatur aut Quietum fuisse Istrum, aut aliud flumen Istriæ ab Argo navi appellatum esse Nauportum. Etenim sit verum (do, non concedo) quod Argo navis deducta, vel deportata sit in Istriam, & quidem ad fontes fluvii Quietis: sit verum, quod per

per *Quietum* in mare Adriaticum defluixerit: adhuc nihilominus cum hoc stare potest: Nauportum fluvium non esse in Istria, quia ex Colchide per Pontum & plures portus occurserunt, & præser-tim portus omnino necessarius ad nostrum Oberlaybach seu Verchnik, vltro quod nulla datur navigatio, nisi montes transendas. Fuisset ergo verus Nauportus in nostro fluvio Labaco, & nullo modo in Istria, etiamsi verè per aliquem Istriæ fluvium Argo navis descendisset in mare. Quintò videtur planè contraria rationem in tali fluvio, & tali loco exco-gitare portum ad fontes, vbi non navi-gatur vltro citroque: portus quippè dicimus illa loca, ad quæ naves appellunt & securam stationem post pericula ob-tinent, sed ad fontes *Quietii* vel etiam medium illius non poterat appellere navis Argo, cum per montes deberet transferri; ergo non potuit fluvius Istriæ sive *Quiettus* sive quisconq; alias cum ratione nominari Nauportus ea de cau-sa, quod navis Argo illi imposita semel defluxisset in mare, & nuspian stetisset in anchoris. Quod si ex mari, eo re-versa probaretur, & appulisse ad aliquam urbem, cuius rudera dicuntur extare, non haberem difficultatem admittere talem locum vel fluvium appellari pos-se Nauportum: sed ex eo solùm, quod lignorum congeriem alicui flumini se-mel immittas, quæ mox alio deveha-tur, illic sanè portum intelligere non possum. Atque hoc de tertia opinione; nunc ad secundam, in qua videtur fundari adversæ partis imaginatio, nam & nomen Nauporti, & translationem per montes, & ingressum in mare continet, quæ omnia videntur favere afferentibus Nauportum veterem esse hodiernum *Quietum* fluvium. Repetamus verba Plinii integra fideliter: *Formio amnis ab Ravenna CLXXXIX. M. P. antiquus an-cæ Italiae terminus, nunc verò Istriae, quam cognominatam tradunt à flumine Istro in Adriam effluente, ē Danubio amne: eidemque*

Istro ex adverso Padifauces contrario eorum percussu mari interjecto dulcescente, pleriq; dixere falsò, & Nepos Cornelius etiam Padi accola. Nullus enim ex Danubio amnis in mare Adriaticum effunditur. Deceptos credo quoniam Argo navis flumine in mare Adriaticum descendit, non procul Tergeste: nec jam constat, quo flumine. Humeris tra-vectam Alpes diligentiores tradunt. Subiisse autem Istro, dein Sao, dein Nauporto, cui nomen ex ea causa est, inter Emonam Al-pesque exorienti. In brevi hac narratione decem puncta afferuntur.

i. Istriam ab Istro flumine in Adri-am effluente dictam, est falsum.

B. 2. Ister ille est ex adverso Padi fa-cium, etiam falsum.

3. Nepos Cornelius Padi accola in hoc erravit.

4. Nullus amnis ex Danubio in A-driaticum mare fluit.

5. Argo navis flumine aliquo de-scendit in mare.

6. Non tamen constat quo flumine.

7. Humeris per Alpes vecta est.

8. Subiit, Istro, Sao, Nauporto.

9. Nauportus inter Emonam, & Alpes oritur.


10. Et hoc tradunt diligentiores.

V. De primis quatuor punctis non disceptabunt Adversarij. Quintum ego cum Authoribus opinionis Quintæ C. suprà relatæ possem negare, sed tamen vltro concedo; quod nempè Argo na-vis per aliquod flumen immediatè de-scenderit in mare Adriaticum. Sextum punctum Adversarii non volent admit-tere, quia putant & credunt, quod con-stet de illorum flumine *Quietio*: sed non est satis putare, & credere ex alicuius ignorantis assertione. Fundamentum solidum peto, affigna. Septimum pun-ctum admittent Adversarij, quia debent, quâcunque enim viâ Argo navis ad flu-vii *Quietii* ripam aliquam perveniret, neccssarium erat per montes eam trans-vehi, & si ex nostra Carniola, etiam per Alpium demissiora juga. Octavum, &

Nonum

Nonum punctum difficultatem videtur facere, & pro Adversariis si non pronuntiare, saltem explicari posse. Dicent enim Plinium narrationis seriem interturbasse, & licet recenseat, quod Argo navis subierit Istro, Sao, Nauporto, non tamen sequitur, quod inter Savum & Nauportum nihil mediaverit, sed potest hic sensus esse: Navis Argo subiit Istro, dein Sao, dein humeris travecta est Alpes, dein Nauporto in mare descendit. Dicent prætereà situm originis seu fontis Quietii sibi favere, quia critur inter Civitatem Novam (putatam Emonam) & inter Alpes; licet enim non sit in linea recta, sed quasi in triangulo, est tamen si Alpes cum civitate Nova conparentur fons Quietii fluminis in medio earum figuræ triangularis, vel quasi. Et cum hoc diligentiores tradant, afferent insuper maiores suis diligentiores suisse, & post omnium ejusmodi antiquitatum oblivionem, ante annos quingentos, & suprà denuò revocasse nomen Episcopatus Emonensis proximè ad Quietum flumen, vbi & antiquæ civitatis rudera extabant, ex quibus tempore (vel circà) Imperatoris Caroli Magni Civitas Nova exstructa fuit. Ibi igitur Emona, ibi Nauportus fluvius, ac proinde vbi nunc Civitas Nova, ibi propè olim Emona, & vbi nunc fluvius Quietus, ibi olim Nauportus, quo Jason cum Argonautis mare Adriaticum petiit. Hæc in favorem Adversiorum, mihi visa sunt produci posse: verum & facile refelluntur. Nam inter Savum & Nauportum, qui velit Alpes interponere Thaumaturgus sit oportet, ac alio transferat cum sua origine Nauportum flumen Deinde, qui Plinium putet miscuisse rerum seriem narrandarum; oportet, vt priusquam ei credamus probet quod afferit. Tertiò esto Plinius narrationis ordinem invertisset, non sequeretur Nauportum esse illum eundem flumen, quem adversarij de-

signant *Quietum*: Siquidem narratio A. Plinij potius concluderet pro Formione, qui multò vicinior est Alpibus & propinquior Tergesto. Quartò in verbis Plinij nullus potest esse turbatus ordo, cùm dicit subiit Istro, dein Savo, dein Nauporto, quia hunc ordinem inter se habent hi fluvij, cùm vnuis in alterum influat: sicut ergo vocula illa *subiit* applicata Istro sonat idem ac ascendet aduerso flumine; sic sonat applicata Savo, & applicata Nauporto: ergo per nullum Nauportum potuit defluere, seu descendere in mare: ergo nullus fluvius potest assignari, qui Nauportus appelletur, quo secundo navis deduceretur in mare, quod prætendunt, qui volunt Argo navim secundo Nauporto descendisse in Adriaticum mare, cùm contrarium dicat Plinius *subiisse*. Quintò ex antiquis authibus, & Itinerariis probatum est Nauportum flumen esse flumen Labacum, Emonam coloniam vel oppidum esse civitatem Labacum: nihil autem simile produci potest pro Civitate Nova Istriæ, & ejus fluvio *Quieto*. Manifestum proinde ex his evadit, quod vehementer allucinati sint illi, qui in Istria Nauportum flumen, & quod pariter ridiculum est, Emonam urbem in eadem Istria, & ejus apud flumen Quietum ruderibus se inventisse crediderunt. Nauportus quippe & Emona illic reapse quærenda erant, vbi eis veteres probati scriptores, Strabo, Plinius, Herodianus, Zosimus, Sozomenus, Ptolomæus, Tacitus, Paterculus, & alij locum velut digitò designarunt, quod & nos eorum exemplo præstimus, parati semper, si quis nos alicujus erroris convincat, vel commonefaciat, errata corrigere, asserta revocare, quod tamen ut speramus necessarium nunquam erit.



VI. Cæterum licet de Jasone fabulosa nonnulla ab antiquis tradita sint, A. veritas tamen historica ijs substernitur, quæ prudenti judicio facile à fictione secerni potest, quod egregiè præstítit Natalis Comes. Cùm enim omnia quæ apud antiquos de Jasone reperit conges- sisset, & de Argonautica expeditione plurium sententias retulisset, subnectit: *Nos communiorem sententiam probabili- remq; secuti; ita de illorum reditu breviter dicendum censemus. Quod peractis omnibus, superatisq; periculis in Colchorum regione prius in Istrum, deinde per illum in Adriam navigarunt, & eo præsertim ubi Saturnium vocabant antiqui, ubi laceratus fuit Absyrtus &c.* Hæc ita intelligenda sunt, quod per Istrum in Adriam navigaverit Jason mediantebus aliis etiam flaviis, qui eo ducebant, & dein ubi fluvij defecerant per montes, donec ad littus Adriæ per- veniret, sive profectus absque navi, sive navem transtulerit. Utrumq; enim acci- dere potuit, ut scilicet relicta Argo navi in Nauperto transiret montes, & Alpem Julianam, novamq; propè mare navim fa- bricaret, quam Adriatico sinui immitte- ret: vel ut dissolutis compagibus Argo navis per partes sive humeris, sive plau- stris transportaretur ad proximum flu- vium, quod non minus difficilè erat, quam nostrâ ætate ligneam Ecclesiam Oberburgi Styriæ fabricari, & secundo primùm Saana, dein Savo Petriniam per triginta millaria devehi dissolutam, & rursus illic compaginari, vti factum An. 1601. curante Thomâ Episcopo Laba- censi. Sed si Jason potuit morari ad littus Naupori fluvij, & urbem Emonam con- dere, cur non etiam potuisset ad littus Adriæ novam sibi navem fabricare? Puto ergò verosimilitus veterem, & longo iti- nere attritam navem relictam Hyperla- baci, & Argonautas transisse ad littus Adriæ ibiq; propè Tergestum novâ navi fabricatâ Adriaticum mare ingressos cir- cumnavigasse oram Istriæ, & ad Corcy- ram Insulam Phæacum applicuisse, quæ

nunc Corffù appellatur. Illic fugientes affecuti sunt Colchi cum Absyrtō Me- deæ fratre: *Eo cum applicuissent*, inquit Natalis *inféquentes Colchi illos ferè compre- henderunt*, quare ad Alcinoum confugere compelluntur. Colchis Medeam ab Alcinoo repetentibus responsum est, quod eo pacto ef- sent recepturi, si Medea esset virgo: at si esset jam uxor Jasonis, jure posse uxorem vi- rum sequi. Quæ pariter enarrans Hy- ginus vetus Mythologus ait: *Æta, ut resciit Medeam cum Jason pro fugisse, nave comparatâ misit Absyrtum filium cum Satellitibus armatis ad eam persequendam: qui cùm in Hadriatico mari in Histria eam persecutus esset ad Alcinoum Regem, & vel- let armis contendere, Alcinous se inter eos interposuit ne bellarent.* Et post pauca: B. *Postero die cùm ad judicium venissent, & Medea mulier esset inventa, conjugi est tra- dita. Nibilominus cùm profecti essent, Ab- syrtus timens patris precepta, persecutus est eos in Insulam Minervæ. Ibi cum sa- crificasset Minervæ Jason, & Absyrtus in- tervenisset; ab Jason est imperfectus: cu- jus corpus Medea sepulturæ dedit: atque in- de profecti sunt. Colchi qui cum Absyrtō ve- nerant timentes Ætam; illic remanserunt, oppidumq; condiderunt, quod ab Absyrti no- minе Absorin appellantur.* Hæc autem Insu- la posita est in Istria contra Polam, juncta Insula Cantæ. Errat Hyginus si putat Al- cinoum regnasse in Istria, vel etiam in Insulis, quæ postea dictæ sunt Absyrti- des. Fuit enim Rex Phæacum, & Drepani in Insula Corcyra regnavit, quo ut per- venirent tam Argonautæ, quam Colchi C. necesse erat Histriam circumnavigare, & simul Liburniæ ac Dalmatiæ litora. Colchi verò reduces confederunt in ea Insula, quæ nunc dicitur Cherso ad si- num Flanaticum, & condiderunt op- pidum Absorin, quod adhuc extat sub nomine Osero: & postmodum trajecto illo sinu condiderunt etiam Polam teste Plinio: Quare ex scriptoribus antiquis nec hoc quidem ostendi potest, quod Jason aliquando in Istriam pedem, in- tule-

tulerit. Cur enim id ficeret, cum posset breviore viâ mare Adriaticum accedere, ac inde circumnavigare in Epirum, Cretam, Æginam, Thessaliam. Quod si in Istriam ingressus non est, quomodo illic flumen *Quietus* nomen sortiti potuit Nauporti à Jafonis nave in Adriam immissa? & si tamen sic accidisset quomodo nullus veterum authorum, qui vel vera, vel fabulosa de Jafone scripserunt, vspiam meminit Nauporti fluvij in Istria, sed omnes qui ejus mentionem faciunt, sub Norico, sub alpium radicibus, in limite Pañoniæ locant? deniq; si quis contenderet omnia prorsus, quæ de Jafone scripta reperiuntur fabulosa esse, nec vñquam hisce in partibus vllum Jafonem, vllam Argonavim comparuisse, adhuc tamē ego possem ostendere Nauportum in Carniola ex probatis authoribus, quos suprà allegavi, possem ostendere Emonam vbi modo Labacum est, quod adverſæ partis fautores pro suo Nauporto, pro sua Æmonia in Istria præstare non possunt. Magis proinde fabulosum est *Quietum* flumen Istriæ olim appellatum Nauportum, quām Jafonē condidisse Labacum, quām denominasse Verchnikium Carnioliae à sua navi. Sed quid mirum Nauportum à quibusdam iuperioris ætatis scriptoribus translatum in Istriam, si nostrâ ætate reperti sunt, qui Cosmographias ediderunt magno labore ac diligentia, vt præfantur e-laboratas, & fuerunt vicini non tantum Istriæ, sed & Carnioliae, nihilominus non

A solum Nauportum, sed ipsum Labacum invenerunt aut reposuerunt in Istria, vti fecit Joannes Nicolaus Doglioni Bellunensis in descriptione Istriæ. Hæc pro veritate fusius afferenda, & repetenda erant ne sibi blandiantur, de erroribus quidam Neoterici, & alienis nominibus glorientur.

Doglioni in
descript.
Istr.

VII. Jungamus verò Nauperto vicinum fluviolum(licet veteribus non nominatum) qui Nauperto non planè miliari Italico distat. Eum incolæ *starī Malin*, id est *vetus Molendinum* appellant, fortè quod olim molam aliquam rotaverit: nunc verò quinis aut quaternis diebus pleno defluit alveo, totidem iterum intrà viscera terræ abditus interquiescit, arente & sicco prorsus alveo, vt viatoribus liberum quaquaversum exhibeat iter. Quod si saxeum ostium è quo solet erumpere baculi percussione inquietaveris, videbis velut à somno excitatum spumantibus vndis profilire, plenoq; iterum alveo currere, donec post certi temporis intercedinem se rursus ad solitam quietem recipiat. Narravit qui ante paucos annos per arentem alveum sereno ac fudo cælo iter agens obvium illum habuit pleno cursu, vt ad ripas declinare coactus sit. Incolis res est nimis certa & nota: an verò hoc longo temporum tractu continuatum sit naturæ mirum, non possum rescilere:

P. M. B. in
MSS. hist.
Noric.

nullus hactenus scriptorum meminit rei meritò memorandæ.

§. VI.

Antiquæ Carnioliae Montes, Fluvij, Lacus, &c.

Lit. O. P.

Ocra Mons, Phlygadius Mons, Picis Mons.



Cra Mons, nominatur Ptolomeo, & Straboni veteribus: Lazio, Cluverio, Bertio, Pyrckhaimero; sed ejus tamē termini adhuc sub dubio. Ego in ejusmodi controversiis antiquorum verba expen-

C do, recentiorum tamen rationes non reijcio. Strabo de Ocra, vbi de Alpium jugis agit, sic fatur: *Alia sunt Illyrico obversa, & Hadriatico mari: ut Alpius mons jam ante dictus, & Tullus ac Phlygadius Noricis imminentes: ex quibus Dravus* Strab.lib.4. & Sa-

¶ Savus aliique complures impetuosi amnes in Istrum influunt. Japydes quoque circa hæc habitant loca: ¶ Ocra his contermina est. Hic solùm afferit Ocra Japydibus contermina, vel certè contermina Tullo & Phlygadiæ montibus: utrumque enim solum hæc possunt admittere. Alibi quoque idem Strabo: Ocra pars est humillima Alpium ab Rhætia ad Japydes usque porrectarum. Apud Japydes rursus se attollunt montes, vocanturque Albij. Similiter & à Tergesto vico Carnico transitus per Oram est ad Lugeam paludem. Ex hoc loco colligitur tractum illum montanum inter Tergestum & Circnitium olim nominatum fuisse Oram, sed quām latè patuerit adhuc restat quærere. Ptolomæus Ocræ montis meminit in Rhætiæ descriptione, cuius meridionalem terminum assignans ait: Meridionale verò Alpium montibus hinc suprà Italiam extensis, quorum qui apud Graias sunt, gradus habent XXX. Quæ autem versus Poenæ sunt juxta principium Lyci amnis, qui in Dannbium exit, qui & Rhætiam à Vindelicia dividit gradus tenet XXXI. 30. &c. Quæ verò ad Oram montem gradus habent XXXIII. 30. XLV. 30. Rursus alio loco de Italia: A septentrionibus autem terminatur Alpium jugis quæ Rhætiæ imminent. Præterea Poenæ & Ora, & Carusadio montibus, qui sub Norico sunt. Videtur Ptolomæus non Italiæ solùm terminum Oram montem facere, sed etiam Rhætiæ. Unde in Tabula Europæ V. ponitur mons Caranca suprà Istriam, post eum versus Occidentem penes Venetos Ora mons, dein Alpes Poenæ, & demum Graiæ, utræque sub Rhetia, à parte meridionali. Non placuit hæc dispositio Cluverio, qui cum existimet Oram montem cum Caranca, Carusadio, Tullo, Phlygadia eundem esse, delineavit Ocræ situm à parte septentrionali Carniæ, & Venetiæ à fonte Plavis fluvii ad fontem Sontii, & deinceps usque ad Alpes Julias, & Lugeum lacum. Ita

in Norici Tabula Oram solùm reponit A. inter Lugeam paludem, & Tergestum.

Bertius cum Pirckheimero: Ora mons Bert. Ger. I.
hodie sunt Alpes circà Juvavum, hoc est Salisburgum. 1. cap. vii.

Hoc planè sine fundamento, cum Salisburgum sit in ipso Norico, & Ora infrà Noricum reponi debeat. Difficultatem hanc facit Ptolomæus, qui Oram videtur assignare pro Rhætiæ limite, quo admisso, cum idem Ptolomæus Orientalem limitem Rhætiæ ponat Oenum, ultrà Carnos in Tyrolim protendi deberet mons Ora à parte meridionali, & non à parte septentrionali suprà Tilavempti, & Natisonis origi-

B. nem. Puto igitur Ptolomæum in descriptione Rhætiæ Oram per accidens non minasse, non quod constituat limitem Rhætiæ, sed quod continuetur Alpibus illis, quæ sunt limes Rhætiæ, cum enim ibi Alpes Graias, Poenasque confusè nominaverit, & vt Cluverius afferit, erroneè, sic potuit errare in Ora, nisi explicetur, quod Alpibus in communione continuetur mons Ora. Appono verba Cluverii:

Ptolomæus ut in Cottis, atq; Cluver. I. I. Ita.
Graisis, sic etiam in Penninis quam turpis cap. 32.

simè erravit. Neque tamen per hoc assertior eidem Cluverio, qui præterea inquit errasse Ptolomæum, quia Peñinærum Alpium nomen inter Lici fontem, & Oram montem, qui initium Carnorum agri

C. à fine Rhætorum faciebat, in Rhæticis Alpibus statuit. Non enim video autoritatem ullam, si Ptolomæus hoc loco dicatur errasse, ob quam debeam concedere, quod Ora mons initium fecerit Carnorum agri à fine Rhætorum. Sed quod Ora mons Carnorum tractum occupaverit, hoc nimis manifestum puto, quia per Oram Aquileiâ ad Nauportum, & Tergesto ad Lugeam paludem onera deportari testis est Strabo, cui ut potè circumstantias locorum clare exprimenti credendum est. Puto igitur Oram appellatum solùm illud Promontorium, quod suprà Aquileiam per Carnos in Japidiam ducebat, & Tergesto

sto ad lacum Lugeum ac Nauportum, ibique ad Alpem Julianam terminabatur, cum cœteræ partes alia haberent nomina, Carvancæ, Carufadii, & Albii montis. Strabo l. 7. Illud Strabonis: *Ocra humillima pars est Alpium, ab Rhætia ad Japydes usque porrectarum*; neminem debet offendere, licet Cluverius super eo se videatur fundare. Non enim sensus est quod Ocra, & Rhætia protendatur ad Japydes, sed quod Alpes illæ porrectæ fuerint ad Japydes, quarum humillima pars erat Ocra. Poterat igitur Ocra esse in Carnis, imo & ipsis Japydibus, licet Rhætiam non attingeret, cum Alpes extrà Rhætiam extenderentur. Et si Strabo voluis-
set Oram Rhætiæ contiguam facere, non dixisset pars Alpium ab Rhætia porrectarum, sed pars Alpium ab Rhætia porrecta. Verùm quidquid sit de Ocræ longitudine aut latitudine; sufficiens esto hoc loci obiter indicasse eam partem, quæ & Historicis nominata, & ad Carnioliam veterem spectat. An verò idem mons vltra Carnicas Alpes ad ipsum Noricum se extenderit, viderint alii, & si probaverint fidem merebuntur. Ptolomæus eum reponit sub Norico una cum Carvanca. *Italia ab septentrionibus terminatur Alpibus, quæ sunt sub Rhætia:* & item Pœnis atque Ocra ac Carvanca montibus, qui sunt sub Norico. Ocra scilicet immediatè sub Norico, & eo mediante Carvanca, cui Ocra erat contiguus uti suprà dicebam de Carvanca. Atque ex hoc etiam loco Ptolomæi apparent Ocra non fuisse tam vicinum Rhætiæ, ut eam contingeret. Facilius admitterem Oram fuisse eundem montem cum Carvanca, & inde mansisse nomina Crainburgo, & vicino amni Cocra, quin & montibus ipsis, qui dicuntur Graingeburg, nisi hos potius Carvancæ jam ante tribuisse.

Strabo l. 4. II. Phlygadìa vel Phlygadius mons nuspiam legitur, nisi apud Strabonem; loco, ut ait Cluverius, fœdissimè vitiato Verba Strabonis sunt cum de Alpium

jugis differit: *Alia hinc Illyrico sunt obversa, & Adriae: ut Appenninus mons jam ante dictus, & Tullus ac Phlygadia, & montes supra Vindelicos, ex quibus Duras & Clanes, aliqui complures impetuosi amnes in Istrum fluunt. Japodes quoque circa hæc loca incolunt &c.* Præmiterat autem supra Carnos Apenninus mons est lacum habens effluentem in Isaram amnem, qui alium amnem Atagen recipiens in Adriam effluit, &c. Ad quæ Cluverius: *Locus sanè omnibus ferè propriis regionum, oppidorum fluminum, montiumque nominibus quam fœdissimè vitiatus. Quis quæso ille hoc situ mons Apenninus? Quis Isarus amnis? quis Atagen? quis Athesimus? quis Duras? quis Clanes? qui illi Vindelici Carnis Japodibusque contermini?* &c. amnes illi duo Duras atque Clanes genuinis germanisque nominibus erunt Dravus, & Savus. Hæc relinquo in medio. Quid de Phlygadia? subjunxit: *Partes igitur Ocræ eminentiores fuere Alpius, Tullus, & Phlygadia, montis. Horum autem finculi, qui bode sint habendi, haud facile quisquam dixerit, nec equidem ego præstiterim incorrupta, ac sana esse vocabula Tullus, & Phlygadia.* De Albio dictum est suprà: de Tullo dicetur infra: de Phlygadia existimo esse partem illam Noricarum Alpium, quæ Carnicas junguntur, hodieque in valle nomen affine retinet fluviolus cum fortalitio dicto Flitsch. Et situs omnino convenient, cum non procul inde ex Carnicis Alpibus Savus prorumpat. Quod ergo Romani appellarunt Phlygadia; hoc deinde Slavi, & Germani Phlytsch. Et quid si Clanes esset Glana Carinthiæ? quid si Isarus esset Lisera ejusdem Carinthiæ? non ergo locus fœdissimè vitiatus, ut putat Cluverius.

III. *Picis mons nominatur soli,* quod sciam, Jornandi, qui de Attila inquit: *primaque aggressione Aquileiensem obsedit civitatem, quæ est Metropolis Venetiæ, in mucrone vel lingua Hadriatici positæ sinus, cuius ab oriente muros Natisfa amnis fluens à monte Picis elambit.* Cluverius

Jornand.de
reb. Get. cap.
42.

Cluver. l. 1.
Ital. c. 20.

verius putat legendum Natisso non Natissa, eo quod Natisse fons paulò suprà Aquileiam cernatur vbi nulli sunt montes, sed palustres campi: Natisso verò ex Alpibus oritur, & præterfluit Forum-Julii seu Cividal Austriæ, nomen retinens usque dum Turro illabatur. Quià verò Natisso Aquileiam non elambit, ut Jornandes scribit, nec attingit, vt Mela, nec circumfluit, vt Herodianus habet, hinc suspicatur idem Cluverius cum Sabellico, Natisonem amnem olim alio alveo defluxisse, vbi nempè nunc Natissa; & Natissam hodie ab ipso Natisonne per subterraneos meatus ortum habere: quod mihi etiam probabile videatur. Neque id in hisce partibus novum, videmus quippè etiam nostrum Savum sàpè numero sibi alveum novum quærere; adeò ut spatio quinquaginta annorum Trajectus in illo transferri aliquoties, ac mutari debuerint. Idem ego suspicor de Frigido amne, qui ab eodem fonte cum Nauperto, & ex eodem monte oritur, licet oppositum cursum sortiatur, cùm ille in occidentem, mox in meri-

dieni, hic in septentrionem fluat, & A. mixtus Savo in Orientem. Forsan enim antiquitùs largo alveo Vipacus defluxit, erosis dein subterraneis meatibus se pars ejus intrà specum Lugeam aliasque cavernas, præsertim Circknicenses perdidit, vt nunc exigui amnis speciem referat. Cæterùm Picis mons ille omnino vocatus fuerit, qui Natisonem fundit, à quo non procul etiam Sontius originem habet; vterque in Alpibus Carnicis. Meminit *Picensium* populorum Ammianus Marcellinus post Amienses in expeditione Constantii Imperatoris contrà Sarmatas, & Quados, qui Pannónias, & Moesiam infestabant. Si fortè Amicenses iidem fuerunt, qui Aman-tini, Picenses iis superiores habitaverint in Pannonia superiori ad tractum Picis montis: fortè propinquū his Taifali, quos Hunnos vel Vngaros nonnulli suscipiantur, à Constantio in auxilium evocati fuerunt, vt facilius hostes opprimerentur, qui deinde victor Sirmium in Pannoniam interiorem reversus est, vt narrat Marcellinus.

Marcel. cit.
17. c. 31.

§. VII.

Antiquæ Carnioliae Montes, Fluvij, Lacus, &c.

Lit. S. T.

Savus Fluvius, Sontius fluvius, Timavus fl. Tedi-nium fl. Tullus mons.

Plin. Ptole.
Strabo. sup.
cit.



Avus fluvius antiquum ad-huc hodie nomen retinet. Plinio dictus *Saus*, Straboni *Sabas*, hodie *Savus*, oritur in Alpibus Carnicis intrà limites hodiernæ superioris Carnioliae in angusta valle modicis primùm fonticulis velut stagnans, mox auctus aliis è vicinia torrentibus post tria vel quatuor milliaria navigabilem se præberet nisi rupes aliqui obstantent. Infrà Crainburgum navigabilis est, solis tamen trajectibus servit, & uno milliari infrà Labacum rates ac naves recipit, quibus in Slavoniam, & Turciam usque merces devehi pos-

sunt. Nostrâ ætate etiam per adversum C. eius cursum è Slavonia Labacum usque naves deducuntur, solo contorum, & remorum adminiculo.

II. *Sontius* fluvius. hodie vulgi voce *Lisonzo* ex iisdem Carnicis Alpibus erumpens infrà Savum, iis originem suam debet, inde in Goritiensem agrum fluens fluvium frigidum seu Vipacum absorbet, infrà Goritiam, Turrum infrà Gradiscam; & demum in Adriaticum sinum se exonerat. Mentionem ejus faciunt Itineraria antiqua, Cassiodorus, Jornandes, alii. Mirum vero Ptolomæo, & Plinio ejus nomen excidisse.

Cassiod. Var
I. I. Epist. 18
Jornand. d.
reb. Get.

cidiisse. Videtur tamen Plinio fuisse notus cùm populos ejus accolàs (vt reor) appellaverit inter Alpium inquilinos *Sontionios*, quin & Abisontes, qui sunt fortasse *Ambisontij* apud Ptolomæum.

III. *Timavus* fluvius, multis, & Historicis & Poëtis celebratissimus, sed famâ, vt aliqui credunt, minor. Omnia in hoc mundo continuis mutationibus obnoxia sunt, ea præsertim, quibus naturalis aliqua violentia congenita est. Fontes & fluvii sæpè suos immutant cursus, eunt redeuntque non quâ primum sibi fecerunt viam, sed quam terra sponte cedens aperit. Quid ergò mirum ea, quæ olim miranda, hodie minùs parere admirationis. Bis mihi videre Timavum contigit cum Tergesto Monfalconem peterem nondum tunc sollicitus de eo describendo, quantum tamen memini, suprà fidem est, quod de eo cecinit Virgilius.

*Antenor potuit mediis elapsus Achivis
Illyricos penetrare sinus, atque intima tutus
Regna Liburnorum, & fonte superare Timavi;
Unde per ora novê vaflo cum murmure montis
It mare proruptum, & pelago premit arva so-
nanti.
Hic tamen ille urbem Patavi sedesque locavit.
Teucrorum.*

Multi hæc non de Timavo illo in Carnorum regione inter Aquileiam, & Tergestum sito, sed de fontibus Brentæ Patavio proximi volunt intellecta, nimis rigidâ Poëtæ interpretatione. Non enim dicit Virgilius, quod in ipso fonte vel penitus juxta fontem Timavi Antenor confederit, & Patavium condiderit, sed narrat ejus iter per Illyricos sinus, per regna Liburnorum, per fontem Timavi, quem superavit, id est transivit. Hæc enim tria distincta sunt, Illyrici sinus, regna Liburnorum, & fons Timavi, qui nunquam ad Liburniam spectavit. In ea tamen regione urbem Patavi locavit, id est in regione Venetiæ, quià fortè credebat Venetiam usque ad Timavum protensam, cùm aliqui antiqui eam Histris conjunxerint.

Martianus Heracleensis aiebat : *Vene-* Mart. Herac. in Pericges. *tis contermini sunt Thraces, qui Histri vo-* cantur. Et Livius de Antenore : *Ante-* Liv. l. i. hist. *norem cum multitudine Henetum venisse in* *intimum maris Adriatici sinum; Euganeis-* que, qui inter mare Alpesque incolebant pul- *sis, Henetos Trojanoque eas tenuisse terras;* gentemque *Universam Venetos appellatos. Sic* igitur ego, & Virgilium intelligo, & Silium Italicum, qui canebat.

Haud levior generis fama, sacroque Timavo Sil. Ital. l. 12. *Gloria, & Euganeis dilectum nomen in oris.*

Si enim oræ Eugeneæ ante adventum Antenoris usque in Istriam pertinabant, Timavum in Euganeis oris locare, & tamen inter Aquileiam, & Tergestum ejus situm ostendere non repugnabat. Hinc lucem & aliis Poëtis intelligendis cape.

Antenorei dispergitur vnda Timavi.

*Nec quos Euganeum bibens Timavum
Colle Antenoreo videbat augur.*

Lucan. l. 7.

Sidon. Cat.,

Stat. sylv. l.

Et Statius Livium nominavit *Ti-* 4. *mavi alumnus*, id est oræ Eugeneæ, quæ post adventum Henetorum dicta Venetia, in qua comprehensus erat etiam fons Timavus. Non igitur errarunt antiqui Poëtæ, sed potius recentiores, & eorum Commentatores, vt Pomponius Sabinus innuit : *Quidam intellexerunt Timavum esse fluvium Patavinum, quem appellant Brentiam, antiquiore vocabulo Medua-* C. *cum. Ex eo scilicet, quià Poëtæ cùm de Timavo agunt, etiam Antenoris vel Patavii meminerunt, quasi Timavus ideo proximus Patavio esse deberet. Nihil ergò absolum credendum est, in citatis Poëtarum veterum versibus, sed neque in his :*

—Euganei lupus excipit ora Timavi. Mart.

—Phrygij numerantur stagna Timavi. Claud.

—Amyclæi cultu spoliata Timavi. Sabellic.

Phrygius appellatur ab incolis, qui è Phrygia venerant Trojanis, Amyclæus ab Helena Amyclæa face bellum Trojanum, non quod in Phrygia vel Græcia Timavus quærendus sit, nam idem Sabellicus alibi canit :

—Oeba-

Sabellic.

----Oebalio quam Carnica regna Timavo,
Dalmaticos fines, & Japydis ora Timavi.

Quæ sanè locum Timavo designant non ad Patavium vel Brentæ originem, sed in Carnia, & Japidia non procul Tergesto. Eradantur proinde versus illi ex Musati Poëtæ Patavini sepulchro:

*Candida Trojigenis post diruta Pergama tellus
In mare fert Patavas unde Timavus aquas.*

Hæc recentioris Poëtæ sunt, & erronea, quæ non patiuntur benignam interpretationem sicut superiora. Rechè observavit Joachimus Vadianus ad Melam Timavi situm: *At in oris proxima est à Tergeste Concordia. Interfluit Timavus novem capitibus exurgens, uno ostio emissus.* Ubi addit Vadianus: *Plinius quoque ad Carnorum regionem amnem statuit Timavum, & lib. 5. Strabo. Non video ergo quomodo anni, qui Patavium præterlabitur, Timavi nomen congruat, id quod Blondus Forojuliensis in Marchiæ Tarvisianæ descriptione contendit, argumentis non sanè temere adductis, quibus si*

locus datur, fatendum est errasse vetustos. A. Aut si illi verum tradidere, evanuisse annum credendum. Narrat deinde se adolescentem Villaco profectum Venetias, in reditu divertisse ad videndum Timavi fontes propè Duinum, sed non reperisse quales credebat ex Fama. Eft quidem hanc longè à Goritia, quam Noreiam Strabo dicere videtur, vicus S. Joannis nomine, & juxta arx munitissima super Timavum portum, quæ vulgo Tiwein vocatur. Ibi è rupe non grandi fontales vnde multiplicatur inrigine, magna sanè & miranda copia elabuntur, rivumque faciunt hanc aquam tenuem, qui in proximum sinum egreditur, & multis capitibus surgens uno ostio exit. Is si Timavus est longè fama naturam superat, quod fieri persæpè videmus, &c. Hæc apprimè quadrant Timavi nostri descriptioni, quæ non alibi, quam ad S. Joannis vicum præfatum (Stuan incolæ corruptè appellant) quæri debere probant etiam Tabulae Itinerariæ.

| Tabulæ | Antonini |
|------------------|--------------------|
| Aquileja | Aquileja |
| Fonte Timavi . . | Fonte Timavi. XII. |
| Tergeste | Tergeste XII. |

Sed & Strabo post memoratam A. Strabo l. 5. quileiam inquit: *In ipso intimo sinus Adriatici recessu Timavum est, Diomedis templum memorabile. Habet enim portum, & elegantem lacum, & fontes septem potabilis aquæ protinus in mare lato & alto excidentis amne.* Polybius tradidit uno dempto reliquos fontes esse falsos; & quidem accusas fontem ac matrem maris appellare lacum hunc. Posidonius verò ait flumen Timavum è montibus delatum voragine terræ absorberi: sub qua ubi CXXX. Stadia decurrerit rursus in mare effluere. Hæc ille: quo & Plinius respexit: *In Atinati campo fluvius mersus post XX. M. P. exit, & in Aquileensi Timavum.* Ubi nam verò hic fluvius condatur divinat Cluverius, cuius verba libert apponere: *In Carnis est vicus vulgo incolis S. Canzán à Divi Cantiani*

fano dictus: apud quem ex monte excelsi radibus magna vis aquarum per complures fontes magno cum strepitu erumpit: moxq; cuniculo subterraneo tota conditur, ita ut nusquam amplius appareat; donec post XIV milliaria apud vicum, cui vulgaris appellatio S. Giovanni di Cherso à regione, & S. Giovanni di Duino à proximo cuius nominis castello, quod mille passus inde versus orientem distat, quæsita, iterum compluribus ingentibusque eructetur fontibus, eâ naturâ præditis, quam Timavi fontibus adscriperunt veteres. De hoc ego nolim promittere, quod sciam montes Carniæ, & Carniolæ plenos subterraneis aquis, & fontibus, vt non facile statui possit vnde rursus emergat, quod semel terræ illabitur. Magis illi applando in descriptione Timavi, quam ex accura-

Plin. lib. 2.
c. 103.Cluv. lib. 1.
Ital. cap. 20.

talorum & fontium totius regionis inspectione se collegisse ait. Sic quippe habet: *Ora equidem ingentia, seu fontes, quibus amnis iterum effunditur, præcipuos & omnium maximos numeravi ego ad di-
ctum D. Joannis vicum sex innumeris singulos ebullitionibus scatentes: quorum pri-
mus suprâ ipsum fanum erumpens unum conficit alveum: proximi inde tres alterum alveum; inde duo reliqui tertium. Omnes tres hi alvi medio ferè spatio inter fontes ac mare in unum flumen confluunt; ac uno tandem ostio in mare emittuntur. Atque sex equidem isti fontes ex saxeis collis, imis antris veluti portis quibusdam erumpunt: apertiore tamen ore primus ille apud tem-
plum. Pro septimo fonte haud dubie bis adnumerarunt prisci mortales scaturientes, quæ postremo loco versus castellum Dauinum euntibus in planicie palustri aquis tenuioribus orta in tertium alveum defluunt.* Hæc Cluverius enumerans septemplicis ora Timavi. Quid verò adhæc Mela, quid Claudianus? qui canebat:

---inq; novem consurgens ora Timavus?

Respondebit Servius Virgilij. Commentator: *Multi septem esse dicunt: quod si incerta fides est, finitus est numerus pro infinito. Temporibus etiam aliqua debetur rerum mutatio, præfertim in flu- minibus, quæ vel maximè fluunt, & vbi minimè putaveris elabuntur. Atque hæc de Timavo, antiquo jure no- stro.*


IV. *Tedanium flumen.* Plinio & Ptolomæo in Illyride nominantur, Ptolomæus: *Post Istriam Italæ, reliqua Li- burniæ, quæ in Illyride est maritima sequitur ora; Alvona, Flavona, Tarsatica, Oe- nei flu. ostia, Velcera, Senia, Lopsica, Te- daniiflu. Ostia, Ortopla &c.* Plinius ve-

rò: *Enona civitas, Pausinus, flumen Tedanium quo finitur Japidia.* Ex quibus patet, quod suprà dicebamus Japi- diæ limites olim protenos fuisse usque ad Tedanium fluvium, & illam tam regionem occupasse, quæ postmodum Liburniæ est attributa. Lucius putat maritimam oram mansisse Liburniæ, montanam ad fontes Tedanij, & Titij à Japidibus cultam. sed ex his aliisque suprà relatis authoritatibus elicetur, quod Liburnia incepit post Teda- nium flumen, usque ad flumen Titum, & protensa fuerit in Orientem ubi ho- dierna Croatia sita est. Verùm ut vt se res illa habeat, certum est, quod Japi- des non diu fruiti sint illà regione mari- tima, quæ illis vel per vicinos, vel per Romanos sublata fuerit, metuentibus utrisque potentiam bellicosæ gentis.

V. *Tullus mons propinquus Phly- gadiæ, ubi verò quærendus, cum Phly- gadiam in Alpibus Carnicis collocave- rimus ubi nunc Phlitsch oppidum, & fortalitium est, cura sit aliorum. No- men sanè à Tullmino, quod non pro- cul Phlitschio distat non abudit, & lo- ca montosa aliquid de veteri Tullo ser- vare videntur. Lazius Tullum inter- pretatur Teltz in Tyroli: crede si pla- cet. Ità enim habet in descriptione Ty- rolis: *Vallis à Vennonibus antiquis inco- lis denominata, bodie das Vinzagathay in qua Strabonis Tullum, & Polygadæ usunt, quæ nostra aetas vocat noinenclaturis antiquis corruptis Delez vnd Sliß.* Sed melius ad Tulminum reflexeris o- culos, si Tullum montem quæsieris, quia inter Phlitsch & Telz nimium est intervallum, quod Tullo & Phlyga- diæ non convenit.*

Lvc.lib.1.
Dalm:c.5.

Laz. Reip.1.
12. feb 12.
cap.1. fol.
1083.



C A P U T V.

De antiquis nominibus vicinorum Carnioliae
nostræ locorum.

Umani commercii necessitudo requirit, vt nulla sit Provincia, quæ non aliquâ ope vel operâ conterminæ regionis indigeat, hoc per se satis mutuam sancit memoriam. Sed Historico illud quoque observandum est, terrarum limites vel Fortunæ esse vel liberi arbitrii, quæ cùm varietati obnoxia sint, confundi quoque, & mutari limites regnorum ac Provinciarum necessarium est: atque adeò gesta vnus desribenti omnium vicinarum meminisse oporteat: propterea scilicet amicitiae jura servata, aut violata fuerunt, retenti limites, aut propagati, &c. Quare cùm superiore capite illorum locorum vetusta nomina exposuerim, quæ intrà terminos ferè hodiernæ Carnioliae, certè antiquæ Japidiæ, & Pannoniæ constiterunt, hoc loco agere proposui de nonnullis vicinarum, & conterminarum Provinciarum locis, eorumque vetustis nominibus, quæ omnia ad plenum Chronologiæ præsentis, & facilitatem intellectum conducent.

§. I.

Antiqua nomina locorum Carnioliae
vicinorum.

Lit. A. B.

Laz. Reip.
Rom. lib. 12.
fæt. 6. c. 6.
Megifer. lib.
I. C. 2.
Lambec.
Bibl. I. 2. c. 3.



Guntum. Lazio idem est, quod Inneken, qui ex Itinerario Antonini divinat *Longium* esse Luenz in confiniis Carinthiæ, & Tyrolis post hoc XXVII. m. p. *Aguntum* Præpositura Inneken multis antiquitatibus dives, & deinde *Litanum* hodie Lutach villa ignobilis, sed cum vestigiis antiquitatis. Idem sentiunt Megiferus & Lambecius. Atverò Cluverius ex eodem Antonini Itinerario ponit inter *Longium* & *Aguntum* XVII. m. p. putatque *Aguntum* esse oppidum Doblach. Ego serè libentius hic Lazio accederem.

Cluver. Virg.
del. & Nor.
cap. 5.

II. *Albici* populi Julio Cæsari nomini, quos per peram putat Lazius esse nostri Albij montis inquilinos Japydes, allegans Cæsar's locum: *Acerrimè vtrinque pugnatum est, & fortissimè: neq; multū Albici nostris virtute cedebant. Sed ipse Cæsar eodem libro ostendit, quinam fuerint illi Albici*, dum scribit: *Massilienses portas Cæsari clauserant: Albicos barbaros homines, qui in eorum fide antiquitus erant, montesq; supra Massiliam incolebant ad se vocaverunt.* Quin & Albenos ex Procopio confundit Lazius cum Albiis, & Albii montis incolis, quod notatum volui, ne in authorum lectione ijde existimentur.

III. Ali-

Laz. Migrat.
lib. 5.
Cæs de bel.
loc civil.
lib. 1.

Laz. Reip.
Rom. lib. 12.
1.3. c. 3.
Cluver. vin-
del. cap. 5. de
Noric.

Bert. in Iti-
ner. Ant. lib.
1. Germ.

Lambe. Bibl.
Cæs. lib. 2.
cap. 4.

Laz. Reip.
Rom. lib. 12.
sect. 2. c. 7.

Laz. Reip.
Rom. lib. 12.
sect. 5. c. 3.

Jormand. de
reb. Getic.
cap. 5. 6.

III. Alicanum. Lazio est Lym-
bach propè Petovium Styriæ. Cluve-
rius autem suspicatur esse Rakelspur-
gum, eo quod Antoninus in vno Iti-
nerario ponat pro Alicanum, *Heclitanum*,
quod fortè legendum esset Raclita-
num: fatetur tamen numerum mil-
liariorum, quem designat Antoninus,
non convenire Rakelspurgo. Bertius
de Alicano nihil voluit determinare.
Falli videtur Cluverius putans rectè
hodie scribi Rackhelspurgum, cum
scribi deberet Ratgerspurgum, quasi
Ratgeriburgum, sicut in veteri Rationa-
rio Styriæ legitur apud Lambecium.
Distantia inter Petovionem & Raclita-
num apud Antoninum est XXXI. m. p.
id est ferè octo millaria Germanica,
sed inter Petovium & Rackhelspurgum
solum IV. millaria reperiuntur, alibi
itaque erit Raclitanum, seu potius Ali-
canum.

IV: Anamacia de qua Lazius: *A-
namacia nostrâ ætate Mochatzium, clade
Hungarorum, Regisque illorum Ludovici
interitu cognitissimum.* Quibus pro nunc
quod addam, vel opponam non habeo.
Non procul inde etiam Arsatianum col-
locat idem Lazius, quod hodie Ar-
sam dici vult. Inquirat qui vult in Tur-
cia.

V. Anassum. Hujus mentio faci-
enda hic est propter Laziū, qui duo
loca confundens vtrumque in nostra
Carniola ingenti errore ponit. *Anassi*
inquit in *Savensi agro* Jornandes me-
minit: *Theodemir autem frater senior cum*
*suis transit Savum amnem, Sarmatis mili-
tibusque interminans bellum, si aliquis ei
obstaret, &c.* Videns Theodemir undi-
que sibi prospera provenire, *Natissum pri-
mam urbem invadit Illyrici, &c.* Et
post nonnulla: *Egrediens Natissanam ur-
bem paucis ad custodiam derelictis, ipse The-
salonicam petiit.* Hæc putat Lazius in-
telligi debere de loco aliquo vicino I-
striæ & Foro-Julio, eo quod Plinius et-
jam in descriptione Adriaticæ oræ no-

minet Anassum. Verba Plinij sunt: *Ti-
lavemptum, majus minusque Anassum, quo
Varramus defluit.* Concludit proinde La-
zius: *Mibi eorum finium loca vetustiora
consideranti occurrit propè Rudolphsbertam,*
*oppidum, seu villa potius cum castro, quod
incolæ à ruderibus nimirum antiqui burgi
Altenburgum vocant: cui proxima duosunt
castra, ad vetus nomen vtrunq; adludentia:*
Ober und unter Nassenfues. Miror quòd
ista Lazius velit persuadere historiarum
peritis, quibus scribit; & non advertat
Naissum & Anassum toto penè orbe di-
stare. Anassum à Plinio digito monstra-
ri in regione Venetiæ. Naissum verò in
Illyrico & penè Thessalia, vti ex toto
Jornandis contextu apparet. Nam post
occupationem Natislanæ vrbis occupa-
vit etiam Heracliam & Larissam civita-
tes Thessaliæ, per Castrum Herculis &
Ulpianam transiens. Castrum verò Her-
culis ipse Lazius fatetur esse infra Bu-
dam, & Ulpianam vocat Procopianam
villam vicinam Cupæ, vel Scopiæ post
montana superioris Moesiae. Quare ne-
que Anassum Plinij neq; Naissum Jor-
nandis (quod Nessum Antoninus vocat
in itineribus Moesiacis) in Carnolia lo-
cum habet: neque in Nassenfues quod
recentius est, quæri debet.

VI. Aquama, apud Antoninum
post Petovionem locatur XX. m. p.
distant; hoc est quinque Germanicis
milliaribus: estque ad confluentes Mu-
ræ & Dravi hodie Hungaræ oppidum
dictum Sakon. Hic credo Lazio, & ni-
hil addo.

VII. Aquæ. Lazius putat hunc lo-
cum esse ad confluentes Laufnicij &
Veistricij, vbi nunc Fürstenfelda Styriæ
sita est. Alibi meminit etiam alterius lo-
ci nominati *Aquæ vivæ*, ex eodem An-
tonino post Petovionem XVIII. m. p.
& putat esse Futzell ad Sotlam fluvium;
cui quod nunc opponam non habeo,
nisi quod *Aquæ* aliæ etiam fuerint in
Pannonia superiori & finibus Norici,
nunc Baden Austriae, vt habent Buno-

Plin. lib. 3.
cap. 18.

Laz. Reip. I.
12. lect. 2. c.
1. & 12.

Laz. Reip. 12.
sect. 4. c. 2.

Idem sect. 3.
cap. 8.

Idem sect. 4.
cap. 5.

Cluver. in
Noric.

cum Cluverio: qui cum apud Antonium videant distantiam inter Vindobonam, & Aquas XXVIII. M. P. dicunt esse numerum viciatum sed si tollas unum X. conveniet ad amissim situs Badenæ.

VIII. *Arrabo* fluvius extrà controveriam est hodiernus Raba, qui Iaurinum Germanis dictum *Rab* præterfluit, ut ambo notant Lazijs, & Cluverius, ex Itinerario Antonini, in quo XXX. M. P. inter Bregetionem id est Strigonium, & Arrabonem flu. interponuntur. Fuit autem ibi trajectus Rabæ inter Sabariam, & Alicanum, ne igitur suspiceris id esse hodiernum Jaurinum.

Ptol lib. 2 c.
17. Ort Syn.
Plin. l. 3. c. 21.
Manz. in vi.
S. Maxim.

IX. *Affia* vrbs antiquæ Japidiæ dein Liburniæ, nominata Ptolomæo, in quibusdam exemplaribus habetur *Affisia*, vt notavit Ortelius. Inquiliros appellat Plinius *Affesiates*, & cum epitheto *Affesiates immunes*. Situm ejus designat Niger ad hodiernum Brebier propè Flumen S. Viti. In ea passum S. Maximum Episcopum Æmonensem refert Manzolius, sed vrbs corruptè vocat *Asiam* pro *Affisia*, vel *Asisia*.

X. *Azellia*, fuit Slavorum Regio mediæ ætatis, ignotum nomen antiquioribus. Ejus meminit Diaconus, vbi de Gisulphi Ducis Foro Juliensis filii agit: *Hi suo tempore Slavorum regnum, quæ Azellia appellatur, usque ad locum, qui Medaria dicitur possederunt.* Occisus est Gisulphus ab Hunnis anno Christi DCXV. tunc igitur hoc nomen maximè notum. Addit Diaconus:

Unde usque ad tempora Ratchis Ducis iidem Slavi pensione Foro Julianis Ducibus perfoluerunt. Iste verò Ducatu*i* præfuit usq; ad annum DCCXLIV. & poste à Langobardorum regno usq; ad annum DCCL. Cùm ergo ex Historiis constet, quod ab anno circiter Christi I.C. in Carniola & Carinthia Slavi confederint, tardiusque Istriam occuparint, colligitur Azelliæ regionem debere vel in Japidia, vel in

nostra Carniola inferiore quæri. Eam A. ego existimo non aliam esse, quam regionem circà Celeiam, & tractum reliquum per Mednicam Vallem, quæ tunc fortè dicta Medaria, vel forte etiam tractum Marcæ Vindorum infrà Celeiam usque in Möttling seu Medling sic appellatum locum à Med, quod mel sonat, à copia mellis, quæ in illo districtu colligitur. Et sanè cum Langobardi Pannonias cesserunt Hunnis & Avaribüs cum pacto, vt cederent iterum patriam, si ipsi ex Italia reverterentur, credibile est, quod sibi transitum Alpum Juliarum, & partem Japydiæ ac Noricis servaverint, vt liberum redditum haberent. Videtur nomen hoc desumptum à veteribus inquinilis, quos Ptolomæus nominavit Azalos. Nam de superiori Pannonia agens, inquit: *Tenant autem Provinciam à parte septentrionali Azali, à meridie vero Latobici, sub Norico.* Cùm igitur Latobicos circà Ratschach collocaverimus, optimè convenient Celeiensi regioni situs septentrionalis respectu Ratscha h, & cum Celeia adhuc intrà Noricum fuerit recensita, utrius tam Azali, quam Latobici fuerunt sub Norico, & dicta Azellia, quasi à Celeia parumper redens regio.

XI. *Bassiana* vrbs inferioris Pannoniæ Ptolomæo nominata, quam Bachiam interpretatur Moletius, Lazijs verò Possegam: neutri assentior donec certiora deprehendam. Erravit verò Lazijs cùm eam asseruit in superiori Pannonia sitam contrà mentem Ptolomæi.

XII. *Bathanatum* à Bathanatio quondam Gallorum Duce, qui Delphos depopulatus fuerat appellatum est ad confluentes Sarwitzæ, & Danubii suprà ostium Dravæ: incolæ Batham appellant, & Monasterium proximum cathedra Episcopali quondam insigne Bathaseck, & Bathmonstor, unde & ager proximus Bathiensis comitatus. Meminit Bathanatii Athenæus, vbi ait:

Paul. Diacon. de gest. l. 1. or. gob. l. 5. c. 40.

Laz. lib. 12. com. l. 3. c. 4. & l. 2. c. 7.

Laz. cit. sect. 3. c. 8.

ait: *Scordisci sunt vocati, qui reliquiae Galatarum extiterunt, qui cum Brenno Duce militaverant, quando Delphos diripuerunt.*

Deinde Galatarum Dux Bathanatus, qui eos in regionem, quæ circa Istrum est collegit, sedesq; capere jussit. Unde & viam, quâ ad Istrum redierant Bathanatum, & hodie vocant. Fortè hinc nomen hodierni Comites Bathiani habent.

Ptof. I. 2. c. 14.
Clu. in Vin. cap. 5.
nitur inter oppida Norici, Antoninus Bidaium nominat, quod Cluverius idē esse putat cum Bedaco. Ubi nam hodie ejus situs quærendus sit inter authores non convenit. Cluverius putat esse

Bamberg apud Alazam flumen, quod in Oenum defluit. Lazius suspicatur esse Obdach superioris Styriæ. Moleius interpretatur Burckhausen Bavariæ, idem asserit Bertius, & Rosacius. Elige quod vis. Ego Cluverio facilius assentior, quià rationem habet locorum distantia ex Itinerariis, licet hæ diversæ notentur. Nam Tabulæ habent XIII. M. P. ab Oeni Ponte Antoninus verò XVIII. M. P. sed fortè in Tabulis corrupta fuit scriptura, vt V. legi non posset.

XIV. *Beloia via nominatur Antonino in itinere Aquilejâ Virunum.*

Aquileja
Viam Beloio XXX.
Larice XIV.
Santico XXVII.
Viruno XXX.

Lazius viam Beloiam putat esse viam Carnicam in Forum Julium, quam Clausen appellant, vbi amnis Velach non procul Villaco ortus in Forum Julium defluit. Atverò Cluverius deductionem huius itineris putat esse per vallem Idriæ, vnde illic quærenda esset via Beloia, seu viam Beloio, quod ait corruptè scriptum. Fortè via Beloia fluvii seu Polanæ, quæ Locopolim præterfluit: non enim procul inde vallis Idriæ, sed cum Slavi appellant Villacum Belack, quod ad Beloiam viam alludit, malim subscribere nunc Lazio, quam Cluverio.

XV. Bononia vrbs superioris Pannoniæ Ptolomæo nominata, Lazius putat esse propè Sirmium in Bonmonstor; atque adeò esset in Pannonia inferiori: nec videtur alibi posse constitui, cùm etiam Marcellinus eam locet propè Sirmium. Agens enim de Comite Luciliiano, ait: *sed ille ut fax (nempè Julianus) vel incensus malleolus, volucriter ad destinata fistinans, cum venisset Bononiam à Sirmio millario nono disparatam.* Et alibi de Gratiano: *Permeato Danubio dela-*

tus Bononiam Sirmium introiit. Ex quibus videtur colligi, quod Bononiæ fuerit in collimitio Pannoniæ superioris, & Inferioris

XVI. Bregetium Lazio est Bontuda propè Thatam Vngariæ; Pyrkheimer autem est Jaurinum, & Cluverio Strigonium Bertio Bregnitz. Ptolomæus id locat in Pannonia superiori. Antoninus in Itinerario ponit Bregetione: Tabula verò habet corruptè Brigantium inde Arrabo fl. XXX. M. P. ergò non potest esse Jaurinum Bregetio cum fluvius Arrabo seu Raba proximus sit Jaurino, nisi Antoninus intelligat Trajectum Arrabonis remotiorem, de quo suprà dixi.

XVII. Boiorum deserta quæ nam fuerint disceptatur inter Authores. Strabo obscurè de iis: *Lacum Brigantium Rhæti exigua ex parte, maximâ Helvetii ac Vindelicis attingunt, & Boiorum deserta ad Pannonicos usq;.* Quasi Boiorum deserta etiam attingeret lacum Brigantium, qui hodie dicitur Podamicus Bodensee. Unde Welserus Boiorum deserta putavit fuisse magnum agri modum à Vindelicorum

La. Rein Ro.
1. 12. f. 6. c. 4.
Mol. in Pto.
Bert. I. t. Ger.
Rosac. in Pto.

Laz. Reip. I.
12 f. 6. c. 16.
Pyrk. ap.
Bert. in. Ger.
Clu. in. Vin.

nibus ad Pannoniam Noricilongitudine fu-
sum. Sed ex Plinio melius intelligitur, quæ fuerint Bojorum deserta: Noricis junguntur lacus Peiso, & deserta Bojorum, jam tamen coloniâ Divi Claudi Sabariâ & oppido Scarabantiâ Juliâ habitantur. Extrâ Noricum fuerunt ergo Bojorum de-
serta, & propinqua lacui Peisoni, & ha-
bitata coloniis Sabariâ, & Scarabantia. Sed his adhuc est de situ Sabariæ, & Sca-
rabantiæ. De Scarabantia ferè conve-
nitur, quod sit in itinere Viennæ pro-
xima post Aquas, hodie Germanis Schap-
pring, Vngaris verò Chépregb. De Sa-
baria magis dubium. Laziūs, Clusius,
Bertius, interpretantur Etain am An-
ger, sed non placet id Cuvierio, qui ex
Antonini itinerario supputando M. P.

existimat vtrâ Etain am Anger quæ-
rendam Sabariam in castello Sarvar,
quod Gunfii, & Arrabonis confluentes
cingunt. Verum quantum ad Bojo-
rum deserta par est ratio, cùm Sarvar à
Etain am Anger non multum distet.
Proinde non benè videtur Laziūs de-
scribere Bojorum deserta, vbi ait: Bojo-
rum deserta, quæ in mediterraneis ab Anio
fluvio usq; ad Cetium montem excurrebant,
&c. quia vtrâ Cetium montem ad orien-
tem versæ, & sitæ fuerunt Sabaria,
& Scarabantia non minus, quam lacus
Peiso; & ab Anio ad Cetium montem
adhuc erat Noricum, extrâ quod fue-
runt Bojorum deserta, quia ut aiebat
Plinius Noricis junguntur. Tractus ergo
ille, qui est inter Viennam, & Petovio-
nem à parte Orientali montis Cetii fue-
rint Bojorum deserta pars Pannoniæ su-
perioris. Bertius in Tabulis Ptolomæi

Sabariam interpretatur Leibnitz. Ma-
ginus verò Gracium, & similiter Mole-
tius. Sed si Savaria Ptolomæi eadem
est cùm Sabaria Antonini, repugnant
sit. & Pannones Sabariam Divi Mar-
tini pariam ab antiquo sibi vendicant.
Quandò verò prædictam Pannoniæ
partem, & quinam Boij coluerint, Stra-
bo indicat, vbi ait: Quondam igitur Gal-
li Padum accoluerunt plurimi, quorum ma-
xime gentes Boij, & Insubri, & qui Ro-
manam subitâ incursione ceperunt Senones cum
Gæsatis. Atque hos quidem postmodum pror-
sus deleverunt Romani: Boios autem sedibus
ejecterunt. Qui cum ad Istrum commigra-
sent, apud Tauriscos habitarunt, bellum ad-
versus Dacos gerentes, donec tota gens fun-
ditus fuit excisa. Agrum verò, qui ad Illy-
ricum pertinebat, desertum ac pecoribus pa-
scuum vicinis reliquerunt. Ex hoc loco
intelligitur tractum illum Pannoniæ
contiguum Norico, qui posteà dictus est
Deserta Bojorum, fuisse occupatum à Bo-
iis ex Italia pulsis, quod factum censet
Adeltzreiter anno urbis Conditæ 565.
ego paulò tardius ad annum V. C. 570.
ante Christum 182. Non igitur hi Boij
ē Bojohæmo, sed ex Italia ad venerant,
cum Tauriscis habitantes, postmodum
prorsus deleti Duce Getarum Beroebi-
ta, & Tauriscorum Cretasiro, ut idem
Strabo habet, suâ ætate, id est circâ an-
num Christi trigesimum. Serviet hæc
observatio, ad discernendum, quo fun-
damento nonnulli tradant Bojos fuisse
principes expeditionis in Delphos, cum
eo tempore nulli adhuc in Pañonia Boii
habitaverint: vt dicemus ad annum M.
3775.

Adelzreiter. P.
1. 1. 2. n. 50.

Laz. Reip.
Rom. 1. 12. f.
3. c. 2. Clus.
ap. Bert. in
A. tor. Itir.
Clu. in Vind.

Laz. Reip.
Rom. 1. 12. f.
7. c. 7.



Andobiana, quæ & Candilaca
Antonini, vt putat Laziūs,
creditur esse Judenburgum
Styriæ superioris, eo quod ab

Antonino collocetur post Virunum
XX. M. P. id est quinque milliaria Ger-
manica. Supponit autem Laziūs Viru-
num esse Friesachum, alii putant esse
Völke-

Laz. 1. 12. f. 6.
c. 4. Reip. Ro.

§. II.

Antiqua nomina locorum Carnioliae vicinorum. Lit. C. D. F. G.

Volkemarcktam; ego de vtroque dubitem, nec quid certi hoc loco affirma- verim, licet inclinem in opinionem Lazii. Credo tamen Strabonis Candobu- num esse idem cum Candobiana. An autem *Candobiana*, cujus mentio est in Codice Præfecturarum Romanarum diversa fuerit à Candobiana meritò hæseris. Lazius afferit diversam esse, & ejus rudera quærerit in finibus Austriae, & Styriæ loco Friburg dicto, *vbi fluvius præterfluens vetris nomen nclatur æ umbra retinet, ut pote decurtaæ: Byncam incolæ nominant.* Sit, qui ad amissim Itinera- ria antiqua examinet, & loca hæc ipse perlustret, inspiciat, vetustas inscriptio-nes colligat, erit qui de his melius divi- net.

Laz. l. 12. f. 3.
c. 8.

Strabo. l. 7.

II. Capedunum. Lazius suspicatur esse Capenbergum Styriæ, & adducit probationem ex Strabone, quam aptè judicet lector. Strabonis verba sunt: *Enim verò ij penes Istrum habitarant, duas in partes divisi. Nam & alii magni Scordisci appellati sunt, alii verò parvi. Illi qui- dem duos inter fluvios habitabant Istrum illabentes, alter Noarus appellatur præter Segesticam fluens, alter Martus, vel (ut a- lij) Bargus. Parvi autem ultrà Istrum in- colebant Triballis, & Moesia finitimi: Eo autem magnitudinis aucti sunt, ut usque Illyricos, & Pœonicos & Thracios pro- cœti sint terminos. Ipsi etiam urbes habuere Heortem, & Capedunum.* Quid isthic Styria superior extrà omnem Pannoniam sita sibi vendicet, si Scordisci tantùm usque ad terminos Pannoniæ, & Illyrici accesserunt? Capedunum igitur non in Capenbergio, sed ad Istrum, ad Noarum in Slavonia vel Croatia ho- dierna quærendum erat. Neque enim satis est, quod facit Lazius, allusiones nominum venari, sed oportet conferre

| | | |
|--------|-------------------|-------|
| Tabulæ | <i>Adflexum</i> | |
| | <i>Gerulatis</i> | XVI. |
| | <i>Carnunto</i> | XIII. |
| | <i>Æquinoctio</i> | XIV. |

nominâ cum historiis, cum itineribus, A. & alias advertere circumstantias.

III. Carnuntum. multis celebra- tum Historicis: Velleius de Tiberii Cæ- faris expeditione in Marcomannos: *Ip- se à Carnunto, qui locus Norici regni proxi- mus ab hac parte erat, exercitum, qui in Il- lyrico merebat, ducere in Marcomannos or- fuscus est.* Aurelius Victor etiam de Anto- nino Cæsare agens: *ab usq; urbe Pañonie cui Carnunto nomen est.* Amianus Mar- cellinus de Valentianino Cæsare: *Cumq; exinde Carnuntum Illyriorum oppidum in- troisset, desertum quidem nunc, & squalens:* sed ductori exercitus perquam opportunum &c. Et rursum: *Agens itaque apud Car- nuntum Imperator per continuos tres men- ses æstivos arma parabat, & alimenta, si- quæ fors secundasset, pervasurus opportune Quados.*

Quin & Paulus Diaconus vel quisquis alius, nam adhuc subjudicelis est, Auctor Miscellæ de M. Antonino Cæsare: *Ingenti ergò labore, & moderatio- ne cum apud Carnuntum jugi triennio per- severasset, Marcomanicum bellum confe- cit.* Denique etiam Plinius Carnuntum memorat, & quidem ad Danubium, vbi de Sarmatis, & Scythis agit: *supe- riora autem inter Danubium, Hercynium saltum, usque ad Pannonica Hyberna Carn- nunti, Germanorumq; ibi confinium, cam- pos, & plana Jazyges Sarmatae, montes C. verò & saltus pulsi ab his Daci &c.* Pto- lomæus Carnunti loco ponit Carnus in Pannonia superiori statim post Juliobonam. Situm Carnunti designat Lazius in pago S. Petronellæ in finibus Austriae, & Vngariæ, quâ iter est Viennâ Posonium. Cluverius id planè in Haim- burg civitatem Austræ vicinam Poso- nio protendit. Antonini Itinerarium Carnunti meminit, sed & Tabulæ itâ ponunt.

| | | |
|-----------|-------------------------------------|------|
| Antoninus | Flexo. | XX. |
| | <i>Gerulata</i> | ---- |
| | <i>Carnunto</i> | XXX. |
| | <i>Æquinoctio & ala nova in</i> | |
| | <i>medio</i> | --- |

Villagai

Vell. Pat. l. 2 c. 149.

Aur. Vict. in Cæsar.

Marc. lib. 30. cap. 17.

Paul. Diac. in Miscell. l. 10. c. 16.

Plin. lib. 4.

La. Reip. Ro. l. 12. f. 3. c. 1.

Villagai IV.
Vindobona X.

Vindobona XXVIII.

Torquent se valdè authores in omnibus his nominibus, & in sola Vindobona convenient, quod sit Vienna. *Fleum* est Cluverio Owar. *Gerulata* eidem & Lazio *Cherulata Cherburg*. Carnuntum, ut modo dixi, alter in S. Petronellæ pago vbi rudera cernuntur ingentis civitatis, quæ ego ipse ante triginta annos inspexi, alcer verò in Haimburgo reponit, licet hæc duo loca ultrà milliare ab invicem non distent. *Aequinoctium* putat Cluverius esse *Vischamunde*, sed *Alam novam* idem cum *Villagai* corrupto credit esse Eberstorff. Verùm distantia locorum non congruit plenè huic situi. Sed *Aequinoctio* Vindobonam ponit tabula distantiam XIV. M. P. quæ sunt tria cum dimidio Germanico; & hoc potest esse *Vischamund*, qui à huc usq; Viennâ quatuor milliaria computantur. Et qui à inter Carnuntum, & Vindobonam tam Tabula, quam Antoninus numerat XXVIII. m. p. quæ faciunt circiter septem Germanica milliaria, non recusarem potius cum Lazio Carnuntum in S. Petronella, quo septem circiter milliaria computantur Vienna, quam in Haimburgo, quo octo numeramus reponere. Licet enim non adæquatè conveniat supputatio, Romani tamen usi sunt longioribus sæpè itineribus, & fortè *Ala nova* fuit extra hodiernam viam, quâ progrediendo Carnuntum confecta sunt XXVIII. millia passuum, seu nostratia septem milliaria. Hæc de Carnunto, quod ineptissimè duo Itali Ruscarius, seu ejus emendator Rosaccius, & Moletius Palavij querunt. Nominis etymon non indago an à Carnutibus Gallis, an à Carnis originetur: tantumdem enim mihi est: qui à Carnutibus Gallis (quam diu erant Germani) & Carnos & Carniolos derivari existimo. Lambecius existimat Carnuntum à pago S. Petronellæ Haimburgum usque

Cluver. in
Vindel.

Rusc. Rosa.
Molet. in
Geogr. Ptol.

Lam. T. 2.
Bib. Cœl. fin.

Merian. Ty
App.
Paul. Dic. de
gest. Lang.
I. 5. c. 22.
A extensem fuisse, quod simul cum subvrbiis, & vicinis ædificiis concedere non abnuerem. Paulus Diaconus nomine Carnunti usus est pro Carantano: *Fugit* (ait de Warnefrido) *ad Slavorum gentem in Carnuntum, quod corruptè vocitant Carantanum*, sed impropriè.

IV. *Celeia*, Plinio, dicta est Celia Ptolomæo; Cilia, & Cileia recentioribus, vna ex antiquissimis sive Norici sive Pannoniæ vrbibus adhuc hodie suam retinet nomenclaturam. Noricis eam tribuunt Ptolomæus, & Plinius, Lazius eam vellet Pannoniæ adscribere.

B. Habuit suos ante duo, & tria ferè secula Dynastas, Comites, & Principes, quibus extinctis regionis ejus pars Carniolæ Ducatui, pars verò Styriæ attributa est, imperante Friderico III. Austriaco. Vix villa vrbium in hisce partibus, tot conservavit haecenius antiquitatis monumenta, quot Celeia. Fuit initio Christianitatis sedes Episcopalis, vti & Emona, & utraque subiecta Patriarchæ Aquileiensi, hodie Parochiam solum habet, cui subinde Archidiaconatus annexitur, & adhuc paret Patriarchæ: sed

C. Emona post primum Episcopatum extinctum, recentius seculo decimoquinto æræ Christianæ novum consecuta est sub novo loci vocabulo Episcopatum Labacensem. De Celeia fusè agit Lazarus. Cluverius eam malè Carniolæ tribuit, eo inductus fortasse argumento, quod Slavicâ linguâ vtantur Celeiani, sed hac ratione magnam Styriæ, & Carinthiæ partem deberet Carniolis adscribere. Hunc fortasse imitatus Georgius Fournier ingenti planè allucinatione scripsit: *Savus ex Alpibus Carnicis exortus superioris Carinthiæ montes secans fertur in ortum per Carnioliam, ad urbem Emoniam vern. Laubach, quæ ipsi insidet, & prætervectus Celeiam Romanam coloniam, Præsidis olim hujus Provinciæ sedem, nunc*

Comi-

Laz c. sedt.
4. cap. 6.

Four. Geog.
lib. II. c. 13.

Comitatum Cilley quietior labitur, Croatia sejungens à Slavonia. &c. In lineis non planè quatuor, magni quatuor errores. Nam Savus nusquam fecat, immò nec attingit Carinthiam. 2. non fertur ad urbem Aemonam seu Laubach, sed integro inde milliari distat. 3. Hæc illi non insidet. 4. non prætervehitur Savus Celejam, nisi valde remotè. Mirum quantum in similibus aberrent alienigenæ.

V. Claudia. Dubium, an idem cum Ptolomæi Claudivio in Norico. Plinius inter Norici urbes reponit Claudiam, Flavium, Solvense. Putat Cluverius hujus vestigia esse in vico Clausen non procul ab oppido Marquartstein & lacu Chiemsee. Econtrà Lazius putat Claudiam Romanam coloniam à Carnis, qui Romanis successerunt appellatam à trajectu Dra- vi propinquo Cladenfurtum, & posteà corruptè Clagenfurtum. Hæc sunt conjecturæ, quibus nec derogo fidem, nec attribuo, donec reperiam certiora. Pyrckheimerus pro Cladinio & Claudia reposuit Clandonum, & suspicatur esse Melck Austriae, quo verò fundamento, mihi non liquet. Certè probabilius & scriberetur Claudivium, & quæ reretur inter angustias Alpium Noricarum, non in Melck, immò nec in Closterneuburg, vt i habet Rosarius, & ante eum Moletius. Cæterùm Clagenfurtum recentius est, nec videtur Romanorum tempore ibi aliquid extitisse, cum vno inde milliari celebre fuerit Solvense municipium, vel potius, vt alibi differo, Tiburnia. Derivatio ejus nominis magis videtur esse petenda à præterlabente amne Glana, vt dictum videatur quasi Glafurt, id est Glanæ trajectus, quam vocem posteà incolæ depravatam flexerunt in Clagenfurtum, fortè occasione fabulæ de judicato reo postsuspendium, quam Megiferus refellit. Quid si apud Strabonem locus ille, vbi nominantur Daros & Clanes fluvij, non esset planè corruptus, vt arbitratur Cluverius, & pro

A. *Daros Dravus, pro Clanes non esset legendum Savus vt ille ait, sed Glana? ambo in Norico, cuius fortè notitiam Cluverius non habuit. Cæterùm Claudivum suspicatur Althamerus esse Ensium, sed hoc appellabatur olim Laureacum: Villanovanus vult esse Closterneuburg, sed hic locus à Romanis non putatur fuisse habitatus, & est ad Danubij ripam. Ptolomæus verò ponit Claudium sub Danubio. Atque ita adhuc Claudiam & Claudivium divinationis materia est.*

*VI. Dacia. Romana olim Provincia, vbi nunc est Transylvania, malè à quibusdam Neotericis cum Dania confunditur. Jornandes: *Dacos autem post hæc jam sub imperio suo Trajanus, Decebalo eorum Rege devicto terras ultra Danubium, quæ habent decies centum mille passus spatia, in Provinciam redigit.* Clarius paulò Sextus Rufus: *Trajanus sub Rege Decebalo vicit, & Daciam trans Danubium in solo barbarico Provinciam fecit; quæ in circuitu decies centena millia passuum habuit: Sed sub Gallieno Imperatore amissa est, & per Aurelianum translatis ex inde Romanis, duæ Daciæ in regionibus Moesiae ac Dardaniæ factæ sunt.* Unde posteà recenset inter Provincias Illyrici Daciarum duas. Meminerunt Daciæ & Dacorum plures alij historici, quos cum Getis eosdem populos fatetur Plinius. *Getæ Daci Romanis dicti: Dania verò & Dani ab his remotissimi ad mare Germanicum colunt, & nomen obtinent à Mercurio, vt tradit Cluverius:**

Alij dixere Mercurium Dan, unde in hanc usque diem Dani vocantur populi. Quare Dani & Dania cum Dacis & Dacia non debent confundi. Duplex sub Romanorum Imperio Dacia fuit alia mediterranea, alia Ripensis. Mediterranea erat vbi nunc Transylvania Saxonum & Zikulorum extenditur: Ripensis verò inter Ripas Danubij, Tibisci, Mari, Cusique excurrebat. Mediterraneam administrabat Legatus Consularis, Ripensem

Jornand. de
regn. suc-
cess. cap. 51.

Sext. Ruf. in
Breviar.

Plin. I. 4. c. 12

Cluver. I. 1.
Germ. c. 26.

Panciroli.
Not. Imp.
Or. c. 1. 3.
Laz Reip.
Rom. lib. 2.
cap. 6.
Ortel. Syn.
Lit. D.
Strab. lib. 7.

Dux limitaneus & Præses. De quo videatur Notitia Imperij Guidonis Panciroli, & Lazi, alijq; apud Ortelium. Antiquitùs inter Dacos & Getas distinctionem fuisse tradit Strabo. *Fuit & alia regionis divisio, ex antiquis permanens temporibus. Alios enim Dacos, alios Getas appellant. Getas quidem, qui ad Pontum in Orientem vergunt: Dacos autem qui in oppositum versus Germaniam & ad Istri fontes: quos olim Davos vocatos esse reor: ex quo apud Athenienses Davorum & Geta rum nomina servilia, &c.*

VII. *Flavium.* Inter oppida Norici à Plinio recensetur, vbi & à Codice Praefeturarum Roman: Lazi existimat ejus rudera esse in valle Lavantina

Quadratis
Flexo.
Gerulata.
Carnunto.

Laz cit. sect.
3. c. 5.

Cluver No.
sic. c. 5.

Putat Lazi Flexum esse infrà Posonium, vbi Danubius in duo quasi cornua dividitur, & flestitur, loco quem incolæ Ketlchee appellant. Atvero Cluverius ait Flexum esse Owar, seu Altenburgum, quod quidem si illud ipsum intelligit, quod Posonium contententibus in via occurrit, cum subdictione itineris congruere non poterit, quia si Carnuntum est Pagus S. Petronellæ, inde ulterius procedendo XXX. m. p. seu millaria Germanica septem cum dimidio numerari debent ad Flexum. Alterum proinde Owar ultra Posonium erit Flexum Antonini. Spiegelio Flexum est Vienna Austriæ, sed ineptè.

Cluver. in
Noric. Laz.
1. 1. 2. sect. 6.
c. 8 Ptolom.
1. 2. c. 12.
Peutinger. in
Tab.
Laz iter. cit.
sc. & 2. c. 1.
Megifer. lib.
1. c. 2.

IX. *Gavanodurum* vt Cluverius legit vel *Gamanodorum* vt Lazi in antiquis exemplaribus Ptolomæi: nam recentiora habent *Cambodunum*. Norici aut Vindelicæ oppidum, Lazio videtur esse modo Gammartinum in Rheetia vel Suevia, modò verò *Chiembsee* propè Salzburgum: Peutinger. Frisinga: at Cluverio ipsum *Salisburgum*: eo-

ad S. Andream loco Episcopatu de-
corato. *A Flavia vallis Flaviana est co-
gnominata, quam incolæ deletâ prima lite-
râ, ut solent Lavanam, & Lavandam pro-
nuntiavere.* Megiferus qui Flavium cum Solvensi conjungit, reposuit illud in Sollio propè Clagenfurtum, sed apud Plinius lego *Flavium*, Solvense interpus-
tum commate; & sic legendum me-
lioris notæ authores censem. Æneas Sylvius, & post eum Aventinus Fla-
vium crediderunt esse Viennam Au-
striæ, quos refutat Lambecius, qui po-
test videri.

VIII. *Flexum.* nominatum Anto-
nino in itinere Bregetione Vindobo-
nam: vbi ponit

XX. M. p.
X. M. p.
XX. M. p.

B. quod Juvaviæ mentio apud antiquos Geographos non reperiatur. Stainhau-
ser in Chron. MSS. Salisburgenfi memi-
nit à quibusdam existimari (vt Aventi-
no) Pedacum Ptolomæi congruere Sa-
lisburgo, qui nihilominus scribit Juvavi-
am à Julio Cæsare conditam, aut saltem
Castrum Juvaviense. De Pedaco vel Pæ-
dico etiam refert ex eodem Aventino,
quod in antiquis scripturis reperiatur
*Archiepiscopus, qui & Pædicensis vel Pædi-
nensis.* Respexit forsitan ad diploma, vel
C. Bullam Leonis Papæ III. quod refert
Hundius in Metropoli vbi de Arnone
decimo Juvavienium Episcopo agit.
in eo quippè legitur *Archiepiscopum, vi-
delicet Arnonem Ecclesiæ Juvavienium,*
quæ & Petena nuncupatur, quæ in ho-
nore B. Petri Principis Apostolorum venera-
biliter est consecrata. Annus Diplomatici
est post natum Christum 798. Sed cum
ipsemet Hundius in margine anno-
tet: *Ita habent exemplaria Salisburgenia,*
quæ tamen videntur corrupta, & male
congrua: nihil est quod persuadeat Ju-
vaviam & Petenam pro eadem urbe

Sylv. de gest.
Frid. III. Im-
perat.
Aventin.
lib. 2. Annal.
Lambe. Bibl.
Cæflib 2. a.
I num. 7.

Stainhau-
MS. c. 1.

Hund Me-
trop. Salic-
burg. de Ar-
no. Epic. 10.

acce-

acceptam vel habitam , quia multum valde tam vrbes , quam Episcopatus distant. Fortasse Arno Episcopus Salisburgensis eo seculo semibarbaro vtramque administravit Ecclesiam Petenensem & Salisburgensem , tametsi jam tunc Petinensis Episcopatus paruerit Aquilejensi Metropolitæ ; vel certe in exemplaribus positum erat *Pedicæ*, quod cum nomine notiore librius mutavit & scripsit Petena. Unde si Juvavia nominata fuisset Pedicum , vel *Pedicæ*, alibi quærendum eslet Gavanodurum. Ego autem existimo Salisburgum à prima sui conditione appellatum Juvaviam , quod alij scriple-

A. runt subinde *Jovavum* , vt Antoninus , Vivanum vt Eginhartus , *Ad Juvense* , vt Notitia Imperij. Quod verò Ptolomæus hanc vrbem non nominaverit , nihil mirum , quia de Norico videtur parvam habuisse notitiam , cùm plura alia loca Itinerariis celebrata prætrereat. Cœterum Gavanodurum Bertius putavit esse *Braunau* Bavariae , similiter Moletius & Rosaccius. Ego nihil hic definio , quia meræ sunt conjecturæ. Erravit autem Lazius qui *Juvaviam* credidit eandem vrbem esse cum *Joviaco*. Si Antonini Itineraria recte inspexisset , poterat ibile-

Laz. I. 12. f.
6. cap. 9.

gere.

Ovilabim.

Joviacum.

Jovavim.

m. p. XXII.

m. p. XXVIII.

Quæ sunt tria loca distincta , & satis ab invicem dissita.

X. *Gallia Cisalpina*. Quam procul extensa fuerit olim Gallia Cisalpina operæ pretium est hic annotare , vt nonnulla apud Historicos dubia melius intelligantur. Duplicem Galliam Romanis nominatam ante , & post constitutum Romanum Imperium , apud veteres authores in confessu est , nimirum Cisalpinam & Transalpinam , quæ etiam Ciceroni dictæ Citerior & Ulterior : aliis verò progressu temporis Citerior Togatae , Ulterior Comatae nomen obtinuit. De Comata nobis hic nulla quæstio : de Togata seu Cisalpina , juvat scire quam procul in Orientem , & Septentrionem se extenderit. Erat autem haec vna & eadem cum Italia Subalpina , mutato nomine postquam Galli in ea confederunt , vnde etiam dicta Circumpadana , & subdivisa in Cispadanam , & Transpadanam. Cispadana dicebatur ea pars , quæ ad Appenninum & Liguriam porrigitur , vt notavit Strabo , cùm dixit : *Cujus meridionale latus litore Venetorum , & Apenninis jugis ad Ariminum , & Anconam*

B. gionis pars altera dicitur Cispadana , altera Transpadana. Cispadana vocatur quidquid ad Apenninum , & Liguriam usque extenditur. Et paulò post : *Hanc habent Galli & Veneti*. Accedit & Mela : *Sinistra parte Carni & Veneti colunt Togatam Galliam*. Igitur ex horum mente Gallia Togata , & Cispadana comprehendit etiam Venetos & Carnos. Addit Cluverius Histros : *Sub cuius titulo non tantum Gallici populi , sed & Histri , Carni , Veneti , Ligures , & aliae Alpinæ gentes comprehensæ fuerunt*. Cùm verò etiam Japydes fuerint Alpina gens , media inter Histros & Carnos , eos quoque Gallæ Cisalpinæ adnumeratos censendum est , quo illud Strabonis : referas : *Japydes quoque permixta nunc Illyrijs & Celtis gens*. Nisque dubitem de parte Liburniæ , quæ olim Japydibus attributa fuit , cùm Sennia à Senonibus condita Gallis debeat. Eodem jure pertinuerit ad Galliam Cisalpinam pars Pannoniæ superioris attingens Japidam , postquam scilicet à Romanis occupata fuit ; siqui-

Mel. I. 2. c. 4.

Clu. Ital. I. 1.
cap. 22.

Strabo I. 4.

T 2

Justin. I. 24.

dem, infessa fuit ab iisdem Gallis, qui Italiam invadaverunt Duce Bellovelo, ut testatur Justinus. *Ex his portio in Italia confedit, & portio in Illyricos sinus &c. per strages Barbarorum penetravit, & in Pannonia confedit.* Ex his intelliges locum illum Authoris Miscellæ de Theodosio contrà Eugenium in Alpibus Juliis pugnaturo : *Cum manu maxima venit ad Gallias, illic enim præparabat bellum.* Certè proficisciens ex Oriente, & obvia turus hosti, qui jam Alpes Julias munierat, non debuit proficisci in Galliam hodiernam sive Transalpinam, multò minus ad circumpadanam interiorem, sed in Pannoniam superiorem, & Japydiam Alpibus Juliis contiguam, & ibi parare bellum. Hinc est, quod de hac etiam expeditione loquens Pacatus Ora tor dixerit de nostra Æmona, illam Theodosio adventanti obviam effusa : *Pia Æmona, impulsis effusa portis obviam provolavit.* Hucusque igitur Gallia Cisalpina sensim protensa fuit. Ex hac observatione lucem accipient nonnulla apud Historicos obscura, quæ in decurso annalium attingemus. In Martyro logio subinde legitur Constantiæ in Gallia, cùm de nulla Constantia in Galliis constet, sed ad lacum Potamicum vna sita. Verèm hoc probabiliter de Constantia Japydica intelligendum seu Galliæ Cisalpinae, quæ prius dicta Noviodunum à Constantio Imperatore Constantini filio dicta fuisse creditur Constantia. Similiter passi feruntur aliqui sancti Novioduni in Gallia, quod consideratè legendum, quia ambiguum vtrum Novioduni in Gallia Transalpina, vel Cisalpina, sicuti ostendam clarè ad annum Christi 284. & alibi.

Strabo. I. 4.

XI. *Gesodunum.* nominatur à Ptolomæo in Norico : hoc putat Lazius esse Styram in Austria suprà Anasum vel Steygarsten, à Gesatis Gallis de quibus Strabo : *Qui olim cum Gesatis Sennones Romani per impetum potiti sunt urbe ; bos Romani posterioribus annis funditus deletos*

perdiderunt, Bojos verò è finibus ejecerunt. A. *Inde migrantes circumiacentes Istro locos cum Tauriscis habitarunt.* Ad quem locum sic commentatur Lazius : *Ecce vero quā pulchrè omnia conveniunt. Bojos inquit ille, Gesatas ac Senones ex Italia profugos ad Tauricos concessisse, & cum his circumiacentes Istro locos coluisse, hoc est ipsissimum tractum Styrensem &c.* Non est quod sibi hic gratuletur Lazius, quod omnia pulchrè convenient, quia re vera vel non intellexit ipse Strabonem, vel credidit nos, qui ejus commentarios inspecturi eramus, non intellecturos. Ubi rogo dicit Strabo, quod Gesatae ad Istrum, ad Tauricos migraverint? annon clara sunt Strabonis verba : *cum Gesatis Sennones : bos Romani funditus deletos perdiderunt?* Si funditus deleti sunt, & perdit, quomodo cum Boii ad Tauricos migrarunt? Mole tius nihilo fortè melius divinat *Gesodunum esse Salisburgum*: Bertius verò & Ruscellus existimant esse *Ipsum Austriae*, quod ambo à Pyrckheimero didicerunt : ego nihil definio ; nisi quod Pyrckhaimerum, & sequaces putem aberrare à scopo.

XII. *Gesaces mons nominatur apud Trebellium Pollionem : Gallenus* Treb. in Gal. *interea vix excitatus publicis malis, Gothis vagantibus per Illyricum occurrit, & fortuitò plurimos intermit : quo comperto Scythæ factâ caragine per montem Gesacem fungere sunt conati.* Lazius legit *Gesacum* & addit hunc montem vocari *hodie vulgo* veteri voce corruptâ *Schekbel*. Est mons iste vicinus Græcio; verùm Lazius non probat illum eundem esse *Gesacum*, licet dicat quod Trebellius *Gothorum ex Dalmatia in Pannonias fugam enarret, quæ band equidem per alias viam, quam Styriam inferiorem, ipsumque de quo loquimur montem Schekel fieri potuit.* Ne que enim Trebellius ibi Dalmatiæ meninit sed Illyrici, quod licet includeret Dalmatiæ, latius tamen patuit, & poterat hæc pugna committi in Moesia,

Mol. Ruscel
Bert. Pyrck.
in Tab. Ptol

La. Reip. I.
12. f. 3. c. 8.

in

in Pannonia inferiori. Et cur fugerent in Pannonias, cùm eas nondum possiderent sub Gallieno, sed solum hostiliiter invaderent? Nisi ergò Lazius aliter docear Gothos per montem Schekhel fugisse, non credimus Schekhel esse antiquum montem Geffacem, qui probabilius fuit in Pannonia inferiori. Schekhel autem non spectat ad Panniam.

XIII. *Graviacum* nominatur in

§. III.

Antiqua nomina locorum Carnioliae vicinorum.

Lit. H. I. L.

Laz.lib. 12.
scđ. 3. c. 3.



Eortes vrbs Straboni nomina-
ta, quam Lazius perperam
in Styria locat, vbi hodie
Hardperga, sed & montem
Heortem configit nullo dato fidejus-
fore. Strabo Heortem vocat vrbum
Scordischorum, qui ad usque Illiricos &
Pœonicos, & Thracicos proiecti sunt termi-
nos. Complures igitur jacentes in Istro In-
sulas occupavere. Ipsi etiam vrbes habuere
Heortem & Capedunum. Procul abest
Hartperga à Danubio. Heordeam re-
gionem (quam cum Heorte eandem
credo) Plinius in Pœonia nominat, &
populos ab eadem Heordenses ad A-
nium flumen. Quare qui Heortis rude-
ra volet inquirere non in Styriam, sed in
Pannoniam inferiorem, & vtrà se con-
ferat neceesse est. Fortassis Heortem de-
signavit Jornandes sub nomine Herti,
agens de quodam Mundone: *Hic*
*Mundo Attilianis quondam origine descen-
dens, Gepidarum gentem fugiens, vltra Da-
nubium in locis incultis, sine ullis terræ cul-
toribus debacchatur. Et plerisque abacto-
ribus scamarisque, & latronibus undecun-
que collectis turrim, quæ Hertum appella-
tur suprà Danubij ripam positam occupans,*
ibique agresti ritu prædans vicinos, Regem
se suis graffatoribus nuncupat. Exemplar
Gruteri ponit *Hertam* pro *Hertum*.

Strab.lib. 7.

Jornand. de
reb. Get. c.
58.

II. *Idunum*. In Norico reponitnr

Tabula Juvavo, Virunum quasi medio
itinere, de quo Cluverius: *Graviacum ex-
ductu itineris & vocabuli similitudine forte
fuerit oppidum Gurck ad fluvium cognomi-
nem.* Sed siue Virunum agnoscas Frisa-
ci, siue ut Cluverius vult Gentifori, id
est Völkhemarkhtæ, non invenies di-
stantiam Antonini, quæ ponit inter
Graviacum, & Virunum LV.m.p. id est
Germanica miliaria ferè quatuor-
decim.

Bert. in Tab.
Ptol. Laz
lib. 12. scđ.
6.c. 2.

à Ptolomæo, sed adhuc quæritur ejus
situs. Bertius, haud dubiè secutus La-
zium interpretabatur Udinum per lite-
rarum transpositionem, sed quomodo
Utinum vel Udinum esset Idunum si
extra Noricum semper fuit, siue in Car-
nia, siue in Venetia regione? silent de
Iduno Pyrckheimerus, Peütingerus,
Cluverius, quia difficile est indagare si-
milia, quæ soli Ptolomæo nominata
sunt. Si liceret per anagrammata argue-
re, potius Idunum crederetur esse Dui-
num, quod licet etiam extra limites No-
rici fuisse putem, proximè tamen attin-
gebat Noricum, vel etiam aliquando
illi attributum fuit, si Goritiam conce-
damus fuisse vrbum Norici, à qua Dui-
num quatuor vel quinque milliaribus
abest. Sed melius alibi quæretur. Ob-
servavit Lazij in hoc lapsum Henricus
Palladius, qui ait: *Si demus Utinum in No-
rico mediterraneo esse, nempè etiam reliqui*
Carni & Veneti ad Noricum pertinebunt:
*Quare uno contextu horum loca debuit com-
plecti Ptolomaus;* quod cùm non fecerit, sed
Carnorum & Venetorum oppida à Norico
penitus secreverit, utique Idunum illud No-
ricum nihil ad Vdinum Carnicum faciet.
Unde ego, si divinare licet potius Idu-
num quærerem in Judenburgo, quod
fortè initio Germani appellarunt Idun-
burg, posteà corruptè Judenburg. Fa-
vet

Henr. Pal-
lad. rer. Fo-
ro Juliens.
lib. 2.

vet situs, qui est in Norico, & vicinia Viruni, & Teurniæ: nec curanda hic est traditio, quæ sœpè est vulgi fabula quod Judæi illam civitatem prius inhabitaverint, vel considerint, nec usuratio Insignium, quæ repræsentant Judæum, siquidem Insignium inventio est recentium seculorum, post mutationem nomenclaturæ.

III. *Julium Carnicum*. ponitur à Ptolomæo *inter Italianam & Noricum* in tabula tamen Norici oppidum. Plerique id putant esse *Villacū* ut Pyrckheimerus, Bertius, Ruscellus. Alii Zuglio oppi-

Pyrck, Bert.
in Ptol. Geo.
Clu. I. i. Ital.
c. 20 Simler.
ap. Bert. Mo.
in Tab. Ptol.
Lam Bibl.
Cæs. lib. 2.
cap. 3.

| | |
|------------------|----------------------|
| Antoninus | <i>Aquileja</i> |
| | <i>Ad Tricesimum</i> |
| | <i>Julio Carnico</i> |
| | <i>Loncio</i> |
| | <i>Agunto</i> |
| | <i>Litamo</i> |
| | <i>Sebato</i> |
| | <i>Vipiteno</i> |
| | <i>Veldidena</i> |

dulum Carniæ, vt Cluverius, Simlerus A. Lambecius. Denique & Moletius absconè *Golitia Austriae*, duplice vel triplice errore, quia Goritia male scriptum pro Goritia. 2. Goritia non vocatur civitas Austriae, sed alia diversa Cividal. 3. quia ibi Julium Carnicum nemo aliorum quærerit: nec Goritia sita est inter Italiam & Noricum. Optima divinatio esse potest ex Itinerario Antonini, qui subducentis iter Aquileia *Veldidena* hoc est *Wilten* Tyrolis ad Oeni Vtiiq; confluentes tribus milliaribus suprà *Insprugg* seu *Oenipontem*, hoc modo loca enumerat.

| | |
|------------------|---------------------------|
| Cluverius | <i>Aquileja.</i> |
| XXX. | <i>Tricesimo</i> |
| XXX. | <i>Zuglio</i> |
| XVI. | <i>Lientz</i> |
| XVII. | <i>Doblaek vel Iñchē.</i> |
| XXIII. | <i>Luttach.</i> |
| XXIII. | <i>Sunneberg</i> |
| XXXIII. | <i>Stertzingen</i> |
| XXXVI, | <i>Wilten</i> |

Quæ loca, mihi fateor ignota, melius fortè ab aliquo in Tyroli diutiùs versato possent expendi. Videtur interim *Julium Carnicum* potius esse Zuglio, quod partem nominis adhuc retinet, quam *Villacum*. Neque assentior Lazio, qui *Julium Carnicum* in Vellach oppidulo non procul ab Abbatia Mazo dicta antiquis Memazone, collocat, quamvis non sit magnadifferentia, quod ad situm. Sed libet hic assentiri Palladio, qui *Annium* allegans inquit: *Nunc Julium Carnicum commutatâ literâ Zuglium dicunt incolæ, nulli dubio, ut Annio placet, lingua & prolatione Thuscā, à quibus Carnos prognatos demonstravimus. Sic Alpes Julianas Zuglias, & corruptè Zelias appellari idem auctor voluit.* Nihil opus recurrere ad pronuntiationem Thuscam cum hodie Veneti literas hasce commutent dicendo *Zuanne pro Joanne &c.*

IV. *Juliobona*. Ptolomæo in Panonia superiori prima vrbium reponitur, quam alij *Vindobonam*, & *Vindo-*

B. manam appellant. Errore aliquo libreriorum pro *Vindobona* positum esse *Juliobona* in Ptolomæo censet Lazijs, Laz. inf. ac. cùm nec apud Ptolomæum *Vindobona*, nec apud alios scriptores *Juliobona* reperiatur. Ego miror nec *Vindobona*, nec *Vindomanam*, nec *Juliobona* reperiri apud Plinium, aut aliquem vetustiorem; præter Antonini Itinerarium. Unde subit animum illa suspicio, quod fortè *Flavium Plinij, & Faviana* vel *Fabiana Pauli Diaconi* idem fuerint cum *Vindobona*, & hodierna Vienna; quo fortè respexerit Sabellicus pro *Juliobona* agnoscendo *Flavianam*, ut est apud Ruscellum. Petrus Lambecius magno nisu vult evertere Lazijs & aliorum Recentium opinionem, qui Viennam aliquando *Favianam* vel *Fabianam* dictam existimant: putatque *Fabianam* seu *Favianam* eandem fuisse, quæ *Flavium Plinio* est vrbis Norici. habet argumenta sat plausibilia, sed cùm hoc *Flavium trans Cetium montem* reponat

Laz. lib. 12.
fect. 6. c. 1.

Hent. Palla.
rer. For. Jul.
lib. 4.

Ptol. 1. 2.
c. 15.

Ruscel. in T.
Ptol. Lam.
To. 2. Bibl.
Cæs. c. 1. & 2.

ponat non procul Viennā, miror quod Eugippius in vita S. Severini nunquam meminerit Vindobonæ, vt suspicer nihilominus temporibus S. Severini Viennæ nomen fuisse Favianis abolito jam nomine Vindobonæ.

V. *Labeates*. populi quorum meminit Plinius in Liburnia circā Scardnam Dalmatiæ, de qua Livius cùm de Gentio Illyriorum Rege narrat. *Ad Scodram inde ventum est, id quod belli caput fuerat non eo solum, quod Gentius eam sibi ceperat, velut regni totius arcem, sed etiam*

Plin.lib.3.
c. 22.
Liv.lib. 44.

Clu.in Vin.
& Nor.

| | |
|--------------|-----------|
| Tabulæ | Antoninus |
| Juvavo | Jovavi |
| Tarnantone | XIII. |
| Laciacis | XIV. |
| Tergolape | XVIII. |
| Ovilia | XIV. |
| Blaboriciaco | XIV. |

quòd *Labeatum gentis munitissima longè est* A. & difficilis aditu. Duo cingunt eam flumina, *Clausala latere urbis, quod in Orientem patet, præfluens, Barbana ab regione Occidentis ex Labeatide palude oriens*. Ex his patet situs *Labeatum*, & simul refellitur quidam, qui à *Labeatis* denominatum putat *Labacum*, quod ab illis aliquot dierum itinere sejunctum est, in Pannonia non in Liburnia.

VI. *Laciacum*. cuius meminit Antoninus in Itinerariis & Tabulæ inter Juvavum, & Ovilabim.

| |
|---------------------|
| Cluverius. |
| Salisburgum |
| Wiffenstein |
| Gmunda Traunæ |
| Lambach. |
| Welsium |
| Laureacum seu Ensum |

Ex quo constat *Laciacum* esse hodiernam Gmundam ad lacum Traunæ seu Trunæ in Austria superiori, cùm à lacu nomen trahat *Laciacum*, & situs correspondeat.

VII. *Lentias* vel *Lentia repa*. Nominis Imperij, & Codici Præfecturarum Romanarum Scoti nominata, est hodiernum Lincium superioris Austriae in quo consentiunt Cluverius, & Lazius suadetque ipsa nominis affinitas.

VIII. *Lentudum*. Ptolomæi in Pannonia superiori cum *Leonata* Scoti

| | |
|----------------------|--------|
| <i>Aquileja</i> | id est |
| <i>Ad Tricesimum</i> | XXX. |
| <i>Julio Carnico</i> | XXX. |
| <i>Loncio</i> | XVI. |
| <i>Agunto</i> | XVII. |

B. fortassis idem. Lazio est hodierna Luentberga inferioris Styriæ vino generoso nobilis, quam & Ludbreggam nominatam censet. Cæteri Geographi de Lentudo nihil divinant.

IX. *Loncium*. Antonino in itinere ab Aquileia Tridentum nominatur, de quo Lazius, *Lontij ruine visuntur in Luentio, ubi bodie sunt Tyrolis, & Carinthia confinia*. Idem sentit Cluverius, & ex Itinerario clarum est, quod sic subducit iter

Laz.I. 12. f.
6. cap. 6.
Clu. sup. cit.
Lamb. Bibl.
1.2. cap. 8.

| |
|------------------|
| ¶ |
| <i>Aquileja</i> |
| <i>Tricesimo</i> |
| <i>Zuglio</i> |
| <i>Luenz</i> |
| <i>Innichen</i> |

§. IV.

Antiqua nomina locorum Carnioliae vicinorum.

Lit. M.

MAdronum vallis. Lazij conjecturâ eadem cum Magistri Stephani Byzantij. Non parvus Carinthia ager (inquit Lazius) qui à Millestadio Friesacum ducit ad Salzburgum, à Noricis videlicet, nunc cupatur im Noring. In his finibus & Madronum est vallis ampla, vulgo in Madran quon-

Clu. Vind.
Laz I. 12. f.
7. cap. 4.

Ptol.lib.2. c.
15. sect. 4.
cap. 2.

Laz.I. 12.
f. sect. 6. cap. 6.

Adronum vallis. Lazij conjecturâ eadem cum Magistri Stephani Byzantij. Non parvus Carinthia ager (inquit

Ort. v. Taur. quondam Magistri corruptè ut opinor à Stephano in libro de urbibus dicta. Apud A. Ortelium ponit Stephanus Magistri- cen Taurisorum regionem juxta Al- pes vicinam Germanis, quod non vi- detur abscedere à Lazii opinione.

Laz. l. 12. f.
2. cap. 1.

Paul Diac.
de gest. Lan.
l. 3, c. 32.

II. *Maletum* à Paulo Diacono nominatum in Athesina valle apud La- zium idem est, quod castrum *Maltzan*. cuius nominis familia quondam nobilis Carnioliam etiam consanguinitate illu- stravit. Diaconus quidem enumerat castra, quæ Franci diruerant in territorio Tridentino, ut ipse ait: *Tesana*, *Male- tum*, *Sermisana*, *Appianum*, *Fagitana* *Cimbra* &c. Sed quibus ea locis corre- spondeant, alii divinent.

Laz. l. 12. f.
4. cap. 4.
Notit. Imp.
Occid. cap.
82. Panciro-
lus.

Ammian.
l. 29. c. 35.

III. *Marinana* & *Marcena castra* teste Lazio idem sunt. Codex Præfe- cturarum Romanarum inter munici- pia Valeriæ Marianam recenset. Notitia Imperij hoc solùm habet: *Tribunus cohortis Marinanae*. *Sub dispositione viri spectabilis Ducis Provinciae Valeriae Ripensis*. Pancirolus verò addit: *Tribunus cohortis Marinanae excubabat, locus erat Valeriae, de quo Itinerarium, cohortis nomen deest*. Subjungit ad superiora Lazius, homo in conquirendis antiquitatibus felix, sed in conscribendis negligens, pares sibi nactus Typographos: *Quam civi- tatem Ammianus Marcellinus castra Mar- ciana appellat. lib. 30. scribens de Ducatu Valeriae, ubi & Martelliani Valeriae Du- cis meminisse videtur*. Ego penè verba- tim percurrentis lib. 30. Marcellini nec Marciana castra nec Martelliani nomen invenio. Casu lib. antecedente 29. le- go hæc verba: *Valentinianus studio muni- endorum limitum &c trans flumen Istrum in ipsis Quadorum terris ædificari præfida- ria castra mandavit: quod accolæ ferentes indignè suique cautores; legatione tenus interim ac susurris arcebant*. Sed Maxi- minus in omne avidus nefas, & genuinos mitigare nequiens flatus, quibus Præfectu- ræ accesserat tumor, increpabat Equitium per Illyricum eo tempore Magistrum armo-

rum, ut pervicacem, & desidem, neclum- A. pere, quod maturari dispositum est, consum- mato: addebatque ut consulens in commune; quod si parvo suo Marcelliano deferretur po- testas per Valeriam Ducis, munitum ab sede villa causatione consurgeret. Utrum- que mox est impetratum &c. Hic men- tio fit Marcelliani non Martelliani, ca- stri etiam sed non Martiani, nisi forte Lazi caligantibus ex musto oculis, ante ista relata legisset eodem in Authore: Perque Cæsariensis Mauritaniæ oppida re- versus Sitifim, Castorem & Martinianum rapinarum flagitorumque Romani parti- cipes ad interitum tortos incendit putans es- se Castrum Martianum Castorem, & Mar- tinianum. Meliori fide allegavit Jor- nandem idem Lazius, non tamen in- correctè aientem: *Sauromatae verò, quos Sarmatas diximus, & Cenandri, & qui- dam ex Hunnis, in partes Illyrici ad Castra Marcena sedes sibi datas coluere*. In exem- plari Gruteriano lego correctius *Sauro- matæ verò, quos Sarmatas diximus, & Cenandri, & quidam ex Hunnis in parte Illyrici ad castrum Martenum sedes sibi da- tas coluere*. Jam ex hisce authoritatibus infert Lazius: Sanè Margburga Styriæ non solùm nomine ad veterem hanc vocem alludit, verùm etiam id testatur sacrosanctæ vetustatis monumentis, quæ inibi, & extant & quotidie eruun- C. tur. Falleris omnino Lazi, si putas Sar- matas, Cenandros, Hunnos Marbur- gi Styriæ habitasse eo tempore, quo Go- thi Pannonias tenuerunt, ut ibidem nar- rat Jornandes. Falleris etiam, si castrum illud anonymous, quod Maximinus Præfectus cum filio Marcelliano absolvit velut munitum contrà Quados Martenum castrum putas, & ejus ru- dera in Marpurga Styriæ quærvis. Trans flumen Istrum ædificabatur, ut ait Mar- cellinus, numquid postmodum ad ri- pam Dravi translatum est? Quare Mar- cena vel Martena vel Martiana alibi quærenda sunt. Si Notitia Imperij or- dinem aliquem servat in Præfectura- rum

rum locis, cum *Marinana* cohors ponatur inter Alescam, & Transfascincum id est inter Almas, & Czepel sive Raczenimarkh Vngariæ, facilè quivis poterit divinare longè à Marpуро distare *Marinanum*, vel *Martena Castra* si idem sunt. Et cur non Lazius *Marinana* castra vel *Marinana* potius ibi reposuit vbi Martis castra invenisse se putat? nimirūm in *Marotha* agri Sirmiensis. Deinde si Antoninum diligenter legit cur non observavit in ejus itinere Lau-reaco Boiodurum seu Passavium medium locum *Mariniano*? mihi oboritur hinc suspicio, quod Pancirolus legens in Notitia Imperij *Tribunum cohortis Marinanae*

Antnonin. Emona

| |
|------------------------------|
| <i>Prætorium Latovicorum</i> |
| <i>Novidunum</i> |
| <i>Quadrata</i> |
| <i>Siscia</i> |
| <i>Varianis</i> |
| <i>Meneianis</i> |
| <i>Incero &c.</i> |

Loca hæc usque ad Sisciam suprà exposuimus. *Variana* castra putat Lazius esse *Varasdinum*, *Meneiana* verò *Monspurgum* propè Petovionem, sed quale hoc iter foret cancrinum tendenti *Sirmium* ad inferiorem Pannoniam? melius illa vtraque quæsieris vñà cum *Incero*, *Mansione Augusti*, *Pecentino*, *Cirriffa*, *Cibali*, *Ulmis*, in hodierna Slavonia

Antonin: Ovilavis

| | |
|-------------------|--------|
| <i>Tutatione</i> | XX. |
| <i>Gabromago</i> | XX. |
| <i>Sabatinca</i> | XXX. |
| <i>Montana</i> | XVIII. |
| <i>Candalicas</i> | XXX. |
| <i>Viruno</i> | XX. |

In Itinerario Tabulæ *Noreia* est parallela *Montanis*. Si ergò verùm esset, quod *Sabatinca* sit *Sunebenkirch* Styriæ superioris, & *Neumarck* esset *Noreia*, vt vult Cluverius, non procul inde oportet quærete *Montana*, sed hæc sunt

tis Marinanae absque fundamento cre-
A.diderit *Marinanam* vel *Marinianum*
esse in Valeria: quià etiam aliæ cohór-
tes nomina sortiebantur à patria, ex qua
venerant, non à patria in qua moraban-
tur, sicuti legere est in eadem Notitia sub
Duce Rhætiæ vtriusque: *Tribunus co-
hortis tertiae Herculeæ Pannoniorum Arbo-
re &c.* quamvis in Tabula Valeriae *Tri-
bunus cohortis Marinanae* videatur à loco
Valeriae denominatus.

IV. *Meneiana* castra sunt Lazio
vbi nunc *Manspurgum* castrum pro-
pè Petovionem, cui assentiri non pos-
sum, cum Antoninus illa recenseat in
itinere *Æmona Sirmium* hoc ordine:

Ego Labacum

| |
|----------------------------|
| <i>Ratschach.</i> |
| <i>Gurckfelda</i> |
| <i>Zagrabia, vel propè</i> |
| <i>Sisseck certò</i> |
| - - - |
| - - - |
| - - - |

transeundo Comitatum Possegiensem,
si liceret per Turcas.

V. *Montana castra*. nominantur An-
tonino in itinere Aquileia Laureacum
post Virunum, & Candibianam (id est, vt
Lazius putat Friesacū, & Judenburgum
hoc Styriæ illud Carinthiæ) immediate
C. ponitur *Montana*. In alio itinere Ovilabi
Virunum sic loca disponit Antoninus:

*Cluver.**Wels*

| |
|----------------------|
| <i>Leonpach</i> |
| <i>Heilig Creütz</i> |
| <i>Sunebenkirch</i> |
| - - - |
| - - - |
| <i>Völkhemarckt</i> |

meræ conjecturæ, quæ dum vni pla-
cent, alteri displicant; nec possunt sa-
tis cum itinerum subductione compo-
ni. Lazius *Montana* interpretatur Ro-
tenman, & inclinat in Admont Cæ-
nobium, sed vult habere illic anti-
qua

qua ruderæ , quæ fortè Monachi cùm Cænobium primò conderent in funda-
menta , & muros conjecterunt. Non
semper antiquæ inscriptiones necessa-
riæ sunt , si ratio itinerum , & alia argu-
menta probant. Nomen *Montana*, cum
Admont magnam habet affinitatem, & si-
ve Ovilabis Welsium sit, vt habet Clu-
verius , sive Lambach Cænobium , vt
vult Lazius , & alij , sanè ex vtroque lo-
co via potest deduci Virunum id est
Frisacum Lazij , vel Völkemarktum
Cluverij per Admontense Cænobium.
In castro Tanczenberg Carinthiæ ex-
tant duæ inscriptiones antiquæ , quæ
āmbæ *Montana* nominant , & ter-
tia propè S. Viti civitatem ejusdem
viciniæ , vt proinde si certum locum
Montanis non possumus assignare , fal-
tem in Carinthia oporteret illa quærere.

VI. *Muroëla* Ptolomæo cognita in Pannonia superiore , in qua ferè
conveniunt authores , quòd sit hodier-
num oppidum ad Muræ ripam in su-
periore Styria *Mureck* appellatum. Ber-

Laz. I. 12. f.
6. cap. 5.

Ptol. lib. 2.
c. 15.

Antonin : Sirmium

| | |
|--------------------|---------|
| <i>Vlmos</i> | XXVI. |
| <i>Cibalas</i> | XXXIV. |
| <i>Mursam</i> | XXII. |
| <i>Antianas</i> | XXIV. |
| <i>Soppianas</i> | XXX. |
| <i>Limusam</i> | XXII. |
| <i>Silicenas</i> | XVI. |
| <i>Valcum</i> | XXVIII. |
| <i>Mogetianum</i> | XXX. |
| <i>Sabaria</i> | XXXVI. |
| <i>Scarabantia</i> | XXXIV. |
| <i>Mutenum</i> | XII. |
| <i>Vindobona</i> | XXII. |

tius , Pyrckheimerus , Lazius , Moletius ,
A. Ruscellus : Sed Cluverius contendit
esse Græcium. Certè Græcium esse
non potest , quià suppono illud situm
esse in Norico , aut si spectabat ad Pan-
noniam , fuit intrà Deserta Boiorum , in
quibus cum dicat Plinius suo tempore
solùm Savariam , & Sacarbantiam ha-
bitari , nec meminit Muroëlæ , signum
est , quòd alibi quærenda sit Muroëla.

Clu. in Vind.
cap. 6. fin.

VII. *Ad Muros*. ab Antonino re-
censetur in itinere Sirmio Sabariam , &
ab Arrabone Carnuntum , quod Lazius
idem esse credit cum Marcellini Muro-
cincta , & hodierno *Sumureyn* , quilo-
B. cus euntibus è Prugga Austriae Alten-
burgum , transeundus est. Idem sen-
tiunt Simlerus , & Bertius , quibus nec
assentior , nec contradico.

Laz. I. 12. f.
3. c. 6.

VIII. *Mursia* Ptolomæi (hodier-
na exemplaria habent *Musia colonia*) in
Pannonia inferiori eadem est cum Mur-
ia Antonini , qui su'bducens iter Sirmio
Vindobonam , tertio eam loco no-
minat.

Ptol. lib. 2.
cap. 16.

Bertius Sirmium

Bert. Germ.
L. 1. cap. 21.

| |
|-----------------------|
| Iltz |
| Palma |
| Murovicza |
| Baranowor |
| Soppan |
| Musnburg |
| Zeps |
| Veletz |
| Zika |
| <i>Stain am Anger</i> |
| Schapring |
| Martz |
| Vienna |

**Laz. I. 12. f.
2. cap. 6.**

Loca hæc penè omnia nunc sub
jugo Turcarum sunt , & paucis nota.
Lazius , qui Vngariam lustravit , nescio
an melins de *Marsa* divinat , cum ait :
Mursam fuisse , ubi est hodie *Esekium Dra-
vi* , notissimum vel clade Christianorum
Anno Domini 1537. à Turcis accepta ,

C. *haudequidem ambigo*. Elige ex his quod
placet. Id certum est Pannoniæ in-
ferioris oppidum vel coloniam fuisse
Mursam , multis casibus celebrem ,
vt infrà in Chronologia ostendam.
Nam ibi sub Gallieno Ingenuus Ty-
rannus , qui purpuram sumperferat oc-
citus

Orof. l. 7. c.
15. sext. Aut.
in Constant.
Hist. Tripar.

cisus est, teste Orosio. Ibi Constantius cum Magnentio dimicans victo-riam retulit: ibi Vetrannio post Constantis necem Imperium arripuit. Ibi Episcopalis quondam sedes Arianismo Valentis Episcopi infecta &c.

Laz. l. 12. Re.
lett. 3. c. 4.
Ptol. l. 2. c.
16. Molet. in
Colmog.

IX. *Mursella* diversa à Mursa, locus erat notatus ab Antonino inter Sabariam, & Bregetionem, propè Bassianam. Lazius putat eam soli Antonino notam fuisse, sed Ptolomæus eam etiam recenset in Pannonia Inferiori inter Certissam, & Cibalim, qui tamen non solet semper servare ordinem situs. Moletius interpretatur Monstor, sed Lazius Bassianæ tribuit Papocz Monstor. Erit fortè aliquando tempus, cum repulsa Turcarum barbarie Christianis occasio dabitur in hæc loca diligentius inquirendi, & rudera inspiciendi si quæ supererunt.

X. *Mutila*. oppidum fuit sive Istriæ, sive Japidiæ, quod à Claudio Consule Anno V. C. 576. captum scri-

bit Livius quando Æpulone Rege Histrorum perempto sub jugum missa fuit Histria. Ubinam steterit Mutila meritò ambiguus hæret Cluverius, licet suscipetur inter Polam & Arsiam, vbi nunc Medolino vt cùmque vetus nomen refert. Sed cum Japydes contigui Histri eodem haud dubiè bello impliciti fuerint, non caret suspicione, quod post occupatum Nefactum digressus fuerit Consul in proximam Japidiam, & primariam etiam eorum Urbem Metulum occupaverit, cujus loco Mutilam scripsit Livius, sicuti ejus Epitomator Florus (ut alibi dicam) Mutinam substi-tuit eidem nostro Japidico Metulo, cum de oblesso illuc Decimo Bruto ageret. Et sanè cum Ptolomæus in descriptione Istriæ mentionem nullam faciat Mutilæ, cum tamen Nefactij meminerit, quod tuūc æque ac Mutila deletum scribitur à Livio, videtur potius Metulum Japidiæ, quam alia vrbs à Livio, nominari.

§. V.

Antiqua nominalocorum Carnioliae vicinorum Lit. N. O.

Nefactum, Noreia, Noricum, Olimacum, Ovilabis.

Liv. l. 41.
Ptol. infra. c.
Manz. in de-
script. Istriæ.

 *Efactum*, quod Livius Nefactum, Ptolomæus verò Nefactum scripsit, oppidum fuit Istriæ quod interiit. Manzolius ejus situm indagans varias format conjecturas. Et primò putat fuisse inter montem Serminum, & Formionem flumen, quem Romani ad alteram partem averterint, quando Æpulonem Regem obsidebant. Mox iterum opinatur stetisse propè Justinopolim ad radicem montis S. Nicolai. Demum ait à quibusdam existimari, quod Nefactum fuerit in ruinis illis, ex quibus Cittanova ædificata est ad flumen Quietum. Et posset hæc conjectura firmari ex eo, quod Cittanova post-

quam ex illis ruinis constructa fuit, appellata sit Novetum, quod est affine nomen Nefactio. Diximus alibi ex testimonio Doglionij Cittanovam quondam dictam Novetum. Quiā tamen ego alibi ostendo Cittanovam ædificatam esse ex ruinis ALVI, quod Ptolomæus inter oppida Istriæ mediterranea recensuit; credam potius cum Cluverio Nefactum stetisse ad flumen Arsiam, vlrà Polam. Id enim tam ex Plinio quam Ptolomæo sat clarè elicetur. Plinius locorum ordinem servans ait: *Parentium, colonia Pola, mox oppidum Nefactum, & nunc finis Italæ fluvius Arsia.* Ptolomæus similiter: *Parentium Pola, Nefactum, finis Italæ.*

Clu. Ital. lib.
1. c. 21.
Plin. l. 3. c.
19. Ptol. lib.
3. c. 1.

II. Noreia. quæ jam Plinij ætate interierat, magnâ inquiritur difficultate. In hoc situ (Istriæ videlicet ac Venetiæ) interiere &c. Carnis Segeste, & Ocras Tauriscis Noreia. Ità Plinius, sed quià situm amplissimum complexus est, divinationi non dedit locum. Strabo aliquantum aptius: Extrâ Venetiæ quidem fines Aquileia est: flumine verò ab Alpibus descendente distaminatur, per quod sursum navigatur stadiis mille ducentis ad urbem, usque Noreiam; ubi Cn. Carbo collatis adversus Cimbros signis re infecta descensit. pro

Cn. Carbone reponit Q. Catulum Palladius, Facile auctorem, inquit, Carbonis auctoritas decepit, que tunc ingens in Republica erat, & ipse Marianæ factionis defensor ac Princeps propemodum præclarus multa bello, & pace gesserat, ut facile eorum temporum facta memoranti pro Q. Catulo irreperit Cn. Carbo. Sed ubi tamen illa vetus Noreia? quod illud flumen, quo adverso navigatur ad Noreiam urbem? Lazius resolute. Accidit enim litera N. in G. literam aspirantem à barbaris, Slavis præcipue ejus agri colonis conversa, ut hodie Goritiam & Goritianum Comitatum passim pro Noricia appellemus, quam Noriam fuisse omnino adserimus. Verum Lazius non ostendit flumen, quo adverso navigaretur Goritiam, & quod simul distaminaret Aquileiam à Venetiæ finibus. Cluverius allegato, & coram textu Strabonis: Stadia autem quingenta, quum millia efficiant sexaginta duo cum passibus quingentis Noreiam fuisse puto circâ id oppidum quod vulgo nunc dicitur Venzone: unde navigabilis jam incipit esse Tilavemptus. Hoc congruenter ad sua principia, quià Tilavemptum flumen (nec malè) medium ponit inter Venetiam & Aquileiam, ut Straboni obsecundet. Quid verò ad hæc dicturi sunt, qui extrâ Goritiam hodiernam nullam agnosceré volunt Noreiam? & qui eam proximè ad Goritiam locant in Salcano vico? Oculos in septentrionalem plagam convertes ad Alpium radices, ad ex-

tantia suprâ vicum Salcanum excise No. A. reiæ vestigia, inquit Gaudentius Hilarius ad Leopoldum Augustum. Quid illi, quibus omnino persuasum est Goritiam denominatam esse antiquitùs Noriciam, à Norico regno, cuius tamen nomenclaturæ nullum antiquum proferri potest documentum, nisi de Anno 1346. vel 1347. quo Bertrandus Patriarcha in literis ad Decanum Capituli Aquileiensis suam expeditionem contrâ Comitem Gorianum perscripsit, & Goritiæ loco nomen Noriciæ posuit apud Lazio his verbis: Non expedit Noricianum Comitem recensere, postquam B. ejus copiis interceptis Braviolanum evertimus, Ventionuuque in potestatem redigimus. Rebus Aquileiensibus compositis Carolus Cesarem Aquileia apparatus splendido acceptimus &c. Cum autem Norianus Comes adjuvantibus Comitibus Currictane Insulae, Veglam vocant, Georgium Duinum vetigalem nostrum aggressus esset, mox factis cum eo induciis in agrum nostrum hostiliter contendenter, nos nostris auxiliaribusque Caroli & Joannis copiis Cormonem tendimus. Diebus ibi decem commorati, inde castra Noriciæ sacratissimâ Nativitatis nocte admovimus. Hinc direptis hostibus recedentes Belgradum cepimus. Ex hoc loco, & scripto nihilominus certò non potest constare, quod Goritia dicta sit aliquando C. Noricja, & nomen acceperit ab antiqua Noreia, quià I. Lazius hoc adducens non adjungit an ex authenticis scripturis, an aliunde id habeat. 2. quià colligitur ex aliis authoribus, quod partem hanc Epistolæ desumpserit ex Candido, qui pro Goritia usurpat nomen Noricia, & ipsam quoque Epistolam corrupit, minusque fideliter descripsit. Nam aliter eam producit ex Archivis Utinensis Ferdinandus Vghellus, & post eum iisdem verbis Franciscus Palladius quibus potius credendum judico. Sic verò habet Vghellus: Pergit Candidus partem Epistolæ referre, quæ cum sit mutila, nos ex sanctiori tabulario Ecclesiæ Utinensis

B. Ma-

Plin.lib.3.
c. 19.
Strabo l. 5.Hen. Pallad.
rer. Foro Jul.
ib. 4.Laz. Reip. I.
12 sect. 6.
cap. 2.Clu. Ital. ant.
lib. 1.c. 20.P. M. E. in
Orat. ad Leo.
Aug pag. 7.Vghel. T. c.
Ital. sac. fol.
103. Franc.
Pal. rer. Foro
Jul. P. I. l. 8.

B. Mariæ nominis sacræ integrum damus, iis verbis exscriptam. Recordare fili Decane & in mente revolve &c. Ubi præmissis multis tandem venit ad præmemoratum paragraphum à Lazio exhibitum, cuius stylus & verba planè aliter sonant, & ita exprimuntur: *Pro redemptione Venzoni quanta sustinuerimus, & victoriā Ecclesiæ divinitū traditam, & captionem Nobilium Comitatus Goritiæ, diruptione Bragulini, introitu Venzoni non expedit dicere, quia res Deo operante satis per se clariuit, & extitit manifesta.* Pace verò terræ redditâ, D. Carolus nunc Romanorum Rex navigio venit Aquileiam, ubi ipsum recepimus, sicut decuit tantum Dominum, & secum duxit D. Bartholomæum &c. Processu verò temporis Comes Goritiæ ful-tui potentia Comitum Veglæ, aggressus est de guerra fidelem nostrum, & Ecclesiæ Aquilejenis Georgium de Duino, & finaliter factis treguis inter eos, idem Comes cum magna potentia ingressus terram nostram &c. Et primò ivimus Cormonem, ubi stetimus decem diebus, & ibi dato damno, quod dari potuit, castra nostra in vigilia Nativitatis Domini duximus Goritiam, & solennitatem sacratissimæ noctis Nativitatis Dominicæ, & missas tres diei illius &c. celebravimus in campis ante Goritiam &c. Hæc magis sincera si non ex originali saltem ex authentico, & antiquo scripto deprompta, non depravata sunt; nec vllibi legitur Noricia sed Goritia. Proinde verosimilius est Goritiam nunquā fuisse Noreiam, sed recentius conditam, fortè à Slavis post depulsos è Foro Julio Langobardos, dictamque Goritzam, quasi parvum montem, cum Gora montem, Goritz morticulum apud Slavos significet, cuius modi plura loca in his partibus reperiuntur, vt Goritschiza, Goritschina, Golagoritz &c. Atque hinc sequitur quā fallantur Recentiores, qui Noreiam veterum Goritiæ vel Salcani volunt collocare, neque tamen vlo solidō argumento id probare possunt. Imò habent pro obstaculo

Strabonis authoritatem, qui si verum A.scripsit (vt supponimus) oportet assignare fluvium à parte occidentali Aquileiæ, qui Venetiam regionem ab Aquileia, & Carnorum agro distinet, & quo adverso navigari possit Noreiam. Et cùm per nullum fluvium Aquileia posteriorem navigari possit Goritiam, sequitur manifestè Goritiam nunquam fuisse Noreiam, adeòque nec Salcano vicino id posse attribui. Proinde, qui hætenus veterem Noreiam quærendo circumstantias à Strabone notatas observarunt, vel dissimularunt omnino ejus situm, vel certè p̄ocul à Goritia ho-dierna recesserunt, & nullus (quod sciam) aptiorem ei locum assignavit, quā Cluverius: qui cùm Strabo velit fluvium, quo adverso navigatur Noreiam, situm esse inter Venetiam & Aquileiam, nullum potuit melius designare, quā Tilavemptum: deinde cùm idem Strabo afferat fluvium illum delabi ex Alpinis montibus id convenit Tilavem-pto, & non aliis inter Aquileiam & Venetiam fluentibus: ac denique fluvius navigabilis per quingenta stadia illic nullus est, præter Tilavemptum. Sed tamen errare potuit Strabo & occasio-nem errandi præbere etiam Plinio, dum fortè Noreiam urbem alibi sitam pro Norico posuit, ad cujus fines navi-C.gari potiut per stadia 500. vt legit Clu-verius, vel M. CC. vt habent Strabonis vetustiora exemplaria. Et certè vocem Noreia videtur pro Norico regione usur-passe ad an. 473. Sigebertus: *Odoacer ab extremis Pannoniae finibus Italiam petit, qui per Noreiam iter faciens B. Severin: benedictionem petiit, & ab eo ventura sibi dicit.* Cœterū omnibus istis faceſſit negotium Antoninus in suo Itinerario, qui licet post Plinium vixerit, nihil omni-nus meminit Noreiæ in Norico, vti & Stephanus Byzantius, & Procopius, qui ambo Noricum urbem (fortalè loco Noreiæ) agnoscunt, non quidem in Norico sed in contermina Panponia for-tasse

Steph. Byz.
de vrb. Proc.
Goth. lib. 3.

tasse mutatis eo tempore limitibus, vel errore aliquo levi, qui facile intervenit, vbi de regionibus remotis, ac tamen conterminis agunt Authores. Stephanum primò audiamus. Noricum urbs Pannonia: Populares Norici. Procopius verò: Langobardos interim Imperator No-

rico urbe, & in Pannonia nonnullis prædiis, & aliis locis plerique cum ingenti pecunia donat. Accedit Suidas. Noricum urbem Pannonicarum. sed alio vocabulo vtitur Antoninus, qui subducens iter ab Ovilabi Pætovionem sic ordinat loca, vel potius Tabulæ Author:

Tabulæ. Ovilia

| | |
|------------|--------|
| Vettoniana | XI. |
| Tatastione | XI. |
| Ernolatia | XII. |
| Gabromagi | VIII. |
| Stiriate | XV. |
| Tartufanis | XV. |
| Viscellis | IX. |
| Ad pontem | ---- |
| Noreia | XIV. |
| Matucao | XIII. |
| Varuno | XIV. |
| Juvenna | XXIII. |
| Colatione | XX. |
| Vpellis | XVI. |
| Celeia | XIII. |
| Ragandone | XIX. |
| Petavione | XVIII. |

Cluverio est Wels

| |
|--|
| Leonpach vel Ried |
| Hall |
| Heilig Creütz |
| Steyer im Stader |
| Rotenman |
| Oberwelz |
| Murau. |
| Neumarckht |
| Eberstein |
| Völckemarckt |
| Jaunstein |
| Altenburg vel Prasperg |
| ----- |
| Cileia |
| Seitz Closter melius Robitsch seu Ragatz |
| Petau. |

Totum hoc iter usque Celeiam in Norico veteri comprehenditur, vnde adhuc magis de situ Noreiae proprio dubitari potest, quia nec cum Goritiensi, ut volunt plerique, neque cum Venzonensi ut vult Cluverius, congruit. Scio quod duæ Noreiae excogitari possint, quemadmodum apud Antoninum plures *Fines*, *Turres*, ad *Nonum*, ad *Novas*, ad *Flexum* reperiuntur in diversis regionibus. Scio etiam sèpè accidere, ut pulsi ex una regione populi ad aliam migrant, eique nomen tribuant prioris patriæ, ut ipsis Noricis accidisse putat Billibaldus Pyrckheimerus, vbi ait: *Hoc pro comperto habeo, Noricos quum à Romanis expellerentur ultrà Danubium, & in hanc regionem concessisse, quæ & hodie ab his nomen retinet, & Norica vocatur, quæ continetur quidquid ab exitu fluvij Almonis in Danubium Norimbergam usque protenditur: ut Albus burgus, nunc Weissenburg,*

B. in Noricis esse dicatur. Sed & procul dubio Norimberga, quasi mons à Norica regione nomen accepit &c. Idem potuit evenire cum nomine Noreiae, ut primâ illa Q. Catuli clade famosâ Noreia excisâ ac di-ruta, in eodē Norico chalybis ac ferri fodinis nobilitato alia construeretur diverso loco, & forsan ab aliqua sive sitûs, sive structuræ similitudine denominaretur Noreia. Cæterum illud mihi paulò maiorem scrupulum injicit, quo minus Norreiam veterem Goritiæ vel Salcani agnoscam, quod Strabo Noreiam in Norico ponat idemque senserit C. Jul. Cæsar qui de Helvetiorum expeditione differens inquit: *Boiosque, qui trans Rhenum incoluerant, & in agrum Noricum transferant, Noreiamque oppugnarant, receptos ad se socios sibi adsciscunt.* ita exemplar Gryphij; at Florentinum Noram, Carrariensis Noriciam, Manutij Noricam habet. Cùm igitur Noreia, vrbis Norici fuerit

fuerit, & toti regioni nomen indiderit, nescio, quo paet locari possit Goritiæ si Carnia à Norico separata fuit, vti ex dictis suprà cap. I. constat, plurium authorum consensu: cum Goritia, & tota ejus regio antiquæ Carniæ inclusa fuerit. Nihilominus in favorem eorum, qui Goritiæ vel Salcani Noreiam veterem se reperisse existimant putarem adstrui posse ex Ptolomæo, qui meridionalem Norici partem usque ad Istriam extendit, neque obstat specialitas nomenclaturæ, quod ibi Carnia fuerit ubi Goritia nunc sita est, quia Norici nomen universale fuit plures populos, & regiones complectens. Secundò B. quod Strabo, si rectè legatur, & inter pungatur, non dicat expressè Aquileiam disterminari flumine, quo Noreiam navigatur à Venetiæ finibus, sed fortè volebat dicere, quod distermine tur à Norico, vnde ego sic legerem tex tum Strabonis: *Extrà Venetiæ fines Aquileia est. Flumine verò ab Alpibus descendente disterminatur à Norico, per quod sursum navigatur Stadiis mille ducentis ad urbem usque Noreiam.* Flumen verò istud assignarem ego Turrum, qui infrà Mon falconem Lisontio se infundit ac nomen perdit, quo adverso, vbi scilicet jam Lisontius est, navigari potest Goriam, quæ vix mille passibus inde distat. Turrus quippè obliquo lapsu Carniam anti quam à parte septentrionali videtur se parasse à Norico, & deinceps à confluente Lisontio usque ad mare à parte Orientali à Japidia. Fortè hæc mens fuit C. Plinij: *Alsa, Natissō cum Turro præfluentes Aquilejam coloniam XII. m. p. à mari sitam; Carnorum hæc regio; juncta que Japidum: annis Timavus, castellum nobile vino Pucinum, Tergestinus sinus, colonia Tergeste, Formio annis, antiquitus auctæ Italæ terminus, nunc verò Istriae.* Ecce Japidiæ initium ad Timavum, vnde & Poëta canebat:

- - - - - *Japidis arva Timavi.
Timavus verò à parte Orientali est*

Lisontij, seu *Turri* fluvij, qui olim sic A. nominatus fuit, Lisontio scriptoribus ignoto ante Antoninum, & coævos. unde Carnia adhuc Turrum, & Lisontium quâ in mare se exonerat complectebatur, sed id quod suprà confluentes Turri, & Lisontij erat, non amplius Carnorum regio, sed Noricum erat. Et quia Gradisca ac Goritia suprà confluentes ejusmodi sitæ sunt, ad easque adverso Turro sive Lisontio navigari potest, nihil inconveniens est, si dicatur Strabo hunc fluvium intellexisse, quo adverso navigabatur Noream, & illic situm agnovisse Noreiæ, vbi nunc est Goritia vel Salcanum. Neque obstat quod ampliores limites antiquæ Carniæ aliqui tribuant, vti & nos ipsi fecimus sup. cap. I. Non enim semper eosdem terminos servant Provinciæ, sed pro temporum, & occasionum varietate modo contra hunt, modo extendunt, quod vel maximè Carnis, Japidibus, Istris, & Noricis olim accidisse suptâ monuimus. Hoc ergò posito, quod Goritia hodierna fuerit olim in parte Norici, & quod Strabo (errore fortè librarij) omiserit addere illas duas particulas à Norico vbi dixit Aquileiam flumine disterminari, optimè ostenditur, & Goritiæ sive Salcani potuisse esse Noreiam, & flumen illud ab Alpibus descendere, & eo adverso na vigari Noream, quidquid sit de spatio, quod Strabo assignat; & Goriam modo Carniæ modo Norico fuisse adscripta, quemadmodum etiam accidit nostræ Emonæ, quam Herodianus Italæ accen sicut, Ptolomæus Pannoniæ, vti & Plinius: sic quoque Nauportum Tauriscorum coloniam vocavit Strabo, quod tamen Tacitus, & Paterculus in Pannonia ag noverunt. Ethæc in favorem eorum, qui volunt evincere Goriam esse veterum Noreiam, licet oppositum nobis multò probabilius videatur.

XI. *Noricum vrbs seu Noreia altera.* De hac intelligendi sunt suprà re lati authores Stephanus Byzantius, Suidas

das, Procopius, Antoninus, quam in superiori Styria sitam fuisse Itinerarium convincit, sed ubi, & quo loco, incertum manet, quamdiu de extremis vicinis, quæ sunt Viscellis, & Viruno disputant Authores. Jam memorati Norreiam hanc celebrant à splendido, & lucido ferro, cuiusmodi per Styriam superiorem plura occurunt loca, quin & in Carinthia, & Carniola. Lazius non advertens ad iter Tabulæ de Norico urbe sic discurrit : *Fit Noricæ civitatis mentio in historia beati Quirini, quod in ea captus delituerit, à Præside Maximo è Siscia buc missu, qui postea Sabariae finem vitæ Martyrio accipit : id quod alia historia de Vindobona animadvertunt, ut verisimile sit ubi hodie Vienna est Austria, Noricum illam urbem fuisse, in qua hanc usque in diem ingens ferri emporium est.* Etiam Labaci, etiam Leobij, etiam Styræ, etiam alijs in locis ingens ferri emporium est, neque tamen ullus in his quærerit Noricum urbem vel Noreiam. De historia S. Quirini sunt multa dubia, & adhuc sub judice lis est, cuius locifuerit Episcopus S. Quirinus, Aquileiæ, an Sisciæ, an Laureæ, quæ non est commodum hic discutere: videantur Palladius, & Bollandus. Ego agnoscerem cum Cluverio Noream in Neumarkhta Styriæ superioris nisi Frisaco tam propinqua esset, ubi Virunum fuisse arbitror.

Henr. Pall.
Forojul. lib.
s. Bolland. in
vit. SS.

Pecentinum. Prætorium recentetur ab Antonino in itinere, quod subducit Æmona Sirmium, post Sisciam nominat Variana, Meneiana, Incerum, Mansionem Augusti in Prætorio Pecentino, Leuconum, Cirtissam, Cibalim, Sirmium. Lazius putat esse Pecentinum, Pecaritz in Pannonia inferiore. Loca hæc à Turcis nunc occupata non facile conjectorem nanciseantur.

XII. Olimacum Ptolomæo in Tabula Pannoniæ superioris nominatum videtur Lazio esse Lymbach in Styriæ inferioris confinijs cum Vngaria, eo quod ibi ruderæ antiquitatis reperiantur. De hoc Geographi tacent; nec ego in re dubia quidquam velim determinare. Bertius cum Lazio dubitat annon Olimacum idem sit cum Antonini *Alicano* inter Arrabonem, & Petovionem sítō, quod Arrabone XL. m. p. distat Petovione verò XXX. & alibi vocatur Hili-canum, & Hæclitanum.

XIII. Ovilabis. quæ & Ovilavis Antonino, & Ovilia Tabulæ. Lazius putat esse Lambachum superioris Austriae, quod antiquam habet inscriptionem, ex qua colligitur illic situm fuisse Ovilabis: nam legitur in ea inscriptione COLONIA AURELIA ANTONIANA OVIL. TRIB. LEG. III. &c: Consentunt Lazio Peutingerus, & Bertius. Contrà verò sentit Cluverius, qui ex itineris supputatione Ovilabim in Welsio reponit, & Tergolapen Lambaci. Cum Welsium Lambaco duobus tantum milliaribus distet, ac fundatores Lambacensis Cænobij fuerint Comites Welsij, lis componi posset, si diceretur lapidem illum antiquum Welsio delatum fuisse Lambacum, & re ipsa Ovilabim veterem Welsij quærendam.

§. VI.

Antiqua nomina locorum Carnioliae Vicinorum.

Lit. P. Q. R.

Peijo lacus. ità eum nominat Plinius. At sext. Aurel. Victor, & post eum Jornandes Pelsonem lacum appellant: dubium an non erroneè. Est autem lacus ille citrà dubium vicinus Sopronio, quem Germani Neufidlers / Hungari verò Ferten indigent. Id quod ex vno loco Aurelij colligitur, vbi agens de Galero Cæfare, Diocletiani genero sic habet: *Italiâ decepsit, paulo que post vulnere pestilenti consumptus est:*

Plin. l. 3. c. 24.
Sext. Aurel. Vi. de Cæf. c. 46. §. 1.
cum

sùm agrum satis Reip. commodantem cæsis
immanibus Sylvis, atque emissō in Danu-
biū lacu Pelsone, apud Pannoniō fecisset.
quæ si conferas cum illo Plinij : Nori-
cis junguntur lacus Peiso, deserta Boiorum,
omnino concludes non esse lacum Vn-
garis Balaton dictum inter Comitatus
Zaladiensem, & Vesprimensem, qui
Albam Græcam ferè attingit: hic enim
non potest dici Norico junctus. Sed
potius ille, qui est vicinus Sopronio.
An verò lacus, quem Jornandes nōmi-
nat lacum Pelsodis, idem sit cum lacu
Peisone, dubitare possis. Cùm enim
narrat expeditionem Hunimundi Sua-
vorum Ducis contrà Dalmatas sic ait:
*Hunimundus Suavorum Dux ad prædandas
Dalmatias transit, armenta Gothorum in
campis errantia deprædavit, quia Dalmatiis
Suavia vicina erat, nec à Panno-
niis multum distabat, præsertim ubi tunc
Gothi residebant. Quid plurimum? Huni-
mundo cum Suavis, vastatis Dalmatiis ad
suā revertente Thiodemir Germanus Wala-
miris Regis Gothorum &c. sic vigilavit
in eorum transitu, ut intempeſtā nocte dor-
mientes invaderet ad lacum Pelsodis, con-
seruoque inopinato prælio eos oppresſit &c.*
Ex hoc loco appetat lacum Pelsodis fuisse
in vicinia Dalmatiæ, Suaviæ, & Pan-
noniæ, quod nullo modo congruit la-
cui Peisoni seu *Neusidlersee*, qui licet sit
in Pannoniæ parte superiori septentrio-
nali vbi Deserta Boiorum erant, remo-
tus tamen à Suavia, & Dalmatia. Suaviam verò hic intelligo Pannoniā Saviam
non Sueviam seu Alemanniā, & suppono Hunimundum fuisse Du-
cem vel Regem Saviæ non Sueviæ, qui
revertens ad sua, nimirūm in Saviam in-
ter Dravum, & Savum sitam, vbi do-
minabatur, non potuit tendere ad la-
cum Peisonem in Austria, sed ad la-
cum, quem ego reor fuisse nostrum
lacum Veldes suprà Rattmanſtorffī-
um, vbi propter Savi viciniam tunc
fortè jam Savia Pannonia incipiebat.
Neque credibile est illum contendisse

ad medianum hostium Gothorum Pro-
vinciam, quitunc inferiorem, & supe-
riorem Pannoniā obtinebant, & con-
sequenter etiam lacum Peisonem, reli-
quamque partem usque ad Dravum.
Unde facile potuit Theodemir trajecto
Dravo excurrere in Saviam, & insi-
dias struere Hunimundo propter peco-
ra abacta in Pannonia contigua tunc
Dalmatiis. Certè Suevia hodierna, &
multò magis antiqua illa ad sinum Co-
danum, nimis remotæ sunt à Dalmatiis,
vt inde per plures populos, & qui-
dem hostes, Hunimundus diceretur in-
vasisse Dalmatias. Debet itaque con-
cedi Suaviam Jornandis vicinam Pan-
noniæ, & Dalmatiæ non fuisse aliam,
quām nostram Saviam regionem circà
Savum. Quodsi dicas Suaviam sive
Sueviam, cui dominabatur Chunimundus fuisse Rhetiam cum Tyroli, adeò-
que patentiorē, quām modo sit; ni-
hilominus adhuc remanebit quæſtio,
quomodo redux Chunimundus ad la-
cum illum vicinum Sopronio cum præ-
da deflexisset, cùm longè propiore viâ
in Rhætiam potuisset contendere per
Noricum, & Carnioliam nostram supe-
riorem, nec fuisset opus deflectere in
partem septentrionalem Pannoniæ su-
perioris, in qua lacus ille Soproniensis
sive *Neusidlersee* locum habet. Videan-
C. tur de hoc, quæ in ipsa Chronologia re-
fero de Chunimundi expeditione ad
annum Christi 460. Nec aliam ego Suaviam vicinam Dalmatiis invenio, nisi
fortè pro Moravia intelligenda effet Suaviam, vbi tunc putantur Suevi habitasse. Si
verò hæc cuiquam non placeant, per me
licet aliam Suaviam vicinam Dalmatiis,
& Pannoniæ assignet, vel dicat cum
Cluverio Jornandem in rebus Geti-
cis sæpius lapsum. Certè Tyrolis, &
Rhætia valde remotæ sunt à Dalmatia.

III. *Polybianum*. Non lego nisi apud
Laziū, qui allegat quidē Ptolom. in tabu-
la Pañoniæ superioris, sed in illa nec ver-
bum de Polybiano. Derivat id à Polybio,
X &

Laz. I 12. f.
3. cap. 9.

& credit illud esse Leybnitz propè Græ. *A Polybio Polybianum fortè denominatum erat, quod hodie Leybnitzium appellamus. Ut verò hoc credam facit in scriptio ibidem Polylij Solveni reperta.*

POLYBIO SOLVENS ET VELLECIAE MATRI.

Nomen Leybnitzij vteunque ad Polybianum adludit, verùm nec Leybnicium videtur fuisse in Pannonia, sed potius Norico., nec alibi reperitur nomen municipij Polybiani. Vereor vt Lazius id è suo depropmferit ingenio.

IV. *Promona* vrbs fuit Liburniæ, cuius meminit Appianus. Sitam fuisse vbi nunc Flumen S. Viti putant aliqui Recentiores, vt Gaudentius Hilarinus,

Jo. Luc. Dal.
mat. lib. 1.
c. 1.
sed ex textu Appiani remotior esse col-
ligitur. Unde non malè puto opinari
Jo. Lucium, qui eam inter Titium &
Tilurum amnes collocat, eo quod ibi
adhuc mons vnum retineat nomen Pro-
minæ, vnica litera corruptum.

V. *Quadrata*. Plura sunt hujus no-
minis municipia. De uno quod inter
Æmonam & Sisciam erat, supra di-
ctum. Aliud occurrit in Pannonia su-
periori propè Flexum. Lazius suspica-
tur modo de Trautmanstorff castro in-
frà Viennam, modo de Prugga Au-
striæ ad Leytam, modo de Villa Neu-
fisl ad lacum cognominem. Cluverius
Cluver. in
Vindel.
fortè melius observato itineris ductu.
Nam Antoninus, & Tabulæ sic habent.

| | | | | | |
|---------|-------------------|-----------------|--------------------|----------------|--------------------|
| Tabula. | <i>Brigantio</i> | <i>Antonin.</i> | <i>Bregetione.</i> | <i>Cluver.</i> | <i>Strigonium.</i> |
| | <i>Arrabo fl.</i> | <i>XXX.</i> | <i>Ad Robona.</i> | <i>XXX.</i> | <i>Iaurinum.</i> |
| | <i>Stailaco.</i> | <i>XII.</i> | <i>Quadratis</i> | | <i>Wiselburg.</i> |
| | <i>Ad Flexum.</i> | <i>XIII.</i> | <i>Flexo.</i> | <i>XX.</i> | <i>Altenburg.</i> |
| | <i>Gerulatis.</i> | <i>XVI.</i> | <i>Gerulata.</i> | | <i>Cberburg.</i> |
| | <i>Carnunto.</i> | <i>XII.</i> | <i>Carnunto.</i> | <i>XXX.</i> | <i>Haimburg.</i> |

Appian. in
Illyr.

Not. Imp.
Guid. Panci-
rol.
Bert. cit. sup.
in Germ. l. 1.

Periti eorum locorum scient discer-
nere, & subscribere cui maluerint. No-
titia Imperij etiam meminit Quadrati,
& ibi collocat Equites Mauros. Ber-
tius interpretatur Quadratum Pres-
burg, sed Presburgo vel Posonio L. m.
p. nemo numeraverit Haimburgum id

B. est Carnuntum Cluverij vel pagum Pe-
tronellæ, quem alij credunt Carnun-
tum, vtisprà diximus.

V I. *Ragando*. Nominatur ab An-
tonino inter Celeiam & Pætovionem
distans XVIII. m. p. ab utroque,
sic.

| | | | |
|-----------------|-------------------|------------------|------------------------------|
| <i>Antonin.</i> | <i>Juenna.</i> | <i>Cluver.</i> | <i>Taunstain.</i> |
| | <i>Colatione.</i> | <i>XX. m. p.</i> | <i>Altensburg.</i> |
| | <i>Upellis.</i> | <i>XVI.</i> | <i>St. Petter.</i> |
| | <i>Celeja.</i> | <i>XIII.</i> | <i>Gilly.</i> |
| | <i>Ragandone.</i> | <i>XVIII.</i> | <i>Seitz melius Rogatez.</i> |
| | <i>Pætovione.</i> | <i>XVIII.</i> | <i>Petovium.</i> |

Laz. Reip.
lib. 12. sect.
4. cap. 5.

Vult ergò Cluverius Ragando-
nem esse Seitz Cartusiam, Lazius verò
interpretatur Robisch Cænobium pro
Ragandone. Ego nuspia reperio Cæ-
nobium vllum nominatum Robisch.
Fortè Lazius informationem ab aliis ac-
ceptam malè intellexit, ac nominavit
Robisch idque coniunctit cum vicina
Cartusia Seitz vel Monasterio Monia-

C. lium S. Dominici dicto Studenitz, quod
licet ferè eadem distantia inter Cilejam,
& Petovionem situm sit, hodieque re-
gia via illuc ducat, vero tamen similius
apparet Antonini Ragandonem esse
hodiernum Rohitsch, quod ante non
multos años appellabatur Rohatsch jam
verò à Slavis & Croatis vicinis dicitur
Ragatez : estque celebre oppidum di-
stans

stante Celeja quatuor milliaribus Germanicis, & totidem Petovio, quæ ipse mensuravi; quod infrà duos colles situm est, qui cum duabus arcibus orientur, & ex traditione dicatur locus antiquus, hic potius fuerit Ragando, quam in Studenitz, vbi solum Monasterium extat. Et manet adhuc veteris nominis in recentiore vestigium Ragando Ragatez. Errat verò Cluverius in illo itinere Juenna Cilejam. Si enim Juenna est ut ipse putat *Jauenstein* / & ego quoque non refugio, cum illa vallis dicatur Junensis, quasi Juennenensis, monstreturque adhuc Ebrndorffij caput simulacri Junonis, quæ illic ab Ethnicis colebatur: inde procedendo Altenburgum invenies quidem m. p. XX. seu quinque nostratia millaria, sed ex Altenburg ad S. Petrum non sunt XVI. m. p. nec ex S. Petro Cilejam XIII. Aliud ergò iter tenuisse veteres oportuit. Cæterùm ex voce Ragando videntur incolæ aut vicini Slavi processu temporis formasse vocem Rohatsch, vel Rogatsch à situ oppidi cui duo colles cum duabus vicinis arcibus, modica vallè pro via & transitu interjectâ, imminent quasi duo cornua. Slavis verò Rohatsch vel *Rogatsch Cornutus* appellatur. Extabat olim ibi vetus inscriptio, quæ Petovionem translata est, ut habet Laziū.

TEMPLUM. DEI. SOL. IN UMIT. AUREI
JUSTINIANUS. V. P. DUX. LABE.
FACTATUM RESTITUIT.

VII. *Regius mons*. Cujus mentionem facit Paulus Diaconus dum Alboini Langobardorum Regis è Pannoniis iter in Italiam describit his verbis: *Igitur cum Rex Alboin cum omni exercitu suo, vulgique promiscui multitudine ad extremos Italiae fines pervenisset, montem, qui in eisdem locis prominet adscendit, indeque prout conspicere potuit, partem Italiae contemplatus est: qui mons propter hanc ut fertur causam ex tempore mons Regis appellatus*

est. Ferunt in hoc monte Bisontes feras empertingat, quæ horum animantium ferax est. Denique retulit mihi quidam veracissimus senex, tale se corium in hoc monte occisi bisontis vidisse, in quo quindecim, ut ajebat, homines, unus juxta alium potuissent cubare. Indeq; Alboin cum Venetiæ fines, que prima est Italiae Provincia sine aliquo obstatulo, hoc est civitatis vel potius castri *Foro-Juliani* terminos introisset, perpendere cœpit, &c.

Laziū hunc locum observans recurrit more suo ad vocum allusionem, & quia in itinere quo Petovione in Carnioliam

iter dicit transeundus est mons *Vogel*, ubi in hanc usque diem castrum cum dominio supereft ad vetus nomē alludens Künigsberg, cuius prosapiæ invenimus Fridericum anno 1310. &c. hunc igitur montem Vogel, putat esse illum monte Regis, quem Alboinus spectaturus Italiam concedit: sed quam multi alij adhuc montes inter hunc montem Vogel & Italiam intercedant, qui ejus conspectu arceant, nemo horum locorum vel modice peritus ignorat. Mons ergò Regius alibi investigandus est, ex quo Italia videri possit, & qui bisontes olim nutrierit. Est verò talis locus in ipsa Carniola nostra in confinibus cum Liburnia, non procul flumine S. Viti, vbi etiam vicius campus nomen servat à Slavis datus *Kralen Polé*, & proximus mons è quo mare Adriaticum videri potest *Krallevi verch* id est Regius collis. Et hac

fuit frequens antiquorum iter è Pannonia in Italiam, vti & hodie è Croatia Flumen Liburniae, & porrò in Italiam. An verò in illo monte & vicinis locis hodie bisontes reperiantur, non constat. Fortè repulsæ & extirpatæ sunt sensim hæ seræ, per Albanum montem, qui Regio continuatur, & in Turciam usque protenditur, alio migrarunt.

VIII. *Rhispia* nominatur à Ptolomæo in Pannonia superiore statim post Savariam. Moletius & Rolaccius divi-

Laz. Reip. I.
12. lect. 4.
cap. 5.

nant esse Vesperin, credo quod voluerint scribere Vesprimium Ungariæ, sed Vesprimium non est in Pannonia superiori, cum terminum superioris Pannoniæ Ptolomæus assignet divertigium Narabonis fluvij, à quo procul adhuc

A infrà situm est Vesprimium. Lazijs putat Rhispiam esse Rackerburgum. Ego id nec ausim negare, nec possim affirmare cum fundamento. Puto tamen in Styria inferiore alicubi locum ei assignandum esse.

§. VII.

Antiqua nominalocorum Carniolæ vicinorum.

Lit. S.



Abatinca. Antonini Itinerariis innotuit, quam Lazijs putat esse Schlaming in finibus Styriæ versus Salisburgensem ditionem. At Cluverius subducto itinere Ovilabi seu Welsio Virunum seu Völkemarcktam, vt ipse putat, Sabatincam reponit in Sunebenkirch. Sed nec certum est quod Virunum sit Völkemarckta, nec ipse omnia loca perlustravit, vt haberet veram viarum & distantiarum rationem, sed solum juxta Mappas processit, & loca quæ videbantur, Antonini Itinerario adaptavit, vt frequentius animadverto. Fuisse locum in Norico, patet ex vicinis quæ Antoninus enumerat Viruno, Siantico, &c. à Ptolomæo in Norico enumeratis. Distantia apud Antoninum inter Sabatincam & Virunum sunt. m. p. LXVIII. id est septendecim millaria Germanica, quæ locorum periti non inventiunt inter Sunebenkirch, & Völkemarcktam seu Gentiforum.

II. Sala oppidum Pannoniæ superioris Ptolomæo nominatum procul à fluvio, nempe Danubio. Lazijs putat id esse Salawar, seu Salamburgum in Styriæ Ungariæque limitibus, memorabile Monasterium, vbi ager vicinus latè ad Muram extensus vulgo in *Savlat* nuncupatur, vbi & Zaladiensem Co-

mitatum Ungari distinxere. Megiferus contentus vocis similitudine scribit Salam esse locum Divæ Virginis templo celebrem propè Clagenfurtum, qui Zollfeld nuncupatur, sed hic ad Noricum spectat: Cluverius *Salam, Sallam, Salle* Antonini pro eodem habet (nec renuit Lazijs) & collocat illud in oppido *Fürstenfelda*. Sed cum Antoninus inter Salle & Petovionem ponat m. p. LXI, id est millaria quindecim, Fürstenfelda vero Petovione non distet nisi decem milliaribus, vel est aliquis error in numeris Antonini, vel Salle alibi reponi debet: forte cirtà Pinckhefaldam.

III. Santicum sive *Sianticum*, Antonino in Itinerariis necum. Megiferus vult esse Veldkirchium Carinthiæ; Cluverius vero Sonegg ejusdem Carinthiæ, vereor vt fallatur uterque; nihil tamen determino. Videantur quæ infra dico de Varuno.

IV. Savaria inter vrbes Pannoniæ superioris numeratur à Ptolomæo. Lazijs suspicatur esse Græcium Styriæ, sequitur Moletius. Verum Savariam & Sabariam esse vnam eandemq; urbem nihil est quod dubitemus: vnde Bertius, & Pyrckhaimerus interpretantur *Stain am Anger* ex ductu itineris apud Antoninum, vel Saruar non nihil remotius vt ait Cluverius.

| | |
|----------------------|--------|
| Antoninus. | |
| Vindobona | |
| Aquis. m. p. XXVIII. | |
| Scarabantia. XXI. | |
| Sabaria | XXXIV. |

| | |
|-----------------|--|
| Cluverius. | |
| Vienna Austriæ. | |
| Baden. | |
| Schapring. | |
| Sarvar. | |

| | | |
|-------------|---------|--------------|
| Arrabone | XX. | Eisenburg. |
| Alicano | XL. | Rackelspurg. |
| Petovione | XXXI. | Petau. |
| Alibi solum | XX.m.p. | |

An benè divinet hoc loco Cluverius a-
lii discernant. Illud puto, Sabariam Di-
vi Martini patriam non posse assignari
Græcio, quod fortè Romanorum tem-
pore nullum fuit, aut si fuit, Norico po-
tiùs quàm Pannoniæ attributum. Sar-
varigitur confluentibus Gunsij & Arra-
bonis cinctum fuerit vera Sabaria, quiâ
& itineris subductio, & aliqua etiam no-
minis affinitas id persuadet.

V. *Savarias* fluvius, Norici &
Ortelius in Syno. Pannoniæ qui hodie Mura dicitur. Or-
telius advertit, quod apud nullum antiqum scriptorem reperiatur nominatus Savarias, præterquam in quibusdam exemplaribus Ptolomæi Latinis: in Græcis verò legi Savum non Savarium. Nunc Græca exemplaria non possum consulere, quorum copiam non habeo. In antiquissima tamen versione Nicolai Donnis lego sicut in communibus sola phrasí nonnihil mutata, & septentrionalem partem Sabariam dictam. Putem deceptum Ortelium, quod & mihi ferè accidisset cum legerem in Ptolomæo: *A divertigio Narrabonis fluvij usq; ad Sai divertigium.* Et paucis interiectis: *quod juxta divertigium est fluvij ad occasum extensi, qui per geminas Pannoniæ fluit scinditurque juxta Corrodunum civitatem, quasi ad montem Cetium: vocaturque ille, qui juxta meridionalissimam Daros.* Vi-
debatur mihi primo loqui Ptolomæus de eodem fluvio, quem paulò ante nominaverat, sed per divisionem situs se-
ptentrionalis, & Meridionalis apertè colligitur, quod de alio loquatnr, cui etiam assignat duplex nomen, nempe à se-
ptentrione est Savarias, à meridie Daros, & sic se habent Mura & Dravus. Non potest autem hoc verificari de Savo, quiâ hic est Dravo meridionalis. Quod Ptolomæus scribens in Aegypto situm

A his fluviis assignet quasi in occasum tenderent, cum fluant ab occasu in Orientem, id facit more suo respiciendo fluvios retrorsum. Unde cum dicit *scinditur apud Carrodunum*, idem significat, quod confluit ad Carrodunum. Ceterum nescio quo antiquo fidejussore Lazius comminiscatur tres diversos fluvios Savarias, vbi ait: *Savaria triplici: quorum alterum hodie Mueram Styri à veteris municipij nomine &c. Muroëla memoria vocant: alterum in hanc usque diem Savanam Cilienses appellant: tertium autem Sabariam præterfluere Divi Quirini historia docet, quem hodie Gunsium appellant.* Non video causam cur hos tres fluvios in unum cogat, cum nullus in alterum vel in Muram influat. Saana siquidem infrà Celeiam exoneratur in Savum, & Gunsius in Arrabonem seu Rabam, & hic in Danubium. Illud quoque Lazius male afferuit primam Pannoniam divisa fuisse in superiorem, & Savarium, sive Valeriam &c. nulla quippe Pannonia dicta fuit Savaria, sed Savia à Savo fluvio, quæ & Interamnensis inter Savum & Dravum: Valeria verò fuit inter Dravum & Danubium. Et hæc de Savaria fluvio.

VI. *Scarabantia* Ptolomæo, & C. Plinio recensita inter oppida Pannoniæ superioris, in quibusdam exemplaribus scribitur Carabantia, & Sacarbantia. Lazius propè Sabariam illam constituit, & modò Kirmendum respicit ibiq; eam locat. Cluverius hic Lazio assentitur, & Schapring designat, uti & Bertius, quibus interim fidem habeo. Plinius ineditio Basilensi An. 1539. nominat Carabantia, fortè errore librarij. In antiquis Synodis, & Catalogis Episcoporū legitur subinde Scaravatiensis, & Scarabantinus Episcopus, qui omniò fuit hujus loci.
X 3

Laz. Comm.
Reip. l. 12.
fæt. 7. c. 2.

Ptol.lib. 2.c.
15. Plin. l. 3.
c. 24. Laz l.
12. f. 3. c. 2.

Clu.inVind.
Bert.Germ.
lib. 1.c. 21.

VII. Scara-

Strabo. 1.7.

VII. *Scordisci* populi Galatarum reliquiæ seu Germanorum, qui Delphos deprædati sunt, multis authoribus nominantur, ex quibus colligi potest, illos proximè ad Japidiam nostram coluisse, & tractus illos possedisse, quos nunc Slavi & Croatæ in Comitatibus Zagrabiensi ac Possegiensi tenent: sed & vtrà progressos per inferiorem Vngariam. Strabo sic de illis: *Noarus* angetur accepto *Colapi*, qui ex *Albio* monte fluens per *Japodes* *Danubium* illabitur ad *Scordiscos* &c. *Romani* etiam *Scordicos* diu potentissimos debellarunt. *Enim* ierò hi penes *Istrum* habitarunt duas in partes divisi. Nam & alij magni *Scordisci* appellati sunt, alii verò parvi. Illi quidem duos inter fluvios habitant *Istrum* illabentes: quorum alter *Noarus* appellatur præter *Segesticam* fluens: alter *Bargus*. Parvi autem vtrà *Istrum* incolebant. Fluvius *Noarus* est hodie *Dobra* *Croatiae*, qui influit *Colapim*, vti suprà monui, cum de *Colapi* agerem: *Colapis* verò *Savum* non *Danubium* illabitur, ad *Siseckum* infrà *Zagrabiam*: vnde appareat, quod illis in locis habitaverint *Scordisci*. Et videtur adhuc loco superesse nomen, siquidem paulò infrà *Carlostadium* inter *Ratschitzam*, & *Grischovizam* est *Serdisca*, quasi *Scordisca* depravato modicè vocabulo. Iterum Strabo eodem libro: *Qui prius potentiâ valebant ad ima redacti evanuere: sicut ex Gallis Boij, & Scordisci*. Ex his colligitur *Scordicos* fuisse eandem ex Gallis ortam gentem cum *Boijs*, adeoque *Germanos*. De moribus, qui locis illis videntur adhærere mutatis populis, Athenæus: *Galatæ*, qui *Scordistæ* nuncupantur aurum in regionem suam non inferrunt: populantes verò alienam regionem ac occupantes non negligunt. Hi autem *Scordistæ* sunt vocati, quia reliquiæ Galatarum extiterunt, qui cum Brenno Duce tunc temporis militaverunt, quando Delphos diripuerunt. Neque hoc loco prætermittendus nobis est locus Livij: *Bastarnæ* relictis in *Dardania* conjugibus liberisque ad

populandam Italianam possent mitti: per Scordiscos iter esse ad mare Adriaticum, Italianamque: aliâ viâ tradi ex exercitum non posse. Dardaniam veterem putat Lazius fuisse vbi nunc *Bossna*, ex qua si ad mare Adriaticum contendas *Croatiam*, & Japidiam transeas necesse est. Uude patet, quod *Scordisci* proximè ad *Japides* accesserint, sicuti hodie *Croatæ Carniolis* sunt contermini. Inter *Poeonas* seu *Pannonios* coluisse illos tradit *Appianus*: *Hi etenim à Romanis bello superati, ad Istrum tandem fluminis pervenere Insulas*. Procedente verò tempore nonnulli iterum egressi *Poeonas* incoluere ultimos; & ob id nunc quoque inter *Poeonas* *Scordiscorū* genus superest. Ultimos *Poeonas* vocat *Pañones* superiores, qui ipsi in *Græcia* scribenti erant ultimi. In *Pannonia Inferiore* locat eos *Niger*, *Meninit* *Scordiscorum*, & *Plinius*: *Mons Claudius*, cuius in fronte *Scordisci*, in tergo *Taurisci*. Sanè si *Taurisci* fuerunt *Styri Montana* habitantes, & mons *Claudius* dicatur esse (ut vult *Lazius*) mons ille, quem *Rohitscherberg* appellamus, *Styriam* inferiorem terminat, ab ejus fronte Orienti obversa hodie sunt *Sclavi Zagrabienenses*. Alij montem *Claudium* ad *Zagrabiam* collocant, sed cum *Scordisci* se extenderint in *Panniam* inferiorem, vtrà *Zagrabiam* rependus videtur *Mons Claudius*.

C. VIII. *Segesta*. Plures hujus nominis vrbes fuisse monui suprà Capite 2. §. 6. Hic de *Segesta* quærimus *Pannoniæ*, quam meo judicio optimè designat *Plinius*: *Colapis in Savum influens* juxta *Sisciam*, gemino alveo insulam ibi efficiens, quæ *Segestica* appellatur. Haud dubiè ibi *Segesta* vbi *Segestica* insula, quæ ab vrbe nomen accepit. Sed vbi ejus rudera? suprà coniunctionem non procul *Siscia*, & omnino non procul, quia fortè attigit hic scopum *Cluverius*, qui *Sisciam* urbem eandem esse cum *Segesta* pronuntiat: *Credo, inquit, Romanos*, quum hæc loca primum debellarent, inventam ibi urbem *Sisciam* clarissimæ poten-

Athen. Delphos, lib. 5.

*Appian. in Illyr.**Nig. ap. Ort.**Plin. l. 3. c. 25.**Clu. l. 1. Ital. cap. 20.*

potentissimæque in Sicilia urbis nomine, sibi dudum notissimo appellasse Segestam insulamq; conterminam inde Segestican: posteaquam vero præsidia sua imperiumq; buc intulerunt; vero nomine probius cognito Sicciā vocare perrexisse. Lazius ab Appiano seductus vlt̄rā Sirmium produxit situm Segestæ huius, licet insulam illam, in qua sita est Siscia Segesticam appelleat: Appiani verba sunt: Cæsar in Segetanorum & Pœonum regionē usq; ad Savum fluvium est profectus. Hujus in ripa civitas latissimo fluvio, & ingenti fossa munita confidet: qua ex causa potissimum Cæsar illam invasit, veluti belli horreum in Dacos Bastarnasque, qui vlt̄rā Istrum incolunt habiturus. Idem fluvius his in locis Danubius dicitur: nec multò deinde inferius elapsus vberioribus aquis pro Danubio Istri nomen assūmit. Savus autem Istrum influit, erantq; Cæsari naves eo in flumine, quæ commeatum ad exercitum per Danubium adferrent &c. Ex his arguit Lazius: Segestam non procul ab Istro fuisse, qui Daciam à Pannonia dividit, si commodum horreum esse debuit Augusto pugnanti contrà Dacos. Verùm si naves Cæsar in Savo habuit, etiam Siscia vel alia vicina vrbs potuit esse horreum, ex quo alimenta militi per Savum, & deinde Istrum deveherentur. Neque erat conveniens horreum constituere in conspectu hostium; sed remotius, vt variante belli fortuna ab hostium direptione tutus esset. Deinde cùmnarret Appianus Cæsarem debellatis Japidibus profectum esse ad Savum & Segetanorum regionem innuit regionem illam proximam Japidibus. Et ita se res habet, quia ad Savum, si captis Metulo, Arupino & Avendone, venit Emonam, uno inde miliari Savum potuit concendere, & Sisciam secundo Savo delabi. Naves enim in Savo habuit sine dubio acquisitas apud gentem proximam debellatis Japidibus: nempe apud Pannones Emonenses. Quare Segesta illa horreum Cæfaris contrà Dacos, vel eadem est cum

Siscia id est Sislegk, vel in eadem A. faltem insula penes Savi ripam sita fuit.

VIII. Singidunum duplex fuit,

vnum celebre in Moesia, alterum in Pannonia inferiore, vt tradit Lazius, cuius tamen Ptolomæus non meminit, nisi in Mysia. Haud procul Sirmio ab-

Laz. Comm.
1. 12. sect. 2.
c. 2. Ptol. I.
3. c. 9.

fuisse colligitur ex Aurelio Victore, & Procopio. Ille quippe ait: *Jovianus patre genitus Varronianus incola agri Singidunensis Provinciae Pannoniae, imperavit mensis octo: Procopius verò de Gothis: Is autem populus loca suprà Istrum jam pridem incoluere: deinde Gepides loca circa Singidunum & Sirmium tenuerūt. Sic etiam Dia-*

Aurel. vi. &
in Epit. &
Auth. Misce.
1. 11. c. 46.

*Proc. de reb.
Goth. lib. 3.*

B. conus in Miscella: *Et Gepides quidem, ex quibus postea divisi sunt Langobardi, & Avares, villas, quæ sunt circa Singidonem & Sirmium, habitavere. Simocatta ait*

Simocatral.
7. c. 11.

fuisse Sao, & Dravo cinctam. Ex quibus colligitur, quod circa confluentes Savi, & Dravi situm fuerit Singidunum. Fuit civitas Episcopatu insignis, & meminit Author Tripartitæ Urfatii Episcopi Singidonensis. Alterum Singidunum fuit in Moesia vel Servia etiam ad Danubium, quod pulsis Sarmatis Theodoricus Gothorum Rex occupaverat, vt habet Jornandes, nisi idem sit cum superiore. Ortelius afferit esse Senderoviam ex Lazij opinione in Hungaria, ipse verò id ponit in Servia.

Orte. in Syn.
Geograph.

C. IX. *Sirmium primaria quondam Pannoniae inferioris vrbs vltimo quidem loco nominata à Ptolomæo, non tamen vltima Pannonicarum vrbiū, vt notat nuperus scriptor, qui sat procul adhuc ab ea distabat Taurunum ad confluentes Savi, & Danubii, vbi Pannoniæ inferioris limes orientalis affignatur ab ipso Ptolomæo, qui confluentem more suo vocat divertigium. Clarius aliquantò Plinius: Amnis Bacuntius in Savum, Sirmio oppido influit, vbi civitas Sirmiensium, & Amantinorum: inde XLV. m. p. Taurunum, vbi Danubio miscetur Savus. Celeberrima olim fuit, & plurium Cæsarum hyberna sedes. Pro-*

Ptol. lib. 2. c.
16. Lambec.
Bibl. Cæs. 1. 2.
c. 2.

Plin. 1. 3. c.
25.

pè eam natus Galerius Maximianus. In eavel propè natus etiam Gratianus Imp. In ea natus Imp. Probus, & ibidem à suis occisus, vt suo loco dicemus. Fuit Sirmij sedes Episcopalis quā collapsam instaurasse fertur S. Stephanus Rex Vng. sed ea rursum eversa est Sirmio à Turcis occupato anno 1525. suberant Sirmiensi, vt Metropolitano Episcopi Murfianus, Singidonensis, Cibalenfis, Carpensis, Curtensis; sed antiquissimi illis æræ Christianæ seculis. Plura de Sirmio congerit Lazijs, & potissimum laudat vina Sirmiensia.

X. *Siscia* ex Itinerario Antonini: jam suprà ejus situs ostensus est infrà Zagrabiam vbi nunc adhuc nomen retinet Sisseckij, quam ridendo errore Labaci voluit locatam sive Ruscellus, sive ejus emendator Rosaccius, quin & Moletius ad textum Ptolomæi addens *Siscia, Lablatum Lublana*, & paulò ante posuerat *Novidunum Laybach*, quasi Lublana, & Laybach essent distinctæ vrbes. Multò imperitus quidam sciolus nuper scripsit *Sisara Lablatum Lubiana*, quo ostendit se neque scire legere textum Ptolomæi. Erat Siscia metropolis olim Provinciæ Saviae, vbi Thesaurus reponebatur, cui præerat *Præpositus Thesaurorum Siscianorum Saviae* nuncupatus. Hic etiam Procurator monetæ Siscianæ sub Comite largitionum monetam percūticurabat, vt iannotavit Pancirolus. Hic non filebo etiam pagum vicinum Labaco, qui fortasse alicui visus fuit habere rudera Sisciæ, cùm habeat antiquatum vestigia, & vocetur Sischka; & cùm sit ad jactum lapidis extrà Labacum, occurrit fortè Ruscello Lubianam appellare Sisciam, sed nihil minus: quia Sisciæ descriptio apud veteres nullo modo convenit nostræ Siskæ. Rudera quæ habet, ac inscriptiones antiquæ, vel translatæ sunt eo ex proxima Emona, vel certè Emone subvrbia illucusq; protensa fuerunt. Cæterum Carniolis nihil novum, præsertim Labacensibus,

Laz. comm.
1. 12. feb. 2.
cap. 3.

Inchof. in
Appar. Añal.
Vngar.

Ruscel. in
Ptol. Geogr.
Rosac. Molei
in Geogr.

Guid. Panc.
in Not. Imp.
Occid. c. 63.

applicare celebrium vrbi nomina A. suis pagis. Sic extrà portam Teutoniæ cam Labacensem duo sunt pagi, quos modicus rivus interfluit ac separat, pescatorum alter, alter nautarum habitationes, horum vnu appellatur Cracovia, alter Tyrnavia: quæ sunt nomina Metropolis Poloniæ, & nominatae in Vngaria civitatis: Germani dictos pagos appellant *Crakau* & *Tyrna*: Slavi Cracovo, & Tyrnova. Cœterum Siscia quondam vrbs fuit Episcopalis quā illustravit S. Quirinus ibidem Martyrio affectus: Castus Episcopus Siscianus sub Decio Cæfare: Constantius Episcopus B. Siscianus in Aquilejensi Synodo contrà Palladium Arrianum habita Gratiano imperante.

XI. *Solvense*. Plinius in Norico inter cœtera loca enumerat, videtur fuisse Municipium, non colonia, vt bene advertit Lambecius contrà Lazio, ex Cluverio. Primus tamen, quod sciam Lazio illud reposuit in *Saalfeldt* Carinthiæ vno miliari extrà Clagenfurtum, vbi hodie Ecclesia B. Virginis dicta im *Saal* sive in solio. Secuti cæteri ferè omnes, qui de hoc scripserunt Megiferus, Ortelius, Lambecius, alij: neque ullam haçtenus legi de hoc probationem, præter allusionem ad nomen. Megiferus dupli errorre confundit Solvense cùm Sala, & conjungit cum Solvensi Flavium quasi vnum locum signaret *Flavium solvense*, quod interpolito commate legi debet. Sala etiam non potest esse Solvense, quia hoc in Norico, illa verò vrbs Pannoniæ superioris, apud Ptolomæum, & apud Antoninum inter Heclitanum, & Sabarium collocatur. Ego verò dubitare incipio an *Solvense*, quod etiam Solvam aliqui dictum volunt fuerit in Norico, aut saltem an ibi reponendum, vbi hodie est Saalfeld, vel solium B. V. Primò quidem, quia apud nullum lego Solvense, quā apud vnicum Plinium, qui sicuti Æmoniam Pannoniæ vrbum reposuit in Norico

Laz. Comm.
1. 12. feb. 5.
cap. 1.

Plin. l. 3. c.
24. Laz. comm.
1. 12. feb. 6.
c. 5. Lamb.
Bibl. Cæs. T.
2. c. 8.

Ortelius.
syn. Geogr.
Lamb. cit.
Megif. lib. 1.
c. 1. & lib. 3.
c. 9.

Ptol. lib. 2.
cap. 15.

rico (vt ego puto per errorem (sic forte Solvam nominavit Solvense, & eidem Norico inservit, cum Solva fuerit mansio Pannoniæ inter Acincum, & Crumerum, de quibus vide Lazio. Et fortè hæc eadem Solva est, quam in Pannonia Inferiori locavit Ptolomæus post Curtam ante Aquincum seu Acincum. Notitia Imperij Solvæ collocat *Equites Mauros sub Dispositione viri spectabilis Ducis Provinciae Valeria Ripensis; imo & Cuneum Equitum Scutariorum.* Deinde licet Solvense municipium fuisset in Norico, vnde probarent Laziū & sequaces id fuisse in Saalfeldt? Ex nominis homologia? sed ego puto vocem *Saalfeldt* esse recentiorem, & ab æde B. V. desumptam, quæ tempore Romanorum nondum erat erecta. Nam in primario ejus ædis altari visitur statua B. V. (haud dubiè ab antiquis temporibus) in folio sedens vnde loco nomen *Vnser G. im Saal* & vicinus campus *das Saalfeldt.* Si verò scribas, vti nonnulli volunt, *das Zollfeldt*, jam neque ad solium neq; ad Solvense alludet id vocabulum. Tertio constat non ex traditione solùm, sed ex historiis Ecclesiasticis, quod in hodierno folio B. V. antiquitus & initio plantatæ Christianæ fidei inter Slavos, erexitus fuerit Episcopatus, cui præfuisse creditur S. Modestus ibidem sepultus, extatque adhuc ejus tumulus marmoreus, & post eum sine dubio plures alii Episcopi; neque tamen vspiam reperitur sive in Concilijs, sive in historiis antiquis nominatus aliquis Episcopus Solvensis, aut Soliensis. Unde licet suspicari, quod Megiserus non malè divinet, vbi ait: In campo Soliensi stetisse aliquando Tiburniam, eo quod vulgus adhuc hodie locum illum, & campum nominet corruptè Tiburniam. Nuperus Epitomator Historiæ Carinthiacæ appellat Liguriā, habitâ fortè reflexione ad locum Strabonis, qui de Tauriscis (seu Noricis) agens, ait: *Tauriscos quidam*

Ptol. cit.
16 Panciro.
Notit. Imp.
occid. c. 82.

Meg. I. 3. c. 8.
fol. 136.

Reich. in Ep.

Strabo. l. 4.

Liguricos, & Tauriscas vocant. Sed A. quod vulgus corruptè cœperit appellare Soliensem campum Liburniam, aliquam certè originem habere debet: non sanè à Liburnia regione Illyrica conjuncta Dalmatiæ, vt opinatur Laziū, quià hæc tam procul nunquam se extendit, sed verosimile est, quod à Tiburnia civitate celeberrima, cuius mentio est apud Eugippium in vita Sancti Severini Abbatis, qui propè Viennam habitavit, & Norici Apostolus fuit. Narrat enim ille quomodo Tiburnia à Gothis obsessa, post varia certamina redimere coacta sit magno pretio intentatam direptionem. Et quià Tiburniam fuisse Episcopalem sedem constat ex Synodis. Unde Anno 590. in Pseudo-synodo Maranensi queruntur Venetiarum & Rhætiæ Episcopi, quod Tiburniensis Ecclesia subtracta sit Aquileiensi Metropolitano, cui antea parebat, posteà verò & illis annis Galliarum Episcopi (id est Germaniæ) ad eam sacerdotes ordinabant. In synodo Gradensi Anno 580. sub Helia Patriarcha Aquileiensi, qui sedem suam eo anno transtulit Gradum subscriptus est Leoninus Episcopus Teboricensis, & post eum Clarissimus Episcopus Celicanus, Patritius Episcopus Emonensis, & alii ut est apud Vghellum. Author Anonymus in Bibliotheca Franc. Card. Barberini de eadem synodo agens aliter hos Episcopos nominat, vbi habet. *Leonianus Episcopus Tiburniensis Joannes Episcopus Celiana, Clarissimus Episcopus Concordiensis, Petrus Episcopus Emonensis, &c.* Post decenium ergò jam Tiburniensis Episcopatus cœperat deficere, vti ex Maranensi Pseudo-synodo paulò ante dictum, quod Bollandus arbitratur factum propter irruptiones Barbarorum, & potissimum Slavorum, qui non multò post in Carinthiam, & Carnioliam cum Avaribus ingressi sunt, omnes Idololatriæ: donec iterum circa Annum

Laz comm.
l. 12. f. 6. c. 5.

Eugip. in vi-
ta S. seu ap.
Bolla. S. Jap.

Vghell. T. 5.
Ital. fac. f. 27.

MS. Barber.
ap. Vghel.
cit. f. 1170.

760. vt dicemus in Annalibus à S. Virgilio Salisburgensi Archipræfule in Carinthiam mitteretur S. Modestus, quem nuspia hactenus legi Episcopum Soliensem appellatum, sed solum Episcopum Carantanorum. Hinc in eam opinionem abeo, quod vbi nunc est Soliensis Ecclesia ibi fuerit olim Tiburnia, & Tiburniensis Episcopatus, licet etiam corruptâ voce. Nam antiquis authoribus Plinio & Ptolomæo Teurnia dicitur, quam quidem Lazi Rachstadii in ditione Salisburgensi, Cluverius & post eum Bollandus Villaci reponunt, vt infrà dicemus. Hæc per conjecturam dicta, si cui non placeant per me licet Solvensi Plinij agnoscat in Saalfeldt / Mentio Solvæ habetur in lapide antiquo propè Friburgum Styriæ ad Pynckam fluvium haud procul Fürstenfelda, vt habet Lazi:

CL. CRISPINUS, ET CEN.
SORINA CETTI F. VIVI
F. S. ET ACCEPTI AN.
XVIII. ET CRISPINO CRI-
SPINI F. ÆDILE SOLVA
AN. XXV.

Ex quo iterum de situ Solvæ, & Solvensis municipij meritò dubitare possis. Totum fundamentum, quo Lazi Solvensi in Saalfeldt reposuit hoc est, vt ipse ait: *Quanquam Liburniæ nescio cuius, vbi hæc posita sunt (nempe templum B. Virginis Solij) in Annalibus mentio fiat, tamen Solvensis civitatis, ad quam vocem nomenclatura templi illius Episcopalis, vulgo D. Virginis in Solio alludere videtur, & Codex Præfecturarum & Plinius meminere, &c.* Adductus igitur non vanâ conjecturâ, quas hodie ruinæ amplissimas D. Virginis Præposituræ in Solio junctas, vulgo Liburniam vocant, ego Solvensis illius Romanæ coloniae vestigia esse adfero. Non sufficit allusio ad nomen. Authoritas Plinij nihil patrocinatur Lazio,

quia Solvensi non designat locum Plinius, sed ait fuisse in Norico, forte per errorem. Codex præfecturarum seu Notitia Imperij reponit Solvam in Valeria, quæ fuit pars Pannoniæ inter Danubium & Dravum infrà montem Cetium, & extrà Noricum. Crederem potius Annalibus, qui circà solium reponunt Liburniam corruptâ voce pro Tiburnia, vt hactenus dictum. Vide etiam quæ infrà dico de Vinundria.

XII. *Soragra*, vel potius *Soraga* apud Ptolomæum in Pannonia superiori ponitur. Lazi eam putat esse Zagrabiam, nullâ probatione adducta, ego conjecturando suprà ex Itinerario Antonini Quadratam in Zagrabia reponui: non recuso Soragram, si quis probet. Saltem ex affinitate nominis. Ruscillus & Moletius ad *Soragam* reponunt *Dovezam*: Peutingerus ait indigere, vti & alia multa, conjectore, & ego sic sentio de Audantonio, Lentudo, Olimaco, Valina, Bolentio vrbibus Pannoniæ superioris à Ptolomæo recensitis.

XIII. *Ad Statuas*. Antonini Itinerario locatur hic locus inter Dravostium & Aquincum, vbi hodie scilicet Colocza à statuis nimirum Colossis nuncupatur, infrà Budam. Notitia Imperij Equites Dalmatas, & auxilia Ursariensia ibi constituit. Non est à verosimili alienum, quod suspicatur Lazi, allegans Spartianum de vita Antonini Pij: *Nec diutius vixit; gravatus languore, ac diverso genere morborum, sæpè dicens: Sanum Principem mori debere, non debilem.* Statuas sanè Elio Vero per totum orbem Colosso ponijussit. Addit Lazi: *Verisimile est igitur eo tempore & hoc Statuarum municipium initia habuisse.* Quibus donec certiora deprehendam, assentior. Berthius statuas interpretatur *Anyawar Tolna* qui locus Coloczae vicinus est.

Laz. Com-
mentar. lib.
12. sect. 3.
cap. 8.

Laz. ibid.
sect. 6. c. 5.

Laz. 1. 12.
sect. 5. c. 1.

Ruscill. Mo-
let. in Ptol.
Geogr. Peu-
ting. apud
Bert.

Notit. Imp.
Occid. ap.
Panciro.

Spartian in
vita Anton.
Pij.

Laz. 1. 12. f. 2.
cap. 9.

§. VIII.

Antiqua nomina locorum Carnioliae vicinorum.

Lit. T. V.

Ptol. 1.2.c.
16. Plin. 1.3.
c. 25. Not.
Imp. Occid.
Laz 1.12. f.
2. cap. 2.
Peutinger.
Bert. Ruscell.
Moletius.

 *Aurunum*, quod Ptolomæi librarij corruptè scripserunt *Taururum*. Nominatur Plinio, Notitiæ Imperij, Antonino, ad confluentes Danubij, & Savio: non est aliis locus, quam *Alba Græca*. Germani vocant *Griechisch Weissenburg*, Ungari *Nandor Alba*, Slavi & Itali *Belgrad*: nominatum superiore seculo contra Turcas præsidium, quod Anno 1521. ignaviâ & proditione Valentini Tureckhij, qui à Ludovico Rege Ungariæ præsidio impositus erat, à Turcis expugnatum est, ab ijsque adhuc tenetur magnâ Reip. Christianæ jacturâ.

Ptol. 1.2.c 14.
Plin. 1.3 c.
25. Laz. 1.14
fœt. 6. c. 8.
Bert. in Geo-
graph. Ptol.
Pyrkhei. ap.
Bert. Germ.
c. 23. Cluver.
in Vindel.
cap. 5.

II. *Teurina* vel *Teurnia* Ptolomæi in Norico sita, & in eodem à Plinio re- censetur. Lazius se circà ejus interpretationem torquet, & demum in Rachstadio ditionis Salisburgensis, vbi Taurach fluvius præterlabitur, collocat, di- etam quasi Taurinam olim, nunc Taurachstadium. Sequitur cum Bertius: at Pyrkheimerus ait: *Teurina* vel *Berunum* *Pernau certum*, apud lacum Chiemsee, sed errat. Cluverius porrò putat ex situ apud Dravum versus fontem, oppidum celebre *Villacb.* Sequitur Cluverium

B.

Bollandus. Sed malim hic subscribere Bolland Act. SS ad s. Feb. de S. Domit.

L. TERENTIO VERO II VIRO
TEVRN. PR. JUR. DIC.
&c.

Cæterum, quid de Tiburnia, quæ fortè eadem est cum Teurnia, conjectu- rem, dixi suprà cum de Solvensi age- bam. Si tamen Teurnia diversa est à Tiburnia, illam ego Rachstadij collo- carem, & Tiburniam in Solio.

III. *Vacorium*. Ptolomæo est, Vo- careum Tabulae Peutingerianæ, Bertius, Ruscellus, Peutingerus putat esse Græ- cium. Moletius id adscribit *Villaco*: sic etiam Bertius in notis ad Bilibaldum. Atvero Cluverius subducens iter cum Antonino Juvavo Varunum, quæ sup- ponit esse Salisburgum & Völkemark- tum, vult persuadere, quod sit Wag- ram XVI. circiter millia p. ab Cucul- lis versus meridiem distans. Certè Vil- lacum esse non potest; si Antonini iter admittimus, vbiunque tandem quæ- ratur Varunum. Nam ille sic locat.

Ptol. Peu-
ting. Bert.
Ruscell.
Molet. Clu-
ver. sup. cit.

Antonin. *Juvavo*.*Cuculle*. XIII.*Vocareo*. XVIII.

Octo summum vel novem mil- liaria Juvavo Vocareum numerantur: Juvavum est citrà dubium Salisbur- gum, vt omnes consentiunt, sed inde Villacum sunt millaria Germanica su- pra viginti, & iter bonum quatridui. Nec Græcium solis novem milliaribus Salisburgo est dissitum: quare neutrum

putandum est Vacorium, sed potius quærendum alibi ultra Cucullos (nunc Kuchel propè Salisburgum est) retinen- tes vtcunq; nomen antiquum. Sed Dic quibus in terris? Lazius ex Vacorio fa- cit Goriach Gurcenfe Monasterium ab vnica Syllaba Symbolizante per- suasus, cui subscribit Megiferus nullâ habi-

Laz. 1.12.
fœt. 6. c. c.
Megif. lib.
1. c. 2.

Cluver. No-
ric. cap. 5.

habitâ ratione distantiae. Probabile est quod ex Vacoreo Vocra vel Vacro, de in Wagram formaverint inquilini Germani. Atque adeò hic cum Cluverio sentiendum.

IV. *Variana castra.* Soli Antonino

| | |
|----------|-------------------------------|
| Antonin: | <i>Emona.</i> |
| | <i>Prætorium Latovicorum.</i> |
| | <i>Noviodunum.</i> |
| | <i>Quadratum.</i> |
| | <i>Sisciam.</i> |
| | <i>Varianas.</i> |
| | <i>Menejanas.</i> |
| | <i>Incerum.</i> |
| | <i>Pecentinum.</i> |
| | <i>Leuconum.</i> |
| | <i>Cirtissam.</i> |
| | <i>Cibalas.</i> |
| | <i>Vlmos.</i> |
| | <i>Sirmium.</i> |

A sunt nominata. Hæc Lazius affinitates nominum sectans putat esse quærenda <sup>Laz. 1.12.
lect. 4 c. 3.</sup> *Varasdini.* Sed si Antonini Itinerarium inspiciatur, procul à Varasdino Variana. Sic enim habet.

| | |
|---------|--------------------|
| Ego. | <i>Labacum.</i> |
| XXXIV. | Ratsach. |
| XXVI. | Gurkfelda. |
| XXVIII. | Zograbia vel propè |
| XXVIII. | Sissegkh, certum. |
| XXIII. | - - - - - |
| XXVI. | - - - - - |
| XXVIII. | - - - - - |
| XXV. | - - - - - |
| XXVI. | - - - - - |
| XII. | - - - - - |
| XXII. | - - - - - |
| XXII. | - - - - - |
| XXVI. | Sirmisch. - - - |

De extremis hic dubitare non licet: neque de Siscia vlla est controversia. Sirmium ergò proficiscenti primo transeunda est Siscia Sissegkh, deinde Variana, quinque & dimidio milliari inde dis sita Orientem versus, quod non potest convenire Varasdino, quia hoc Siscia quasi in linea parallela oppositum est in septentrionali vel occidentali parte. Chraftovitzam potius crederem, vel alium remotum quinque à Siscia milliaribus locum penes Savum, qui hodie non facilè indagabitur cum Turcæ par reat. Lazius immemor sui, alio loco posuit Variana castra Esseckhij, loco celebri à clade Christianorum, sed ibidem Esseckhij etiam Mursam antiquorum collocavit idem Lazius.

V. *Virunum* in Norico nomina tur Ptolomæo, Plinio, Antonino, sed Tabula Peütingeriana habet *Varunum.*

B Putatur esse Judenburgum superioris Styriæ Pyrckhaimero (Pyramium scribit Ortelius) Moletio, Ruscello: atvero Lazius vult esse Frisacum Carinthiæ, dictum prius (ut putat) Virunsach solitâ veterum Carinthorum adspiratione, & vocum clausulâ, qui pletisque locorum nominibus solebant adiçere *ach*, vt Gorriach, Plettriach, Pibriach, Sebriach, Weisspriach &c. vnde cum tempore ex Virunsach, formatum est Vriefach, & Friesach: consentit Lazio Megiferus. Alio tendebat Simlerus, qui per Virunum Brauneckham Tyrolis intellexit: Cluverius verò id Völkhemarkhtæ seu Gentifori Carinthiæ reposuit. Mihi omnes hæ conjecturæ dubiæ sunt. Non enim videntur correspondere di

Cstantiæ locorum in Antonini Itinerario, vbi si habetur.

Laz. 1.12. Rei
pub. f. 5. c. 2.Ptol. Plin:
Pzrkhaym:
cit. Ortel. in
Syn. Molet.

Ruscell.
in Commem-
tar. Reip. I.
1.2. feß. 6. c. 5
Megifer. I. I.
cap. 2.
Simler. ap.
Ortel. Clu-
var. in No-
ric.

| | | | |
|------------|--------------------------------|-----------|----------------------|
| Antoninus. | <i>Viruno</i> | Cluverius | <i>Völkhemarkht.</i> |
| | <i>Sántico</i> m. p. XXX. | | Saanegkh |
| | <i>Larice</i> m. p. XXVII. | | Castel Loch |
| | <i>Viam Beloio</i> m. p. XXIV. | | - - - |
| | <i>Aquileia</i> m. p. XXX. | | Aquileia |

Idem Clu-
ver. Ital. I. I.
cap. 20.

Si Cluverius per Saanegk intelligit Sonegg prope Völkhemarkht, male divinat, quia hoc non abest à Völkhemarkht septem milliaribus, si verò Styriacum Saaneckh propè Celeiam, ordinat iter in triangulam ad viam Beloio, quam puto esse Canalem Carinthiae ad amnem Velach. Quodnam verò sit illud Castel Loch in his partibus. non in-

venio, nisi voluerit scribere Castel Lack A. quod est suprà Crainburgum, sed hoc faceret adhuc magis distortum iter, quale haecenùs apud Antoninum non observavi. Ac proinde ex hoc capite non possum agnoscere Virunum Gentifori, seu Völkhemarkhtæ. Aliud iter exhibent Tabulae Peütingeri hoc modo.

| | |
|-----------|--------------|
| Noreia | Cluverio est |
| Matucaio | m. p. XIII. |
| Varuno | m. p. XIV. |
| Juenna | m. p. XXIII. |
| Colatione | m. p. XX. |
| Vpellis | m. p. XVI. |
| Celeia | m. p. XIII. |

| |
|-------------------|
| Neümarkht Styriæ. |
| Eberstein |
| Völkhemarkht |
| Jaunstein |
| Prasberg |
| S. Peter vicus. |
| Celeia |

Hæc Cluverius divinando secundum mappas Geographicas disponit, & quidem circino mensurando millaria; sed vti mappæ sæpiùs errant, ita ipsi quoque errare necesse fuit. Nam inter Colationem, & Celeiam habent Tabulae millaria septem, & quadrantem, cum inter Prasberg, & Celeiam vix sint quatuor. Item Varuno Celeiam debent esse millaria octodecim in Tabula, sed reipsa etiam in mappis sunt multò pauciora nempè duodecim, periti locorum aiunt esse solùm decem. Ex quo sequitur Virunum ultrà Völkhemarkhtam seu Gentiforum quæri debere. Et mihi quidem Lazij opinio hoc loco non displicet, quia inter Celejani & Frisacum, si mappis credimus inviuntur octodecim Germanica millaria transundo Gentiforum, Plezburgum, Altenburgum &c. Sed hoc posito necesse est vt Noreiam pariter removeas ultrà Neumarkhtam Styriæ superioris. Et hæc de Viruno.

VI. *Vindobona* solis quod sciam, Itinerarijs & Notitiæ Imperij nominata. Aurelius victor hahet *Vendobonam*, & Ptolomæus *Julibonam*. Notat verò Cluverius: In Notitia Imperij bis legitur *Vindomana*, & apud Jornandem *Vindomina*. Et hæc voces omnes eandem

B. vr̄bem, hodiernam scilicet *Viennam* Austriæ designant. Lazius verò distinguit *Vindominam* à *Vindobona*, & hanc quidem Viennam, illam verò putat esse *Windischgræcum* ad Dravam, imò *Vindominam* & *Vinundriam* Ptolomæi pro eadem vrbe habere vult. Bertius præterea cum eodem Lazio contendit *Vendum* Strabonis idem esse cum *Vindobona* sed fallitur quia Vendū est vrbs Japidiae quam Appianus, & Antoninus Avendonem scripserunt, de qua suprà. In eo tamen assentior Lazio, Bertio, & Cluverio, quos sequitur Lambecius, dum advertit apud Ptolomæum C. corruptè scriptum esse *Julibona* pro *Vindobona*, & primo fortè librarij aliquujus errore suiscriptum *Viliobona* mox *Juliobona*. De nominis Etymo quod Lazius cum Beato Rhenano à populis *Vindis* seu *Vendis* vult derivare, non labore, magis tamen placet Lazij, & Rhenani opinio, quam Lambecij, qui putat à fluviolo extrà Viennam recurrente, dicto *Vindone* traxisse nomen *Vindobonam*. Quis enim veterum meminit hujus fluvij sub hoc nomine? Debonna id est Germanica voce *Bahit* vel *Bam* facile concedam, quod territorium aut viam significet, sed priorem partem nominis *Vindo*, po-

Laz. comm.
Reip. l. 12 t.
3.c.7. & lib.
Migrat. Bert.
rn Germ.
Strabo. 1.4.
Appian. in
Illyr. Lamb.
Bibl. Cœf. 1.
2. cap 2.

tiùs credam esse desumptam à Vindis seu Vendis populis, quām à fluvio Vindone, qui fortè post conditam Vindobonam, & jam corruptè appellatam Wiennam, nomen obtinuit *die Wienit*. Neque tam enasco per hoc, quod Japodes Vendonenses, sive Avendonenses Viennam seu Vindobonam condiderint: quanquam id fortè factum, aut saltem accidere potuit. Hoc certè probabile fuerit, quod Vindi, qui & Vendi, & Venedi ad finum Codanum collentes səpiùs in alias regiones colonias deduxerint, ut in Annalibus ostendam: cur non potuissent etiam in partem superioris Pannoniæ transire, & urbem vnam à suo nomine appellare Vindobonam? Imò credo ab iisdem Vendis conditam Vindonissam in Helvetia, quæ Germanis hodieque dicitur (licet in ruderibus) *Vindisch*. Et cur non æquè diceretur *Vindobona Vindisch*? Verum de nomine quæstionem dimitto. Rem tenemus; undeunque nomen natum sit. *Vindobona*, sive etiam *Vendobona* veterum, non alia est quām hodierna *Vienna Austriae* nobilissima metropolis, de qua advenæ Belgæ Westphali, Saxones, Dani, Hollandi (quorum aliquos ipse audivi) experti ejus delicias, & humanitatem dicere solent *Vienna non est nisi Viennæ*. Addunt alij *Austria non est nisi in Austria*. quasi Viennæ & Austriae nec urbs alia, nec Provincia alia possit comparari.

VII. *Vinundria* civitas quam Ptolomæus ponit in Pannonia superiori, est vt dixi suprà Lazio Slavigræcium, Beritio idem; Pirckhaimero Zagrabia. Neutrum placet, quia nulla adest probatio. Author vitæ S. Virgilij facit mentionem vñjus urbis (sed in Norico) quam vocat Adundinas, quæ alludit ad Vinundriam. Verba ejus sunt: *Qui venientes Karantanis dedicaverunt ibi Ecclesiam Virginis gloriose in Tiburnia civitate, & aliam suā Adundrinā civitate, & in aliis quamplurimis locis.*

Laz. Comm.
1.12. sedt. 4.
c.4. Pyrrhai.
Ber. in Ger.
descript.
Auth. vitæ
S. Virgil.

tur batus vitio haud dubiè amanuensis, quod səpè fit, cùm post gloriose subjunctæ fuerunt voces *& aliam*, quæ reponi debebant immediatè antè Adundinas. Ex quo iterum colligo, quod suprà dicebam de Solvensi, quod hodierum *Solum B. V.* non fuerit antiquorum *Solvensi*, verum *Tiburnia*; vbi à S. Virgilio

sic esse legenda censem: *& aliam in Tiburnia civitate, & sua Adundrinā civitate.* Feb.ad.vit.
S.Domitia
com. præ,
s. i.

Suspicatur verò idem Bollandus Adundinas esse Millestadij, quod à milles stadiis Idolorum nomen habere creditur, & fortè desumptum nomen è græco *Prós andrίantas*, id est, *ad statuas*, cuiusmodi locus etiam in Pannoniæ censemur ab Antonino. Et cum sermo sit de Chetimaro Duce, qui sacerdotes à S. Virgilio impetraverat, putat fortè Chetimarum resedisse Millestadij, eo quod author dicat *suā Adundrinā civitate*. Pergit porrò ex aliorum mente referre, quod nonnulli (id est à quibus informationem accepit) velint, Adundinas sūisse Villacum, vbi Chetimarus rese derit: alij verò Clagenfartum, quia ad vndas, nempè Glani & lacus vicini; vnde etiam *Hydrundinum* dictum sūisse aliquando Clagenfartum sive ab *ydor aqua*, sive ab hydra serpente vel Dracone aquatico, quem pro insignibus habet. Verum quis author sive veterum sive Recentiorum usus sit hoc vocabulo *Hydrundinum* pro Clagenfurto, me sanè latet; & puto esse solum Recentioris alicujus ingeniosi commentum. Facilius credam Clagenfurto (siquid tamen oppidum eo loci stetit tempore S. Virgilij) Adundinas sūisse nomen, cum id referat Author vitæ S. Virgilij, & pro hujus conjecturæ probatione, locum paulò ante allegatum aliter quam Bollandus lego, & nullâ additâ vel demptâ voce restituo: *Qui venientes Karantanis dedicaverunt ibi Ecclesiam Virginis gloriose in Tiburnia civitate, & aliam suā Adundrinā civitate, & in aliis quamplurimis locis.* Sensus erat

gilio missus Episcopus S. Modestus Ecclesiām B.V. is consecravit circā annum A.D. 758. vt dicam in Annalibus; neque tamen censendus est primus Episcopus Tiburniæ, quiā duobus ante seculis jam ibi fuisse Episcopos ostendimus suo loco, sed barbari Idololatræ omnem Christi cultum extirpaverant. Hæc de Adundrinis sive idem, sive diversum quid fuerint à Vinundria.

VIII. *Visontium*, quod Ptolomæus nominat in Pannonia superiore, Lazius reputat esse Wihitsch in Slavonia, hodie sub Turcarum jugo, in finibus quasi

Saviæ: Moletius, & qui eum terè sequuntur Ruscellus quærunt id Capronczæ in eadem Slavonia, sed quo fundamento, id divinare non possum. Major horum & plurium locorum notitia in his partibus haberi posset, si quis vir literatus post evolutos alios authores, quita lia pertractant, singulas regiones, & regionum singula loca lustraret, inspiceret, distantias observaret, & visa ac audita cum lectis conferret. Quamdiu nemo talem laborem suspicit, semper in tenebris antiquitatum hærebimus.

CAPUT VI.

De antiquæ Carnioliae populis inquiline, & eorum migratione.



Umana omnia continuæ rerum mutationi & vicissitudini obnoxia esse vniuersa natura loquitur. *Natura* (inquit Seneca) *hoc quod videt regnum mutationibus temperat. Nubila serena succedunt: turbantur maria, cum quietunt: flant invicem venti: noctem dies sequitur: pars cæli consurgit, pars mergitur: contrariis rerum æternitas constat.* Quid mirum ergò transire regna & Provincias de gente in gentem; an potius gentes migrare in regna, & Provincias, has modo, modo illas: vt nullus sit mundi angulus, qui non saepius habitatores suos variaverit. Succedunt alijs alijs, & quos modo sol oriens illustrabat, vespertinus inumbrat: fovet meridies, quos nuper septentrio gelabat. Ubique hospites sumus, & peregrini; & patrias nobis non tam fortimur, quam diligimus, nescio an maiore nostræ instabilitatis nota, an divinæ oeconomiæ mirando temperamento. Id in patria nostra præ multis aliis regionibus observabimus: vix enim uspiam inveneris locum, quem tot & toties diversi populi & nationes seu transitu suo, seu fixo domicilio nobilitarint dicam, an devastarint? Ordiamur ab vniuersali cataclysmo.

§ I.

Aborigines Carniolæ veteris inquilini.

DI VISO TERRARUM ORBE INTER FILIOS & nepotes Noë, Japheto affi- gnatus est Septentrio à Tauro & Amano montibus Ciliciæ, & Syriæ usque ad glaciale pelagus, & Europa usque ad Gades, ut dicam infrà ad annum Mundi 1931. Ex septem Japheti filiis Javan censetur Jonum Græcorum author, à quo & mare Adriaticum dictum est Jonicum, quia ditiones suas ad illud usque protendit. Elisa Javano natus possedit Insulas Jonii maris, Chetim verò Italiam, Epirum, Macedoniam, & ut verosimile est etiam propinquas Jonio mari regiones, quæ hodie vocantur Carniola, Styria Austria usque ad Danubium, & à parte meridionali Liburniam, Dalmatiam, Macedonia. Certè Italia, quæ mari cingitur Jonico, ab Hebræis Cithim & chitum appellatur. Ex quo subit opinari montem Cetium, qui à ripa Danubij in Carnioliam usque protenditur, ab hoc Chitum & Cethim nomenclaturam habere, ac fuisse primos harum regionum inquilius Japheti posteros sensim latè

diffusos Cetios appellatos, videturque Amansisse parti vni nostræ veteris Japidiæ, qua vicina est mari Jonico nomen Citiorum. Nam aecolæ montis Carufadij seu Carsi à parte sinistra hodieque sic nuncupantur, vulgo Tschitij. Sunt tamen, qui ex maiorum traditione Tschitios arbitrantur eosdem esse cum Valachis è Turcia in has partes transfugas, cum aliquatenus eorum Idioma servent. Cæterum pars illa Carniolæ Montosa, quæ ad mare Jonicum protenditur, vel ab ipso Japheto Nœ filio, vel ab aliquo pronepote etiam appellato Japhet (ut suspicor) nominata est Japidia, & incolæ Japides quasi Japetides. Hæc per conjecturam, quibus si alias meliora deponserit lubens subscribam. Sentio itaque Aborigines, & primos post Diluvium inquiliros Carniolæ Cetios fuisse denominatos à Cethim Japheti nepote, quibus sensim aliunde advenientes populi permixti novas asumpserunt appellationes, ut deinceps dicemus.

§ II.

Secundi Carniolæ inquiliini Japydes.

CAPIDUM, quos & Japodes & Japydes alij nominat, vetustissimum esse nomen existimo, natū cum ipsis Aboriginibus, quos licet Strabo appellet nationē Celticam; prius tam en credo dictos Japydes, quām Celtas, assumpto nomine à primo progenitore Japheto, quem Græci Japetum dixerunt aut certè aliquo nepotum ejusdem nominis. Transmissum gentis nomen in posteros mixtos ex Illyriis, & Celtis usque ad tempora stabiliti Romani Imperii, de nec occupatis per Romanos Provincijs unoq; Illyrici nomine nuncupatis, sensim hæc appellata-

Catio desierit. Quarè simultaneè quasi vindicatur enata illa nomina, dictique Cetij à Cethim, & Japydes à Japhet, hi conclusi intrà Alpes ad mare Jonicum, & longo Albij montis tractu; illi ad septentrionem hinc ad montem Cetium, illinc ad Macedonia & Epirum protensi. Limites Japidiæ suprà assignavimus quantum licuit, gesta per operis decursum prosequemur. Hoc interim isthic sufficerit jam inde ab initio habitatæ Carnoliæ partim Cetios, partim Japydes appellatos populos ejus inquiliinos, & Cetiorum nomen multo ante quam Japydum exolevisse, nisi man-

manserit in parte aliqua, vel non multo ante seculum denuo per Valachos (ut dictum est) trans fugas revocatū. Quando vicini Illyrij (quod etiam nomen antiquissimum est) suam fortiti sint nomenclaturam, suprà aliquid in limitum designatione notavi: cæterū feriam investigationem aliis relinquo. Qual lingua porrò vñi sint primi isti Carnioliae inquilini, cum nemo sit qui prodat, suspicari licet eandem omnibus Javani posteris fuisse visitatam Græcam, adeòq; & Japydibus. Illyricam quidem linguam vnam esse ex primigeniis contendunt Illyrici, & prouum esset conjectare ean-

A. dem placuisse nostris Japydibus, nisi credem primis statim seculis factas esse populorum migrationes de una regione in aliam: & Celtas, de quibus mox dicam, prædominatos, suam Celticam id est Germanicam visitationem effecisse. Imò Illyrios cum Celtis & Germanis ejusdem originis, morum, linguæ, fuisse contendit Cluverius, quod de media ætate ante natum Christum post plures populorum migrationes vltro admiserim; non verò de primis illis seculis post diluvium, quibus recentes coloniæ nepotum ac pronepotum Noë diversas orbis partes pacifice coluerunt.

Cluver
Germ. lib. 1.
cap. 5.

§. III.

Tertia inquinorum Carnioliae veteris nomenclatura Hyperborei.

 Uo nomine quæque Provincia aut regio antiquitus appellata sit, aliunde nobis constare non potest, quam ex authoribus tam Græcis, quam Latinis, & potius ex Græcis apud quos dudum antequam apud Latinos literæ floruerunt. Horum igitur testimonio habemus omnes populos Septentrioni obversos antiquissimis temporibus Hyperboreos appellatos. Stephanus Byzantius allegans vetustiorem authorem Protarchū, inquit: *Protarchus tradit, Alpes dictas fuisse montes Riphæos: omnes verò populos supra Alpes incolentes Hyperboreos appellatos.*

Steph. verbo Hyperbor.

Apollon. lib. 4. Argonaut.

Pindarus Olymp. oda. 3.

Strab. lib. 11.

Idem asseruerunt Apollonius, & apud eum Æschylus, qui Istrum seu Danubiū oriri ex Hyperboreis montibus censem, Pindarus quoque Æschyli æqualis Istri fontem collocavit in Hyperboreis. Subscribunt Æthicus, Athenæus, & alij. Sed Strabonis sententiam operæ pretiū fit adducere: *Veteres Græcorum scriptores universas gentes septentrionales Scytharum, & Celto scytharum appellatione affecerunt: qui verò ante hos adhuc eas divisérunt, supra Euxinum, Istrum, & Adriaticum mare colentes Hyperboreos dixerunt, & Sarmatas, & Arimafpos.* Observat adhunc Strabonis

B. lōcum Cluverius, quod antiquissimi scriptores universum Septentrionē in tres gentes ac nationes divisorint: *Horum Arimafpos ad fatiges Caspii posuere maris: his proximos versus occasum Sarmatas: post hos ad Oceanum usque Atlanticum, & fretum Gaditanum Hyperboreos: sub quorum nomine comprehendebantur Illyrij, Germani, Galli, Hispani, populiq; præterea in Britannis Insulis, &c.* Et hæc quidem appellatio apud Græcos visitata, an inter ipsos populos etiam recepta fuerit, merito dubites. Probabile est singulis regionibus jam tunc singulas adhæsisse nomenclaturas, quas temporum vetustas sepelivit.

C. Fortè sicut à Japhet Japides, ita à Gomer, Gomeritæ, vel Gomari, à quibus Græca voce Kimerios seu Cimerios & Kimbros seu Cimbros fluxisse nonnulli volunt; ab Aschenaze, Aschenæ, vel Aschenazes, ut vult Josephus Judæus, vbi ait *Aschenazes condidit Aschenazes, qui in nunc Reginas appellantur à Græcis.* Hebrei teste Merula Germanos adhuc appellare solent Aschenazes. Et alij similiter populi à suis authoribus nominati fuerint, quæ scriptorum defectu in oblivionem tradu-

Cluver.
Germ. lib. 1.
cap. 2.

Joseph. lib.
1. Judaic.
cap. 7.

cta.

An Scythiae nomen aliquando in Carnioliam extensum.

 Cythiæ nomen video ab authoribus non minus latè sæ- pè accipi ac Hyperboreorum, vt vix certi ejus limites assignari posse videantur. Prolatam aliquando & rursum restrictam, angustioribusq; arctatam terminis facilè colliget, qui plures authores consuluerit. Ptolomæus dupl. lib. 6. cap. 14. & 15. distinguit Scythiam, vnam intrà montem Imaum, quæ ab occasu terminatur Sarmatiâ Asiaticâ, à Septentrio- ne terrâ incognitâ, ab oriente Imao monte; à meridie Sacarum regione & Sogdiana. Moletius putat hanc Scythiam hodie esse regnum Cathay magni Cham Tartarorum. Scythia verò extra montem Imaum terminatur ab occasu Scythiâ interiori & Sacis, à Septentrione terrâ incognitâ, ab oriente Se- ricâ, à meridie parte Indiæ, quæ est ex- trà Gangem. Quæ situs descriptio, quantum à nostra Carniola distet, ne- mo non videt. Verùm alij geminas ite- rum agnoscunt Scythias Asiaticam al- teram, de qua modo ex Ptolomæo di- cetur, alteram Europæam priori ad o- rientem conterminam. De his Jornan- des hæc habet: *Scythia longè se tendens latèque aperiens habet ab oriente, Seres in ipso sui principio ad littus Caspij maris com- manentes: ab occidente Germanos & flu- men Vistule: ab Arctoo id est septentriona- li circumdatur Oceano: à meridie Perside, Albania, Hiberia, Ponto, atque extremo alveo Histri, qui dicitur Danubius, ab ostio suo, usque ad fontem.* Addit deinde: *In Scythia prima ab occidente gens sedet Gepi- darum, quæ magnis opinatisque ambitur fluminibus. Nam Tisia per Aquilonem ejus Corumque discurrat; ab Africo vero magnus ipse Danubius; ab Euro fluvius Tansis se- cat, qui rapidus ac verticosus in Histri flu- enta furens devoluitur. Introrsus illi Da- cia est ad coronæ speciem arduis Alpibus e- munita, juxta quorum sinistrum latus,*

quod in Aquilonem vergit, & ab ortu Vi- stule fluminis perimmena spatha venit, Vi- nidarum natio populosa confedit, &c. In qua descriptione videtur innuere Scy- thiæ vniuersali vocabulo comprehen- di gentes circà Danubium, & Vistulam, & in medio quasi consistere Dacos, quos hodie Transylvanos appellamus; quām latè verò se ulterius extendat, non satis liquet ex allatis propter ignota alijs authoribus nomina Tisiæ & Tausis: li- cet dicat ab ostio Danubij usque ad fontem. Qua ratione procul in Germaniam ex- tensam vellet Scythiam. Vereor au- tem, vt Jornandes nullâ habitâ disre- tione temporum ex aliis authoribus qui pridem scripserant, Scythiæ limites col- legerit. Nam licet hi & ampliores limi- tes Scythiæ antiquissimis temporibus fuerint, Plinius tamen, qui Jornande Plin. lib. 4. cap. 12. multo antiquior est procul removit Scythes, vbi ait: *Scytharum nomen us- quequaque transit in Sarmatas atque Ger- manos: nec aliis prisca illa duravit appel- latio, quam qui extremi gentium harum ignoti propriè ceteris mortalibus degunt.* Scripsit Plinius circa Annum Christi 115. at verò Jornandes anno 552. vt notavit Vossius. Et si Plinius ætate jam C. restricta fuit Scythiæ appellatio, quanto magis ætate Jornandis. Cæterùm Scy- tharum vocabulum in sua latitudine comprehendit omnes illos populos, qui Hyperborei dicti fuerunt, antiquius alijs particularibus populorum nominibus, recentius tamen, quām Hyperboreorū, quod ex Strabone discimus: *veteres (in- quit ille) Græcorum scriptores univer- gentes Septentrionales Scytharum, & Celto- scytharum appellatione affecerunt: qui verò ante hos adhuc eos diviserunt, supra Euxinū, Histrum, & Adriaticū mare colentes, Hyper- boreos dixerat.* Et alibi dixerat: *De prisorum Græcorum sententia hoc dico, quod sicut notæ versus Aquilonem gentes uno nomine Scythæ vel*

vel Nomades, ut Homero appellatae fuerunt: postea vero cognitis etiam occiduis regionibus Celtæ atque Iberi aut mixtis vocabulis Celtiberi, & Celto-Scythæ dici cæperunt, &c. Ex quibus verbis duo erimus: vnum, quod qui prius dicti sunt Hyperborei, postea Scythæ appellati sint; alterum, quod evanescente sensim Scythaum nomenclatura apud septentrionales, successerit nomen Celtaum, & subinde mixtum Celto-scytharum. Et hoc quidem Homeri ætate, qui

A. vixit ante primam Olympiadem anni centum triginta, hoc est ante Christum annis nongentis & quinque. Ex quibus licet colligere omnino etiam Carnioliam nostram antiquissimis illis temporibus post Hyperboreæ appellatione, fortitam nomen Scythæ, prout scilicet à Græcis apud quos solos tunc literæ florabant, nuncupabatur. Inter se verò hi populi aliis se se compellaverint nominibus, de quibus quod pro indubitato afferam non habeo.

§. V.

Quarti Carnioliae veteris inquilini Celtæ.

X supra adducto loco Strabonis constat Homeri ætate septentrionales populos adhuc appellatos vniuersim Scythas & Nomades & huic appellationi successisse Celtaum & Celto-scytharum, quod postmodum longo tempore omnibus septentrionalibus velut proprium mansit. Unde hoc nomen desumptum sit, dixi supra cap. i. quid alij sentiant, quid ego suspicer: nimirùm cùm omnes hæ gentes incipiendo ab Illyrico ad ultimum Septentrionem sensim per plura secula invicem permixtæ, & extintis ferè Aboriginibus, corruptisque primitivis linguis, Germanam linguam pariter & mores suscepissent, nativâ suâ linguâ dici cæperunt die Kälten, quia frigidas ad Septentrionem regiones colebant. Quod nomen Græci scriptores aliter exprimere non potuerunt quam Keltoi, vel Keltai. Comprehendit initio Celtica in latissimo suo ambitu, vt putat Cluverius Illyricum omne (de quo ego meritò dubitem) Galliam, Hispaniam, Germaniam, Britanniam. Reliquas gentes post Germanos usque ad Asiam Græci Celto-scythas dixerunt, sensim verò agnità melius Sarmatarum gente, hanc à cæteris Germaniæ populis diviserunt, & remansit Sarmatis diutissimè Scythaum nomen, Germanis verò Celtaum. Ego Celtas coërcerem

B. intrà sinum Adriaticum, Oceanum Germanicum, & Britannicum, inter quæ hodie Germania vniuersa, Galliae & Belgicæ Provinciæ, Boëmia item, Silesia, Prussia, Dania, Suecia cæteræq; regiones comprehenduntur, exclusis Hispanis, Britannis, Sarmatis, & ad meridiem Illyricis intrà primos Illyridis terminos. Licet enim in Hispania Celtiberos, & Celticum promontorium legam, id à populis eo comigrantibus enatum esse facile intelligent Historiarum periti: de Britannis nihil est quod suadeat Celtas aliquando appellatos nisi velis Celtaū vocabulum æquè latè patere ac Hyperboreorū: de Illyricis est Aristotelis sententia: *In Illyrico, & Thracia, & in Epiro Afini parvi babentur; in Scythia verò & Celticæ prorsus nulli.* Contra distinguit C. Illyricum à Celticæ, & Celticam à Scythia: proinde non est cur Celtas in Illyridem primam extendamus. Imò dubitare liceat, an Celtæ nostram Japydiā ante Gallorum vel Celtaum ingressum in Italiam habitaverint, cum Strabo suo tempore scribat eos fuisse permixtos Illyriis, quasi supponens primitus Japides Illyrios fuisse, poste à novâ aliorum populorum accessione mixtos; vnde ait de illis: *permixta nunc Illyriis & Celtis gens.* Scylax tamen Caryandensis Strabone vetustior, Japides simpli-citer Celtas esse asseruit, sed simul insi-

Pomp. Me-
la. lib. 3. c. 1.

Arist. lib. 8.
de hist. ani-
mal.

Strab. lib. 7.

Scylax in
Periplo.

Joan. Luc.
Dalm. lib. 1.
cap. 5.
Virg. 3.
Gerg.

nuavit advenisse aliunde cum Gallo-
rum seu Celtarum in Italiā migran-
tium exercitu: Post Tyrrhenos Celtarum
gens sequitur, pars exercitus angusto terra-
rum tractu, usque ad Adriaticum mare, isti-
bic intimus recessus est sinus Adriatici. Ad-
vertit hoc loco Joannes Lucius ex Stra-
bone, quod intimus recessus sinus Adri-
atici sit ad Timavum, ubi Japides habi-
tassem testatur Virgilius, dum canit *Japi-
dis arna Timavi*. Cum ergo non constet
in Japidia & Carnolia nostra prius ha-
bitasse Celtas, quam Galli iidemque
Celtæ è Germania in Italiā transirent

A. per Alpes, illud saltem certum haberi
debet partem exercitus Belloveso Du-
ce in Japidia nostra, & intimo recessu
Adriatici maris hæsisse, & inquilinis re-
gionis Celtarum nomen intulisse, quod
factum Anno mundi 3449. ante Chri-
stum natum 604. infrà docebimus in
Annalibus. Horum deinde Celtarum,
quos Romani mitiore vocabulo Gallos
appellarunt res gestæ vti Fastos Roma-
nos impleverunt, sic nobis vberem sup-
peditabunt materiam patriæ nostræ ex
advenis indigenarum gloriam
celebrandi.

§. VI.

Quinti Carnioliae veteris inquilini Pannones.



Uos Græci Poeones, Romani
Pannones dixerat: causa no-
minis non satis comperta.
Dio Cassius apud eos Præfe-
cturâ functus hæc de illis prodidit. Post
Præfecturam Africæ atque Dalmatiæ, cui
per aliquod tempus patr' etiam meus præ-
fuerat, superior mihi Fannonia decernitur.
Hinc igitur exactè edictus de rebus ipsorum
singulis gestis scribo. Qui ex eo vocati sunt,
quoniam sagula manicata ex pallijs quibus-
dam, pannos patro more quodammodo in-
cidentes & nuncupantes consuunt. Itaque
sanè hisive propter hoc, sive etiam subit a-
lia causa hujus nominis, tamen ita nomi-
nantur. Etsi quidam Græcorum à vero ab-
errantes, & ignorantia ducti Poeonas ipsos
appellarint. Vetus quidem hæc nominatio
est: attamen non ibi, sed in Rhodope tum at-
que Macedonia habitarunt, quæ protendi-
tur nostris temporibus ad mare usque. Qua-
propter ego hos quidem Poeonas, illos verò
Pannonios &c. appellabo. Sub dubio ita-
que originem nominis tradit, & tamen
fatetur non esse regionis indigenas, sed
è Rhodope & Macedonia advenisse,
quod non capio, cum Rhodope sit in
Thracia, Emathia verò, quæ prius dicta
est Poeonia in medio Macedoniæ, quam
inter & Thraciani intercedit mare Æ-

geum: nisi fortè Poeones Thracibus
mixti in Celticam migraffent. De tem-
pore quo Poeones in Celticam lares tran-
B. stulerunt quæstio esse potest. Lazius su-
spicatur id factum Macedonio bello Laz. de Mi-
grat. lib. 4.
int.
Romanorum quando contra Perseum
Macedonum, & Gentium Illyriorum
Regem bellatum est. Anno scilicet
mundi 3886. ante Christum natum
167. Nec prorsus vana videtur esse con-
jectura, quia teste Livio Perseus non fi-
dens suis, circè eum annum Æmathiæ
seu Poeoniæ incolas expulit, & Thra-
ces substituit. Verba Livij appono: Liv. Dec. 4.
lib. 10.
Jam primum omnem ferè multitudinem ci-
vium ex maritimis civitatibus cum fa-
miliis suis in Æmathiam, quæ nunc dicitur,
C. quondam appellata Poeonia est, traduxit:
Ibracibusque & aliis barbaris urbes tradi-
dit habitandas. Fidiora hæc genera ho-
minum fore ratus in Romano bello. In-
gentem ea res fremitum in tota Macedo-
nia fecit: relinquentesque penates suos cum
conjugibui ac liberis, pauci tacitum dolorem
continebant: execrationesque in agminibus
proficiuntur in Regem vincente odio me-
tum, ex audiebantur. Hæc Livius, qui
licet afferat Macedones in Poeoniæ
collectos ex maritimis urbibus, & alios
expulso, non tamen tradit Poeones in
Cel-

Celticam migrasse, & de suo nomine Pannionam cognominasse. Facilius mihi persuaderem hoc nomen Pannionæ aliunde enatum non multò ante hæc tempora, quia passim jam Celtica per partes diversa nomina sortiebatur. Nam & Scordisci, & Amantini, & Bastarnæ omnes Celtici generis Pannionæ inferioris incolæ à centum retro annis post expeditionem Delphicam innotuerant. Fortè hic aliquid Appiano tribuendum, qui ex veterum scriptis, quæ probabilissima visa sunt se ait selegisse, nempè ab Illyrico Cyclopis Polyphemi filio natos Autharium, Dardanum, Medum &c. à quo populorum nomina: *Auctoratio Pannionū sive Poeona genitum, Poeone autem Scordiscum & Triballum, quibus item cognomines populos habemus.* Ut fabula sit de Polyphemo, cum Athenæus, & alij Scordiscos Celtici generis esse affirment id saltem conjecturæ videretur concedi posse, Autharium Celtam cum Brenno ad Delphicam protectum expeditione indeq; reversum per Pañonium filium Pañoniæ, per Scordiscum nepotē Scordisci nomen dedisse, quod post annum Muri 3777. ante Christ. 276. accidisse censendum est. Nam ante hæc tempora Pannonus nulla mentio apud authores. Quin adhuc anno ante Christum 170 Pannonia superior sub Illyrici nomine nuncupatur à Livio cum de Carnunto vrbe à Romanis tentata agit: an fortè usus eo nomine, quod sua ætate jam pluribus Provinciis commune erat. Lingua primorum Pannonus, quæ fuerit incertum est. Germanicam fuisse contendit Cluverius, non nihil tamen ab aliis Celtis discrepantem. Nec caret opinio fundamento, cum dicat Tacitus: *Utrum Aravisci in Pannionam ab Osis Germanorum natione an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint, cum eodem adhuc sermone, institutis, moribus utantur, incertum est.* Supponit Osis Germanorum nationem, diversum tamen habuisse Idioma contendit. Et infrà: *Osis Panno-*

Appian. in
Illyr. init.

Athen. I. 6.
e. 5.

Cluverius de Ger.
I. I. c. 5.

Tac. lib. de
Germ.

nica lingua coarguit non esse Germanos. Quomodo prius fuerunt Germanorum natio, & nunc propter Idiomatis diversitatem non forent Germani? sensum ego hinc puto subesse. Osi Germana natio è Pannonia digressi in Germaniam, quæ propriè Taciti ævo Germania dicebatur, linguæ dialecto se produnt advenas, & ex alia natione; licet etiam Germanici aut Celtici generis, eo commigrasse. Idem posses dicere hodie de Gottscheviensibus, qui è Franconia in Carnioliam inducti adhuc servant nativam linguam extrà Franconiam, tametsi depravatam, & dialecto planè discrepantem à Franconica. Nihil id mirum: nam etiam hodie lingua Saxonica, Westphalica, Suevica, Belgica licet Germanæ omnes sint, dialecto tamen ita differunt, vt vna natio aliam vix intelligat. Et apud Pannonios quidem alia etiam potuit subesse ratio, quia fortè gens mixta fuit ex Macedonibus, & Celtis, ex quorum vtraque lingua tertia quædam species fuerit coagmentata, quemadmodum etiam nunc in Carnolia nostra Slavicum Idioma multis Germanicis, & Italicis vocibus permiscetur, vt alii puriores Slavi, Croatæ, Dalmatae non facilè possint Carniolos intelligere. Verum nec linguæ diversitas per se arguit diversitatem nationis, vt suo loco ostendam. Pannonus vivendi rationem, & mores describit suprà allegatus Dio Cassius in hæc verba: *Pannonij propè Dalmatiam habitant ad ipsum Istrum à Norico ad Myssiam usque, quæ est in Europa. Atque omnium mortalium cum vitam durissimam agant (neque enim terra neque aëre fruuntur temperatis) non olem, non vinum, excepto paucissimo, eoq; acidissimo, agris illorum inest. Per hysmem asperoram, vt plurimum victantes hordeum solum & milium edunt, similiiter & bibunt. Fortissimi igitur ob hæc omnia, quæ scimus, habentur, iracundi maxime nec non truculentissimi sunt, quippe nullo suavioris vitae lenocinio irretiti.* Hæc

verò non audita solum, neque lecta, sed re-
ipsa expertus (ut pote, qui & imperaverim
ipfis, scio. Hæc pro illo tempore vera
fuerint, nunc verò nec de terræ cultura
nec de vini defectu quereretur Dio.
Nam & tota Germania illa ætate Roma-
nis visa est barbara, quam hodie miran-
tur cultissimam. A fortitudine meritò
commendat Pannones, quod etiam
præstítit post ipsum Appianus, qui ait:
Pœones natio ingens circa Istrum per longum
incolens, ab Japodum populis suprà Darda-
nos protenditur. Hi Pœones à Græcis, à
Romanis Pannonij appellantur &c. glorio-
si hi admodum ob Macedonum Agrianos,
qui potissimum Philippo, & Alexandro in
bellis præsterunt, &c. Cæterùm cum Cor-
nelius adversus Pœones exercitum deducens
turpiter rejectus esset, ingens Poconum fa-
ma universem formidine concussit Italiam:
ac deinceps per longum tempus, qui consula-
tum apud Romanos gerebant, bandqua-
quam Pœones bello aggredi ausi sunt. Hæc
Appianus. His succenturiati posterio-
bus seculis Slavi nostri (quos nunc Cro-
atos appellamus) maiorum gloriam a-
nimi magnitudine, & fortibus factis
æmulantur, docti frameis hebetare fra-
mcarum aciem Turcicarum, quibus
nihil conesserunt Carnioli nostri pro-
ximè elapsis duobus seculis, vt in An-
nalibus referemus. Propriis obtempe-
rasse Regibus aliquando Pannones pri-
usquam Romanos fasces adorarent, ex
monumentis historicorum elicimus, di-
cemusque suo loco. Unde errasse cen-
sensus Appianus ubi aiebat: Saltuosa
est omnis Poconum regio interque Japodas ac
Dardanos in longum protensa: nullæ in ea
urbes erant, sed vicatim aut dispersis per
agros Domiciliis habitabatur: nullum uni-
versæ genti in commune regimen, nulli Ma-
gistratus, separatisque per cognitiones atq;
familias consilii agebant. Centena millia
ætate militari censabantur, quæ tamen ino-
pia communis imperij minimè in unum coi-
bant. Id fortè de aliqua gentis parte vi-
cina Dalmatiæ vel fortè ipsa Japidia con-

A. termina Pannoniæ credi posset, ex iis,
quæ postmodum narrat Appianus, Appian. in
quod Augustus Cæsar fugatis, qui vi-
catim habitabant Japydibus Segestam
aggressus fit. Inde (inquit ille) perrexit
in agrum Segetanum, qui & ipse Poe-
num est ad Savum fluvium &c. Cæterùm
Pannonibus suos Reges fuisse liquet ex
Jornande, qui Regem Pannorum sub-
actum ait à Lucio Anitio Prætore post
captum Gentium Illyriorum Regem:
Illyriam autem cum Gentione suo Rege Ma-
cedonibus auxiliantibus vicit Romanorum
Lucius Prætor, & in Provinciam rededit:
primusque omnium Romanorum ad Danu-
rium amnem usque profectus, cuncta ejus
loca vastavit. Pannorum quoque Regem
in certamine superans idem Lucius rededit
in Provinciam. Quod factum fuisse o-
portet circà annum Urbis conditæ 586.
ante Christum 166. nisi erroneè ponat
Jornandes à Lucio Prætore Pannorias
in Provinciam redactas. Rursum au-
tem sub Tiberio Cæsare meminit Vel-
leius Paterculus Ducum Pannoniæ, Vellei. Pat.
quos alii Reges vocant: Omnis Pañonia
reliquijs belli in Dalmatia manentibns pa-
cem petiit. Feroccum illam tot millium ju-
ventutem paulò ante servitutem minatam
Italiæ, conferentem arma, quibus ufa erat
apud flumen nomine Bathinum, prosternen-
temque universam genibus Imperatoris,
Bathonemq; & Pinetem excelsissimos Duces
captum alterum alterum deditum &c. De
eisdem agens Sextus Rufus ait: Batho-
ne Pannorum Rege subacto in ditionem
nostram Pannoniæ venerunt. Quin etiam
Amantinis inter Savum, & Dravum Pan-
noniæ Saviæ inquilinis proprium Regē
fuisse asserit suprà memoratus Jornades: Jornan. cit.
Amantinos autem, qui inter Savum Dra-
vumque flumina insident Rege eorum inte-
rempto ipsa vice Romanam fecit Provin-
ciam. Hoc post captum Bathonem ac-
cidisse innuit Sextus Rufus allegatus
immediatè superioribus adjiciens: A-
mantinis inter Savum, & Dravum pro-
stratis regio Suaviensis, ac secundorum loca
Ruf. in Brev.

Appian. cit.

Panno-

Pannoniorum obtenta sunt. Plura cum Pannonibus bella gessere Romani postremum fuit cum Bathone, & Pinete Regibus, quibus debellatis Pannonia vñversa præfidiis communita, Roma-

A. nis obtemperavit vsque ad inclinationem Imperij, vt suo loco dicemus: ab Anno scilicet Christianæ Æræ decimo ad Annū ejusdem æræ circiter quadragesimum.

§ VII.

Sexti Carnioliae veteris inquilini Taurisci & Norici.

DArtem Carnioliae hodiernæ olim fuisse partem Taurisciæ, & Norici suprà asservi cap. 2. vbi etiam ostendi Taurisciæ nomen antiquius fuisse Norici nomine, & hoc illi substitutum esse circà tempora incipientis Monarchiæ Romanæ. Nunc inquirendum nobis esset ipsum tempus, quo Regio illa, qua Noricum cludebatur, & Taurisciæ, & Norici nomen adeptasit. Verùm cum hic altum sit apud authores, qui exstant, silentium; neque fabulis, fidem habere libeat cum Lazio, id solùm per conjecturam affirmare concessum est: Tauriscos non aliunde, quam à Celtis originem trahere, & cùm Celtica in plures populorum nomenclaturas dividi cœpit, tunc etiam montanis hisce regionibus & Alpinis populis Tauriscorum nomen adhæsisse, quo sensim exolescente demum non multò ante Christi natalem Noricorum successisse appellationem. Plin.

Plin. 1.3 c. 20

nij de hoc sensus est: *Juxtaque Carnos quondam Taurisci, nunc Norici.* Strabo Nauportum nostrum appellavit *Tauri- scorum coloniam.* Quidsi Strabonis ætate adhuc in vsu fuisset nomen Taurisciæ & postmodum transiisset in nomen Norici, quamvis etiam Noricorum nomen Strabo. Libet afferre pluscula ex eo: *Per mixtæ sunt Thracibus intrâ Istrum colentibus Gallicæ gentes, Boij, & Scordisci, & Taurisci loquitur hic de Tauriscis inter Savi Danubijque confluentes habitantibus, quos ab Alpinis Tauriscis eò migrasse suspicor.* Unde & Ptolomæus Ptol. 1.2. cap. 16. Plin. 1.3. cap. 25. Taurunum ab his denominatum eo loci reponit, Plinius refert: *Mons Claudius,*

cujus in fronte Scordisci, in Tergo Taurisci.

Strabo 1.4.

Iterùm verò Strabo: *Contermini jam intimo Adriatici sinus recessui & locis ad Aquileiam Noricorum quidam incolunt, & Carni.* Noricorum sunt etiam Taurisci.

Strabo ibid.

B. Eodem libro etiam hæc habet: *Auctor est Polybius suâ aetate circà Aquilejam, maximè in Tauriscis, qui Norici dicuntur solum auriferax inventum fuisse.* Ex quibus colligitur Tauriscos & Noricos eandem fuisse gentem, & vetustius illud fuisse Tauriscorum nomen, quam Noricorum. Quod autem fuerint origine Celtæ, & paulò ante afferuit Strabo

Strabo 1.7.

cùm eos appellavit Gallicas gentes, & alibi etiam firmavit authoritate Posidonij, vbi ait: *Posidonius tradit: Bojos quondam Hercynium incoluisse saltum, ac Cimbros cùm ad ea loca se contulissent, ab iis repulso ad Istrum & Scordiscos Gallos descendisse, inde ad Tauriscos itidem Gallos.* Quare non est audiendus Lazius, qui eos

Laz. Mig. 1.6.
Cluv. in Nor. cap. 2.

C. Trojanæ originis fuisse contendit. Cluverius etiam tam Tauriscos quam Scordiscos Illyricis gentibus vult adnumerare Appiani auctoritate, sed quo tempore Appianus scripsit non solum Pannoniæ quam inhabitabant Scordisci, quorum meminit Appianus, sed etiam Noricum attributum fuit Illyrico, vnde quod Illyricos existimaverit regionis habuit ratioem, non originis populum. Imò contradicit sibi Cluverius dum ait: *Quod Græci ob lingua et morumque similitudinem Gallicam gentem Tauriscos esse arbitrati sunt.* Rectius Appianus utramque gentem Tauriscos simul atque Scordiscos inter Illyricas gentes connumerat. Cùm Appianus exprefsè dicat *Hæc de populis* Appian. in Illyr. (Scor-

(*Scordiscis, Triballis &c.* quorum antè mentionem fecerat) qui à Græcis Illyrij judicantur. Si à Græcis judicantur Illyrij, quomodo dicit Cluverius à Græcis censeri Gallicam gentem? Nos Straboni credimus. Melius videtur divinare idem Cluverius de tempore, quo Taurisci migrarunt in Pannoniam inferiorem. Observat enim, quod Galli cùm primo per Alpes penetrarunt in Italiam Thuscos sedibus suis pepulerint, qui postea duce Rhæto sedibus amissis ad Alpes se contulerunt, & inde Tauricos depulerunt: hi verò abire coacti ad Pannonias se contulerunt. De Rhætis testatur Plinius: *Rhætos Thuscorum prolem arbitrantur, à Gallis pulsos, duce Rhæto.*

De Tauriscis autem expulsis per Rhætos non adestant antiqui scriptoris authoritas. Ego potius crediderim Celtas seu Gallos, quos diximus primo immigrasse partim Italiam, partim nostræ Japydiæ, & Illyrico, etiam tunc sensim occupasse Alpinos tractus ubi Taurisciæ, & Noricorum nomen posterioribus temporibus emersit. Qui deinde cum cæteris Gallis aucti numero in Græciam profecti ad diripiendum Delphicum templum, & inde reduces manserint in Pannonia: quod de eorum vicinis Scordiscis disertè attestatur Athenæus: *Galatae, qui Scordistæ appellantur aurum in regionem suam non inferunt &c.* Hi autem Scordistæ sunt vocati, quia reliquæ Galatarum extiterunt, qui cum Brenno duce tunc temporis militaverant, quando Delphos diripuerunt. Utrum Scordisci priusquam Delphos proficerentur hoc nomen habuerint, dubitare possis, quia fortè à Scordo monte cuius meminit Plinius inter Illyricum, Thraciam, & Moesiam sito, ubi tandem sedes fixerunt appellati sunt, post redditum ab expeditione Delphica. Taurisci verò eorum in expeditione socij, qui alteram partem montis Claudi occuparunt, nomen quod prius habuerant in Alpibus, quas incolebant, servarunt: atque ita

P. in. lib. 3.
c. 120.

Athen. I. 5.
Deipnofo.

A dici possunt coloniæ deductæ è Taurisci in Pannoniam. Credibile circà id tempus enata esse plura nomina ejusdem populi Celtarum, cùmprius omnes uno nomine Celtæ, & Galli appellati fuissent. Ex quo haberemus tempus, quo vero similiter nostra superior Carniola Taurisciæ nomen consecuta est, nimirùm inter annum vrbis conditæ 148. quo Celtæ penetrarunt in Italiæ, & a Ænum ejusdem vrbis Conditæ 474. seu ante Natalem Christi 278. quo ijdem Celtæ Delphos petierunt. Pluribus post hæc annis, & fortè non multis ante Christum natum Noricino-

B men successit Taurisco, quod per conjecturam assertū, si quis certiora produxerit revocabo. Servarunt tamen vetus nomen Taurisci in Pannonia, quorum Plinius meminit, cùm cæteri Alpini non amplius Taurisci sed Norici appellarentur. De Tauriscis in Gallia, de Taurino in Sabaudia, & aliis ejusdem nomenclaturæ locis non est hujus loci differere. Lazi omnes illos putat à nostratis Tauriscis, & nomen & originem accepisse: Cluverius licet diversitatem populorum supponat, nomen tamen à solis montibus, qui Germanis Taurn passim nuncupantur, commune fuisse arbitratur, & locis & populis diversis. Qua in re ego verosimilius existimo dici debere, quod aliqui horum populorum à locis nomen acceperint, alij ab aliis eventibus, & causis, de quibus non liquet. De nostris Tauriscis non putem verum esse, quod à montibus, quos modo passim Thaurn appellamus nomen acceperint sed econtrà montes à ipsis Tauriscis. Taurisci verò à Tauris, quibus semper regio abundavit, & vfa est ad agrorum culturam. Propterea etiam Styria, quæ olim fuit Taurisia Germanicum nomen ab iisdem Tauris desumpfit, cùm quod Latinis Taurum, hoc Germanis Stier sonet; habuitque antiquitùs pro insigni Taurum, cujus loco deinde substituta est

C Irenic. Exeg.
lib. I. c. 20.

Pan.

Panthera flammivoma. Quæstionem movet Irenicus an Norici sint Germani: & idem ait quæri posse de Vindelicis. Allegat verò Orosum, quod dicat Noricos à Septentrione Germaniam habere, ac proinde à Germania exclusos. Ptolomæum item qui meminit Noricorū, vt populorum à Germania alienorum: in cujus sententiam videntur ire Plinius & Strabo. Ad quæ argumenta sibi respondeat, quod Strabo Noricos collocet juxta Aquilejam, vnde olim Noricū non fuit, vbi nunc est, vltra enim Danubium porrigebatur, vbi adhuc vestigium nominis est Nordtgeij, & concludit: *Vah Nurenberga umbilicus Germaniæ Noricorum civitas, & adhuc dubitatur bi an Germani sint?* Vtum hic fallitur Irenicus licet enim Norimberga à Norico nomen fortè habeat, non tamen fuit in Norico, cuius limites ad Septentrionē Oenus fluvius & pars Danubij vsq; ad Cetum montē, vltra quos procul sita est Norimberga.

A. Conradus Celtes in libello de Norimbergæ locat eam in Hercynio saltu, quem longè latèque extendit, Ptolomæus in Germania magna includit, Norimbergam, sed Noricum videtur excludere, vt patet inspicienti ejus limites. Per hoc igitur non solvit Irenicus quæstionem. Ferat igitur illi suppetias Cluverius, qui benè advertit Ptolomæum in assignandis Germaniæ limitibus aberrasse: idem dic de Oroso. Melius aliquantum Mela eos attigit: *Germania hinc ripis Rheni usque ad Alpes, à meridie ipsi Alpibus, ab Oriente Sarmaticarum confinio gentium, qua Septentrionem spectat Oceani litore obducta est.* Ex quo manifestè sequitur, Noricos, Vindelicos, Pannonios; atque adeo hodiernos Bavarios, Tyrolenses, Austriacos, Carinthos, Styros, Carniolos ad Germaniam non hodiernam solum, sed & veterem pertinere. Cum hæ Provinciæ Alpes habeant à meridie.

Celtes de
Norimb.
cap. 3.

Cluver. Ger-
man. lib. 1.
cap. 11.

Mela lib. 3.
cap. 3.

§. VIII.

Septimi Carnioliae veteris inquilini Romani.

Ruf. in Bre-
viar. Messal.
de prog. Au-
gusti. n. 21.
Jornand. de
success. re-
gno.



Uibus annis quas Provincias Romani obtinuerint recentent Rufus Festus, Messala Corvinus, Jornandes & alij. Per annos ccxliii. sub septem Regibus ad Portum solum & Ostia Tyberina prolatum imperium intra octodecim millaria constitut. Sub Consulibus deinde per annos cccccxvii. Italia vsq; trans Padum, Africa, Hispania, Gallia, Britannia occupata. Inde Illyrium, Istria, Liburni, Dalmatæ, domiti. Macedonia, Achaja, Dardania, Mœsia, Thracia, vel jugū admisere, vel bello afflictæ. Pontus, Armenia, Arabia, Cilicia, Syria senserunt Romanes vires. Tandem sub Cæsaribus reliquæ accesserunt Provinciæ. Nostra per partes (nunc enim ex partibus constat) Carniola impetita & occupata, sæpius excusso jugo, demum sub Augusto, & ejus privigno Claudio Tiberio præsi-

diis Romanis munita constanti side vsq; ad inclinationem & penè extinctionem Romani Occidentalis Imperij perseveravit Romana. Primum ante alias debellati Istri an. Vrb. Cond. D. LXXVI. ante Christum CLXXVI. quo etiam tempore Japydia & Carnia societatem & amicitiam iniit cum populo Roma- C. no, nondum armis petita, cum teste Livo an. V. Cond. D. LXXXIII. non nihil à Cassio in Macedoniam traducente exercitum violata, Legatos Romam miserit, qui ob injurias sociis illatas quærentur. Istria subinde jugum excusserat, quæ iterum an. V. Cond. DC. XXIV. vna cum parte Japydiæ per Sempronium Tuditanum subacta est. Decimo post Pannoniæ pars inferior contermina Japydiæ, admisit imperium, & Siscia belli contra Dacos horreum effecta. Carni deinde Anno V. Cond.

Liv. lib. 41.

Idem Liv.
lib. 43.

Sigen. in
Fest.Appian. in
Illyr.

Ruf. in Brev.

Cond. DC. XXXV. cum latè subs fines extendissent sub jugum missi. Scordi-A. scos anno Vrb. Cond. DC. XXXIX. Di- dius Prætor frustra domuit, qui à feroci- res effetti incursarunt poste à Macedo- niam, biennio Livium Drusum Consu- lem fatigarunt. Usque ad Annum Vrb. Cond. DCCXVIII. videntur Japydes adhæsse Romanis, ut amici & socij, cùm anno ejusdem V. Cond. DCCX. præsidiū Decimi Bruti admiserint Metulienes, & Antonio hosti Reipublicæ declarato restiterint: ut tamen flagrante civili Bello inter Romanos, libertatis pristinæ memores non dubitaverint fi- nes eorum laceffere. Aquilejam & Ter- gestum: illud Carnis olim, hoc Japydi- bus, dein Carnis, quin & Istris attributū, vtrumq; Romanorum coloniam tenta- re, quæ in decursu memorabimus. Id causa fuit Augusto, ut quod eatenus præ- termissum fuerat, etiam Japydes armis Romanis sub jugum mitterentur. Tri- ennij labore vix peregit cogitata Augu- stus, Metulo excisâ, occupatis Terpo- no, Arupio, Monetio, omnem Japydiam Romanis obtemperare coegit Anno. V. Cond. DCCXX. ante natum Christum an. XXXII. Tardius nonnihil superior Pannonia (vbi Æmona nostra) recepit jugum, vna scilicet cum Norico occupa- ta, vel non multò post Noricum. Certum annum ex antiquis authoribus eruere non possumus. Id saltem in confessio est sub Augusti Imperio, partim ejusdem, partim Claudi, Tiberij & aliorum Lega- torum auspiciis injectos Norico, Carniæ & Pannoniæ superiori compedes, eo fa- cilius, quo Norici tunc securius agebant, qui in Alpibus habitantes credebant in rupes suas, & nives bellum non posse a- scendere. Sextus Rufus Festus paucis hæc insinuat: *Sub Julio & Octaviano Cæsaribus per Alpes Julianas iter factum est, Alpinis omnibus vietiis Noricorum Provin- ciae accesserunt.* Mansit tamen his popu- lis in iñatus libertatis amor, cuius impulsu non semel contrà Romanos arma corri-

puerunt, vti per Chronologiæ decur- sum præsertim ad ann. v. Cond. DCC. XLIII. id est ante Christum natum IX. attingemus. Postquam verò per Con- stantinum nova Roma Constantinopo- lis condita est, & Romanum Imperium dividi cœpit, novis populis aperta est ja- nua in Carnioliam. Unde Vandali (de quibus mox agemus, dein Goths, Lon- gobardi & alij populis sensim ingressi se- culis aliquot certarunt *quisquid tolleret*, & vastatam pridem patriam magis vasta- ret. Et quamvis Romanorum parerent Imperio tam Provinciæ, quam inquilini Vandali; fieri tamen non potuit, quin B. frequentes colonorum mutationes rui- nam secum traherent patriæ vniversæ. Nam Vandalis circa an. CCCIV. sive sponte excedentibus, sive Gothorum in- curfione pulsis: modo Goths, modo Hū- ni Romanas lacerarunt Provincias, ut neutris stabilis vel diurna hic sedes fu- erit. Ab his vel cæsa per vrbes, vel ejecta Romana præsidia, incertum effecerunt, cui per ea tempora paruerit Carniola nostra. Respiciebat illa quidem Imperiū occidentale, sed cum illud per ipsam ceu claustrum Italiæ direptioni Barbaro- rū patuerit, prima semper sensit hostiles C. impetus: nec ab Imperatoribus ullum exspectare potuit auxilium, qui vndiq; variorum hostium infidiis impeteban- tur. Hinc etiam bellis intestinis obnoxiam, dum Suavi seu Suaviæ Pannoniæ ex variis ferè nationibus mixti Inquilini contrà Gothos, Goths contrà Rugos & Herulos, Hunnosq; certant, & modo hi, modo illi superiores dominari contendunt, nullius assequatur cogitatio, quæ miserabilis tunc fuerit status patriæ, aut cuius imperiis obtemperaverit. Verosi- mile igitur est circa an. Christi cccxlvi. defecisse in Carniola nostra Romanorū præsidia, quo scilicet per Attilā vniversa vastata, & ab ejus interitu mox Gothorū, Gepidarū, Rugorū, Herulorū intestinis bellis orchestra esse cœpit, quæ in Añali- bus ipsis prosequemur. Mansisse tamen in

in aliquot Norici, & Pannoniæ limitaneis locis Romanos vsq; dum Odoacer Italiæ regno potiretur, & anno primo CCCCLXXXIV. ab Onulpho Duce Odoacris reductos in Italiam, notavit Adeltzreiter: sed hos putem fuisse quasi indigenas, & Domiciliis liberè in his

Adeltzeit.
Annal Boic.
p. 1. l. 5.

A. partibus fixis, qui pertæsi tot diversarum gentium incursionibus, patrios lares oblatâ occasione repetere maluerint quām in continuis versari periculis: præsidia verò militaria pridem non tantum è Pannonia, sed & Norico excessisse reor.

§. IX.

Octavi Carnioliae veteris inquilini Vandali.

 Andali Plinio dicti Vindeli, Tacito Vandalij, Paulo Diacono, Helmoldo & Jornandi Wandali: Sed Vopisco, Procopio, Zofimo & Suidæ Vandili; rursum Diacono Winili, Sigeberto, & Helmoldo Winuli: Krantzio etiam Vendi ac Wendi: & denique potioribus, vt Capitolino, Mamertino, Orosio, Jornandi, Eutropio, Cassiodoro, Xiphilino *Vandali*. Qui an & quomodo iidem aut diversi fuerint cum Vindis, Windis, Vendis, Wendis, Venedis &c. infrà examinabimus. Hi proinde Vandali ad litora Baltici maris olim longè lateque extensi fuerunt inter Travam & Vistulam amnes vt notavit Henricus Bangertus, natio Germanica penè omnium scriptorum consensu. Plinius distinguens Germanorum genera quinq; primò loco ponit, *Vindeli quorum pars Burgundiones, Varrini, Carini, Guttones alterum genus Ingævones &c.* Indigenas & Aborigines eorum locorum fuisse innuit Tacitus, qui vniversim de Germanis afferit: *Celebrant carminibus antiquis (quod vnum apud illos memoriae & Annalium genus) Tuitiōnem Deum terra editum, & filium Mannum originem gentis, conditoresque. Manno tres filios assignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingævones, medij Hermione, cæteri Iſtævones vocentur. Quidam autem licentia vetustatis plures Deo ortos, plerisq; gentis appellations Marfos, Gambrivios, Suevos, Vandali affirmant, eaque vera & antiqua nomina. Lazius more suo nominis etymon indagans dictos putat à Germano vocabulo *Vandeli* / die *Vandler* quasi vagos &*

Bangert, in
Not. ad Hel.

Plin. lib. 4.
c. 14.

Tac. lib. de
German.

peregrinos afferens. Undecunque nomen consecuti sint, illud certum, quod totum penè orbem pervagati sint, præfertim si eos Gothis conjungas, vti volunt nonnulli. Anno ante natum Christum D C. Vandali sub Rege suo Scalco contrà Danorum Regem Heliogonem bellum gessisse narrantur, apud

B. Krantzium: quo tota maritima Vandalia in potestatem Danorum venit, & tributaria effecta est. Anno ante natum Christum XXXVII. irruperunt Wandali in Daniam, contrà quos Frotho III. Rex Daniæ misit Ericum Ducem, à quo Sturnicus Wandalarum rex occisus est, teste Saxone Grammatico.

Kran. Van.
lib. I. c. 7.

Anno Christi CLXXI. irrupuisse jam Vandals in Pannoniam superiorem colligitur ex eo, quod refert Capitonius de M. Antonino Philosopho: *Speciale ipse bellum Marcomannicum, sed quantum nulla unquam memoria fuit tum virtute tum etiam felicitate transegit &c.* Pannonias ergò, & Marcomannis, Sarmætis, Vandalis, simul etiam Quadi exstinctis servitio liberavit. Anno CCLXXII. iterum

Sax. Gram.
lib. I. p. 34.

Vandali se conjunxerunt Marcomanis Mediolanum usque progressi, contrà quos Aurelianus Imperator non satis feliciter primo pugnavit, poste tamen de profligatis triumphavit, vt narrat Vopiscus. Anno CCLXXXII. teste eodem Vopisco transtulit Probus Imperator præter alios populos etiam Vandali in solum Romanum, id est ut verosimile videtur, in Pannoniam inferiorem, quia tamen non servata fide, per totum penè orbem pedibus, & navigando vagatis sunt. Deniq; quod nostri pro-

Capitol in
Anton. n. 17.
Paul. Diacon.
in Miscell.
cap. 16.1.19.

Vopisc. in
Aurel. num.
18. & seqq.

Vopisc. in
Probo. n. 18.

Jornand. de
reb. get. c. 22.
Krantz.
Vandal. l. 1.
c. 22. Brenn.
in Apx. Bon-
an.

prium est instituti Anno CCCXXXII. Christi , vel ut habet Brennerus CCC XXXVI. iidem Vandali, qui paulò ante in hodierna Moldavia, & Vallachia confederant bello petiti à Geberico Gothorum Rege cæsi sunt cum Rege suo Visumario ad ripas Marisij amnis : post quam cladem à Constantino Imperatore impetrarunt, ut translatis laribus in Pannonia nostra habitarent, manseruntque in ea per annos Sexaginta circiter usque ad annum decimum tertium Ar-

cadij Imperatoris. Tunc verò contemporanei Stiliconis impulsu Caroco Rege progressi in Gallias trajecto Rheno Romanis inde pulsis rerum potiti sunt. Anno scilicet Christi CCCCIV. alii habent CCCCX. Triennio illi cduravit imperium, cum iterum Duce Genserico magno numero moverunt in Hispanias trajeceruntque in Africam, ubi regno I. tabilito ad usque tempora Justiniani Imperatoris manserunt. Hæc de Vandaliis.

Bangert in
Not. ad Hel.

§. X.

Noni Inquilini Carnioliae veteris Gothi.

Plin. Gutto.
& Tacit. in
Ger. & l. 2.
Annal. Stra.
l. 7. Plin. l. 4.
cap. 14.

Cluv. Germ.
lib. 3. c. 34.

 Othi Cornelio Tacito appellati Gothones, Straboni verò Guthones, Ptolomæo Gythones, antiquitus Oceanis Septentrionalis sinum Codanum adcoluerunt: indeque plures progressi in alias terras transmisere colonias. Getas etiam & Gepidas dictos extrà nativum solum ultrà Danubium intrà Parthissum amnem, & mare Ponticum Græca appellatione, quos Romani Dacos nuncuparunt, non recentiores modo, sed & veteres plerique scriptores supponunt, & eandem fuisse gentem Gothos ac Getas disertè testantur: contrà quos tamen magno spiritu calamum strinxit Cluverius, volens evincere Gothos, & Getas diversam omnino gentem fuisse, & Gothos quidem Germanos, Getas verò Thraces origine. Libet obiter ejus argumenta expendere, & contrariam ceu veriorem amplecti opinionem pluribus subscribendo. Qui itaque Gothos, & Getas eandem esse Gentem contendunt sunt ex Poëtis Sidonius, Claudianus, & Ausonius: ex aliis D. Hieronymus, Orosius, Procopius, Jornandes ipse quoque Gothus, Spartianus, & alij, qui proximè ad ea tempora vixerunt, quibus tam Getharum quam Gothorum erat memoria celebris, & inter utramque gentem mutua ejusdem

B. originis agnitio, ut insinuat Jornandes Joruan.de
reb. Get. cum opus ipsū, quod scripsit de Gothis, intitulavit *de rebus Geticis*. Getas deinde, & Gepidas cognatos & ejusdem nationis fuisse testatur illis verbis: *Quomodo verò Getæ Gepidæque sint parentes, si quæris paucis absolvam.* Ubi vocem parentes barbarè adhibet pro consanguineis seu cognatis, qua etiam hodie Itali in eadem significatione vtuntur. Sed promamus nonnulla ex aliis Jornande antiquioribus. Procopius Græcus scriptor, qui ex Procop. ret.
Goth l. 1. professo Gothicam historiam texuit, inter alia habet: *Geticam quippe nationem esse Gothos affirmant.* S. Hieronymus S. Hier. Epist. Getas, & Gothos pro iisdem habens, & ^{138.} supponens esse Germanos sic ait: *Quis hoc crederet, vt barbara Getarum lingua, Hebraicam quæreret veritatem: & dormitantibus, imò contemnentibus Græcis, ipsa Germania spiritus sancti eloquia scrutaretur.* In qua authoritate; Gothos appellat Getas & utrumque nomen pro eodem sumit ^{2.} afferit eos esse Germanos, cùm econtrà Cluverius persuadere velit Getas fuisse Thraces. Pauli Orosij, Oros. lib. I.
c. 16. qui fuit S. Hieronymi Synchronos, eadem fuit sententia: *Modo autem Getæ illi, qui & nunc Gothi, quos Alexander evitando pronuntiavit.* Et Fl. Vopiscus, Fl. Vopisc. qui vixit sub Constantino Imperatore, ^{in prob.} quo tempore Getharum nomen jam exole-

exolescebat & celebrius erat Gothorum, nihilominus Gothos à Probo Imperatore partim debellatos, partim in amicitiam receptos appellat Getas: *omnes Geticos populos, aut in ditionem, aut in amicitiam recepit.* Denique Spartianus in Antonino Geta in quiebat: *Helvius Pertinax recitanti Faustino Prætori, & dicens Sarmaticus Maximus, & Parthicus Maximus; dixisse dicitur alio, & Geticus Maximus quasi Gothicus.* Non quod Getas vel Gothos domuissest, sed quia Getam fratrem occiderat Antoninus Caracalla. Ex his proinde auctoribus constat Getas, & Gothos eandem fuisse gentem. Vult nihilominus Cluverius discrimen facere; quia nullus antiquorum authorum Getas sive Dacos in Germanorum computavit nationibus: at quomodo non computavit vllus cum antiqui, ut ipse fatetur Gothos & Getas duo nomina vniuersi populi fuisse afferverunt: si Gothi Germani, vtiq; & Getæ: deinde auctoritas S. Hieronymi clara est in qua Getæ Germani dicuntur. 2. quia Herodotus, & Strabo Getas Thracibus adnumerant. Herodoti verba sunt: *Getæ per imperitiam resistentes in servitutem redacti sunt, quum sint fortissimi Thracum atque justissimi.* C. Strabonis verò hæc: *Quod autem sine uxoribus vixerint, nullum talis rei indicium extat, maximè apud Thracas, & horum partem Getas.* Et alibi distinguit Getas à Germanis. *Est & alia regionis divisio, quæ ab antiquo perduravit, ut alij Daci alij Getæ appellantur: Getæ qui ad Pontum & orientem vergunt; Daci qui in diversum ad Germaniam, & Istri fontes: quos puto antiquitus esse Davos appellatos, vnde etiam apud Atticos in usu fuerint servorum nomina Getæ, ac Daci.* Plura alia loca adducit Cluverius, quæ nihil plus evincunt, quam ista: quæ consideratè legenti auctorem id solùm probant quod Getæ Thracibus mixti, & subinde in Thracia habitaverint; non verò, quod fuerint primæva origine Thraces: sicuti

Spartian. in
Anton. Ca-
rocoll. &
Ant. Geta.

Herod. 1.4.

Strabo 1. 7.

Idem eod. 1.

& hodie partem veteris Austricæ (dicam etiam totam Pannoniam) habitant Hungari, neque tamen per hoc Hungari origine Austrici dici possunt. Imò Strabo ex Græcorum quorundam opinione refert, Getas habitos fuisse Thracicam gentem, cum ait libro citato: *Græci Getas existimarent esse Thracicam gentem; utramque autem Istri ripam ad coluerunt.* Nec vspiam asseveranter dicit Getas è Thracibus ortos: sed solum permixtos, vnde & illa ejusdem Strabonis verba notanda: *Eadem utuntur cum Dacis lingua Getæ: cæterum Græcis notiores sunt Getæ ob crebras in utramque Istri ripam migrationes, quodque Thracibus ac Mysis fuerunt mixti.* Si fuerunt mixti, ergo non idem populus cum Thracibus. Instat porrò Cluverius ex Taciti sensu, quin & Dionis opinione Getas non fuisse accensitos Germanis, cum verò Goths semper habiti sint Germani, Getas id circò non posse dici eosdem cum Gothis. Taciti verba sunt: *Germania omnis à Gallia Rhætijisque & Pannoniis, Reno & Danubio fluminibus, à Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus superatur.* Item alibi idem Tacitus ait: *Turbata per eosdem dies Germania: mota & Dacrum gens.* Et paulò post: *Ne extrema molles utrinque ingrueret, si Dacus Germanusque diversi irrupissent.* Ista quoq; parum faciunt pro Cluverio, quia Taciti verba non sunt oracula, fatetur ipse Cluverius eum alicubi cespitasse. 2. Licet Dacia non comprehendetur in Germania, Daci tamen seu Getæ poterant esse Germani, sicuti Langobardi æstimati sunt Germani etiam dum in Italia morarentur, & hodie Hungarus licet nascatur in Austria censetur semper Hungarus, quia illi originem respiciunt, non regionem in qua nascuntur vel habitant sic vbi queritur fuerintne Daci Germani, non queritur an in Germaniæ solo habitaverint, sed an ortum habuerint ex Gothis Germanis, quod fieri potuit, etiam si in Thracia habitarent. Et hunc

Tac lib. de
Germ.

Tac. lib. 4.
hist.

sensum admittunt textus non solùm Taciti sed & Dionis, quos allegat Cluverius. Manet ergò Gothos, Getas, Dacos, Gepidas eandem fuisse gentem, ejusdem originis, licet postmodum sub diversis nominibus inter se ipsos bella gesserint. Restat nunc inquirere quando in Carnioliam veterem advenerint Gothi. Joannes Herold in Chronologia Pannoniæ adjecta Bonfinij Decadibus tradit Vandalos à Gothis è Pannonia pulsos cum ægrotaret Theodosius Imperator, & ex fædere cum Gratiano inito eandem occupasse Anno Christi CCCLXXXVII. qua de re nos in Annalibus agemus ad annum CCCLXXX. vbi narrabimus proditione Valentis Episcopi Pætovionem urbem à Gothis occupatam. Verùm an hoc tempore sedes fixerint Gothi in superiore Pannonia, & in parte veteris nostræ Carniolæ, meritò in dubium revoces. Theodosio tamen contrà Eugenium profecto auxiliares copias adduxerunt, vbiunque tunc Domicilia habuerint. Cetè quietis in Pannonia esse non licuit, cum per hæc tempora, Vandali tenerent Pannonias, Hunni & Alani eas incursarent. Addit verò Heroldus Gothos anno CCCCI. ab Hunnis pulsos è Pannonia migrasse: nos tamen ostendemus hisce annis Hunnos quidem immigrasse Pannoniæ eamq; magna ex parte occupasse mixtim tamen cum Gothis, & Vandals habitasse cum ex his ingentem posteà Anno CCCCV. conflavit exercitum Rhadagaifus Scytha Gothorum Rex, vt eum appellant authores: quod ad eum annum notabimus: & Anno CCCIV. Stiliconis impulsu Vandali in Gallias transierunt: alius etiam Gothorum exercitus Alario Duce, qui in Epiro remanserat, occultis cum Stilicone consiliis in Orientale Imperium arma parare simulabat, lecto milite è Dalmatia, Japydia, & Pannonia, haud dubiè Gotho, quocum Anno CCCVIII. per Alpes Julias Ita-

liam ingressus biennio post Romam oecupans expilavit. Itaque licet Hunni ad annum CCCCI. Pannoniis immigraverint, non tamen expulerunt Gothos, sed cum iis mixti aliquot annis habitarunt. Imò etsi & Rhadagaifus ingentem multitudinem Gothorum, & post eum Alarius magnas copias eorundem traduxerit in Italiam, adhuc tamen in Pannoniis remanserunt alii Gothi usque ad annum Christi CCCCXXIV. quo in Thraciam se receperunt ibique pars eorum per annos quinquaginta octo morati sunt. Alii anno CC. CCXXVIII. quadriennio scilicet post suum recessum in Thraciam magno conflato exercitu Hunnos è Pannonia ejecerunt Theodosij Imperatoris hortatu. Hunni in arctum constricti extremā partem inferioris Pannoniæ, & Daciam colentes circà aenum CCCXL. Illyricum, & Thracias aggressi, & demum Attila ad regum sublimato totius Europæ excidium machinati sunt, quod ad annum CCCXLIV. melior Chronologia designat. Interea verò Gothi inter se diversa jam fortiti erant nomina, dictique alii Ostrogothi, alii Visigothi, seu orientales, & occidentales: Ostrogothi cum Gepidis (ejusdem gentis sub alia nomenclatura) post mortem Attilæ Hunnos adorti strage ingenti edita profligarunt Anno CCCCLVII. & concedente Gratiano Augusto, Gepidae Daciam, Ostrogothi Pannonias occuparunt. Et has quidem tres Germani fratres inter se partiti, ut tradit Jornandes, nimirùm Walimir inter Scarnjungam & Aquam nigram fluvios, Theodomirus juxta lacum Pelsodis, Widermirus inter vtrumque confedit. Ad dominium suum in Carnioliam nostram protulerint hi fratres dubius aliquantum hæreo, quia existimo Pannoniæ Saviæ proprios tunc suisse Duces, siue Vandalici adhuc siue Gothicī generis, vt dicam ad annum CCCCLX. Romanis eam num obtemperasse vix credo

credo, cum Imperatores Gothis, & ipfis quoque Hunnis præter liberam Provinciarum concessionem tributa solvere consuerint. Si Reges Suavorum, quorum Jornandes meminit, fuerunt Reges Pannoniæ Saviae, corruptè dictæ Saviae, vt ego existimo, Carnolia nostra his potius quam Gothis obtemperasse credenda est. Cæterum saltem ad annum CCCXLIV. Gothos toti Pannoniæ adeòque etiam Saviae dominatos arguere licet ex eo, quod Jornandes refert Suavos à Theodemiro Rege attritos, & quasi penitus deletos. Suspicor etiam Herulos, qui in Italiam subsequebantur Odoacrem, & latè per Noricum vagati sunt, nostram occupasse Carnioliam: cùm Dalmatia, & Istria vicina nobis, Odoaci obtemperaverit quamdiu is Italæ dominatus est. Receptam verò à Theodorico Amalo Gothorum Rege circà annum CCCLXXXVIII. quando per Alpes Julias traduxit exercitum, adversus Odoacrem, verosimile est. Obtinuere postea longo tempore Carnioliam Gothi, & quidem partem ejus inferiorem etiam postquam Langobardi Pannoniæ superiori immigraverant, vt dicam in

A. Annalibus. Occupata per Théodori cum Italâ ejusdem paruerunt imperio Istria, Japydia, & Pannonia superior quin ipsum quoque Noricum, & si fides Diocleati Illyricum à Gothis quoq; in se sum proprios habuit Reges, an potius Regulos, de quibus in Annalibus. Anno D XXVI. Langobardi trajecto Danubio immigrarunt superiori Pannoniæ, & Anno D. XXXV. Justinianus Impetator per suos Duces Gothis Dalmatiam, & Liburniam, credo & Japidiā eripuit, plerisque in Italiam aliis etiam in Moesiam fugatis. Cæteros, qui remanserant suæ fidei obligavit. neque enim tota gens illicò eradicari potuit, quæ tot Provincias vasto Dominio occupabat. Qui ex Dalmatia pulsi in Moesiam ad contribules recesserant sub novo Rege Totila an. D. XLII. novo comparato exercitu per nostram progressi Pannoniam, & Japidiā, cùm omnia vastaverint, cædibus & rapinis latè griffati id sanè indicium est jam hoc tempore Langobardos in Carnioliam, protulisse imperium: & fortè non pridem etiam, Japidiā Græcis eripuisse: de iis proinde nunc agendum.

§. XI.

Decimi Carnoliæ veteris inquilini Langobardi.

Dicit Aulus Diaconus Foro-julien-fsis cognomento Warnefridi natione Langobardus scripsit de gestis suorum Longobardorum libros sex, in quorum primo originem gentis è Scandinavia insula ad Oceanum Germanicum repetit, cùm ait: *Winilorum hoc est Langobardorum gens, quæ postea in Italia feliciter regnavit, à Germanorum populis originem ducens, licet & aliae causæ egressionis eorum adiutantur, ab insula quæ Scandinavia dicitur, adventavit.* Secutus est hanc opinionem Sigebertus, & alij mediæ ætatis scriptores, quos Cluverius erroris redarguit:

Paul. Diac.
de gest. Lon.
lib. I. c. 2.

Cluverius
I. 3. 26.

C. quià scilicet pridem ante Paulum Diaconum apud veteres invenitnr non folium mentio Langobardorum, sed etiam situs & patria eorum indicatur. Strabo ^{Strabo 1.7.} de his: *Maxima est Suavorum gens: quippe, quæ à Rheno ad Albim usque pertingit. Quin & trans Albim pars eorum incolit, ut Hermunduri, & Langobardi: atque nunc quidem hi, fugâ factâ omnino in ulteriore ripam se conjecerunt.* Coluisse eos cis Albim & fugatos trans Albim Anno Christi V. per Tiberium Augusti auspiciis Valerio Messalâ & Corn. Cinna Coss. innuit Paterculus, cùm ait: *Fracti Langobardi gens Germanica feritate ferocior: deinde*

nique quod nunquam antea spe conceptum, nedum opere tentatum erat ad quadringentesimum miliarium, à Rheno usque ad flu- men Albim, quæ Senonum, Hermunduro- rumque fines præterfluit Romanus cùm si- gnis productis exercitus. Et Suetonius in Octaviano : Germanosque ultra Albim submovit. Veterem igitur Langobardo- rum patriam tenemus : an verò ante Strabonis, & Paterculi ætatem Langobardi in Scandinavia insula habitaverint quod forsan innuere voluit Paulus Dia- conns, nolim obniti. In eo tamen cen- fendus aberrasse Diaconus, quod circà tempora Theodosij Imperatoris eges- fos ex insula Scandinavia insinuet, fi- dem habiturus, si aliquot seculis illam egressionem anticipasset. Limites pri- mæ Langobardorum patriæ designat Cluverius inter Albim, & Viadrum, vbi nunc Marchia Brandenburgica media, & pars Magdeburgensis Episcopatus. An- no Christi CCCCLXXX. Rugis in Pan- noniam transeuntibus, Langobardi Ru- giam occuparunt. Postmodum rupto amicitiæ foedere, quod cum vicinis Ge- pidis (in Transylvania hodierna habi- tantibus) diu servarant, oppressâ eorum potentia, Herulis quoque penè fundi- tis deletis Langobardi Rege Audoino Danubium trajecerunt, & Pannoniem occuparunt, vel sponte cedentibus, vel armorum vi inde ejectis Gothis anno, ut plerique notant, D. XXVI. Quando verò Carnioliam nostram, quæ pars erat Pannoniæ occupaverint, id in incerto est. Anno DXL. circiter eos etiam Japydiæ fuisse dominos suprà dixi per conjecturam. Manserunt autem in Pan- nonia Langobardi usq; ad annum Chri- sti DLXVIII. quo in Italiam Rege Al- boino assumptis multis auxiliarijs copiis

A. profecti Hunnis Pannoniam colendam celerunt, è lege, vt si Langobardis re- verti necessum foret, Hunni iterum pristinas suas sedes repeterent evacuatâ Pannonia. Verum Langobardi stabili- to Italiæ regno de reditu in Pannoniam nunquam cogitarunt. Alboinus vix ingressus Forum julium, nepotem suum Gisulphum Foro juliensibus Ducem de- dit, qui fines suos extendit etiam in Ja- pydiam nostram & Norici partem, Ce- leiam vique, vt in decursu Chronolo- giæ ostendam. Ex quo consequenter opinari licet Æmonam nostram, & su- periorem Carnioliam cùm parte infe- rioris, & Celeiano agro, à Langobardis habitatam, reliquum quod erat Panno- niæ, ab Hunnis : seu Avaribus, & dein de Slavis, vt dicemus. Atverò durante adhuc Langobardorum in Japydiam nostram, & Carniolæ partem imperio Slavi advenæ pridem potiorem ejus di- strictum occuparunt, de quibus mox differemus. Si proinde verum est, quod in Slavorum regione, quæ Azellia dici- tur, vt scripsit Paulus Diaconus domi- nati sint & tributum exegerint Lango- bardi dicendum restat Slavos dudum in habitasse Carnioliam, sed tributarios fuisse Langobardis partim, partim Ba- variæ Ducibus, donec Franci & Car- nioliam totam, & Forum julium occu- parent, ac paulò post Regnum Lango- bardorum extinguerent. Nominis por- rò Langobardorum etymon optimè observavit Diaconus, quod dicti sint à longis barbis cùm *Lang* longum, & *bard* barbam Germanis significet : proinde non Longobardi, sed Langobardi scribi debent. Mansit in hodiernam diē parti Italæ ab iis occupatæ corruptum no- men Lombardia, vt omnibus notum est.

Fr. Pallad.
hist. Forojul.
P. 1.1.2. adan.
788.

Paul. Diac.
de gest. Lan.
lib. 4. c. 38. &
1.6. c. 51.

§. XII. Utrum Suevi aliquando incoluerint Carnioliam.

 On quæro an populi aliqui ex antiqua Suevia, quæ glaciali Oceano seu mari Suevico ad

Danubium usque in longum, & ab Al- bi ac Sala Chalusoque amnibus ad Vi- stulam protensa fuit, prout eam descri- psit

Tac. de Ger. pfit Tacitus, quia in illo amplissimo terrarum tractu comprehensi fuerunt præter alias nationes Gothi, Heruli, Langobardi, de quibus supra egimus; sed procedit quæstio vtrum Suevi sub hac speciali Suevorum appellatione restricta incoluerint aliquando veterem Carnioliam. Occasionem quæsito dederunt aliqui superioris seculi scriptores, Lazius præsertim & Megiferus, qui contendunt non Carnioliam tantum sed & Carinthiam Suevis Regibus obtemperasse, & ejusdem gentis populis habitatam. Unde Lazius inter alia de Carnis hunc habet titulum: *Carnorum Principes regio titulo decorati, qui ex Suevorum gente, à temporibus Valentiniani Cæsaris tractui inter Savum Dravumque iura dederunt.* Ponit verò inter hos Principes primo loco Gabinium à Marcellino commemoratum, qui à Valentiniano Cæsare Valeriæ, Noricique mediterranei agros sub tributo impetrarit. Verùm nec Gabinius Suevus fuit, nisi in latissima Suevici nominis acceptione, sed potius Quadorum trans Danubium Rex, vt habet Marcellinus: neque vlli bi adstruit Marcellinus Gabinium impetrasse sub tributo Valeriæ agros, quin potius contrariū ex eo authore elicetur, qui tradit hoc tēpore Valeriæ Ducē nominatum Marcellianum filium Maximi ni Præfecti, & Equitum fuisse Magistrum armorum in Illyrico. Secundo loco ponit Chunimundum ex Jornandis historia Getica. Consentit ei hoc loco Megiferus, & vult persuadere sub Honorio Cæsare Suevos occupasse Rhætiam primam, Noricum Mediter raneum, & Valeriam quæ intra Danubium & Dravum protendebatur, eorumque Regem fuisse Chunimundum, qui cum Gothis conflixit. Verùm hic quoque hallucinantur Lazius, & cum eo Megiferus. Vel enim Chunimundus ex illa Suevia cuius limites descri-

bit Jornandes, cum exercitu contendit ad prædas ægendas in Dalmatiam, & tunc fuit ejus Ditio extra omnem Valliam & extra Carinthiam ac Carnioliam veterem: vel habitavit in Pannonia Savia, vti ego suspicor & alibi per conjecturam afferui, & tunc dicendum esset, Jornandem in eo lapsum quod confuderit Sueviam cum Suavia sive Savia Pannonia, adeoque Chunimundum non fuisse Regem Suevorum sed Suavorum, seu Pannorum nostræ Pannoniæ Saviæ inquilinorum: qui fuerunt eo tempore mixti ex Vandals, Gothis, Pannibus &c. Videantur Annales ad annum 460. quo velitationem Chunimundi cum Gothis referimus, & constabit Megiferum etiam in Chronologia aberrasse annis ferè sexaginta. Quod si cuiquam mea conjectura de Chunimundo Saviæ Pannoniæ Rege non ar rideat (quam tamen probabit si occurrat legerit cap. 53. Jornandis de rebus Geticis) per me licet ultra Danubium in Quadorum Regione eum collocet, sed fateatur simul oportet Carinthiam, & Carnioliam à Suevis tunc non fuisse habitatam, cum tamen ex uno illo Jornandis loco (fortè per errorem inserto historiæ Geticæ) *Dalmatiis Suavia vicina erat, nec à Pannoniis multum distabat:* arguere velint hiauthores, quod Suevi Noricum Mediteraneum, & Valeriam coluerint. Nec aliam hactenùs probacionem vel autoritatem scriptoris antiqui reperi, quæ Suevos quinto seculo æræ Christianæ in Valeriam & Noricum mediterraneum introductos ut inquininos affereret. Tentat quidem Lazius alibi etiam in Tyrolim Suevos intrudere idq; ex Ammiano Marcellino, & Claudio Poëta colligere, ad tempora Honori Augusti respiciens, sed nihil probat: multò minus igitur evincet eos habuisse aliquando in Carinthia vel Carniola.

Laz. de Migr.
16. fol. 199.

Marc hist. I.
29. c. 35.

Megif Chro.
Carinth lib.
4. cap. 16.

Jornand. de
reb. Get. c.
53.

Laz de Migr.
18. fol. 476.

§. XIII.

Undecimi Carnioliae veteris in quilini Slavi, seu Vindi.

De quibus nonnulla inquiruntur.

NAximum apud authores opinionum discrimen est de Slavorum origine, natione, nomine, loco nativo, ut nec veteres interfesse, nec recentiores cum veteribus idem vbiq; sentiant. Illud certū haberi debet, Vindos seu Venedos, eandē esse gentem cum Slavis, & Slavorum nomen multò recentius esse Vindorū nomine. An verò Vindi & Vendi fuerint ijdē cum Vindelis, Vindilis seu Vandalis, de quibus supra egimus, hic omniū primò discutendū erit, si prius diversas Vindorū appellationes adduxerimus. Igitur *Vindi*, quod nomē hodie adhuc vīsatū est, olim dicti sunt etiā *Venedi* à Tacito & Plinio, *Venedæ* à Ptolomæo, *Veneti* & *Winidae* apud Jornandē, *Winithi* & *Winuli* ab Helmoldo. Windeli apud Nussensem, ac demum *Slavi* quod hujus gentis postremum & in hanc diem constans nomen est. Quæritur nunc 1. an Vindi & Vandali sint vna eademq; gens. Helmoldus Slavus natione sic sentit: *Ubi Polonia finem facit, pervenitur ad amplissimam Slavorum Provinciam, eorum qui antiquitus Wandali, nunc autem Winithi sive Winuli appellantur. Horum primi sunt Pomerani.* Hic ergò sensit Vandalos & Vindos esse vnam eademque gentem. Non placet hæc cognatio Cluverio, sed neque Bangerto in Notis ad Helmodum, nec Cromero apud Pessinam, qui allegat veteres Tacitum, Ptolomæum, Strabonē, Paulum Diaconum, Procopium, Jornandem nullius autoritate adductā, qui Vandalos à Vindis distingvunt natione seu gente, licet agnoscant eandem patriam occupatam à Vindis, quam prius tenuerant Vandali. Nihilominus si veteres scriptores consuluntur vix est aliqua inter Vandalos & Vindos distinctio: licet enim authores antiqui tam Vandalos quam Venedos nominent, diversum tamen illis situm non tribuunt. Tacitus

A. vtrorumq; meminit, initio libri de Germania *Vandalios*, in fine *Venedos* nominat, sed an diversas duas gentes existimaverit, non satis discerni potest, cùm diversitas modica nominis non arguat diversam gentem, præsertim cùm ijdē Vandali ab aliis Vindeli, & Vindili dicti sint, vt suprà vīnimus. Neque ex Plinio discerni potest vtrum *Vindelos* diversos existimaverit à *Venedis*, quia his quidem situm inter Codanum sinum & Vistulam, illis nullum assignat: & diverso capite vtrōsq; nominat. Imò fortè ne quidem nominat Vindelos. Vulgatæ quippe editiones habeat *Vindelicī* quod Cluverius legendum censet *Vindeli*, alij *Vandeli*: nec causam assignant cur Vindelicos à Germanis secludant, nisi fortè ideò putent legendum Vindeli sive Vandeli, quia eorum partem statuit Plinius Burgundiones procul à Vindelicis disjunctos. Sed potuit Plinius per errorem Vindelicos Burgundionibus conjungere, & Vandalorum nullam facere mentionem, sicuti plurium specialium populorum Germanorum nomenclaturas præteriit, quæ Tacito Ptolomæo & aliis memorantur. Ptolomæus Vandalos ^{Ptol. 3. c. 44.} nuspiam nominat: *Venedos* ad sinum ejusdem nominis repetit non semel, & quasi insinuat Venedos ac Vandalos eandem fuisse gentem, cùm latè extendet Venedos inquiens. *Tenent autem Sarmatiam maximè gentes Venedæ per totum Venedicum sinum*, qui est sinus Codanus, & mare Suevicum nunc Balticum, à quo non procul olim Wandali coluerunt vt suprà diximus, vbi etiam Venedos, seu Vindos collocant Tacitus, & recentiores, inter quos ipse quoque Cluverius. Nullum prædicti exanti quis authoribus fundamentum habemus inter Vandalos & Vindos seu Venedos distinguendi. Sed arguit Cluverius Vindos seu Venedos Sarmatas fuisse

fuisse testatur Ptolomæus, & subdubit ^{A.} Tacitus; atvero Vandalos fuisse gentem Germanam in confessio est: deinde Vandalis fuit visitata lingua Germanica, Venedis vero Slavica prorsus diversa. De primo, fuerintne Vandali Germani, & Venedi Sarmatæ inquiremus paulò post, & cum afferitur Vandalos, & Vendos fuisse vnam gentem, necesse est utrosq; vel Germanos vel Sarmatas fuisse, & prius probandum esset fuisse duos populos diversos, antequam statuatur utri fuerint Germani, vel Sarmatæ. De secundo constat, quod Vendis seu Vindi defacto habeant idioma diversum à Germanico, sed utrum id habuerint antiquitus ad finum Codanum, id esset inquirendum: deinde quod Vandali usurparerint Germanum idioma & non Slavicum, id etiam esset probandum, quod Cluverius non praestat, & huic contrariū adducit Lazius. Albertus Crantzius, & ipse suā opinione Vandalus, idioma Slavicum attribuit Vandalis, cum ait: *Certiſſimum argumentū unius gentis sequuntur, linguam quae in Russis (magna vtiq; gente) Polonis, Bohemis, Dalmatis Hispbris, & in nostris Wandalis una est sub quadam varietate &c.* Et infrà in rem nostram quod Vandali & Vendi sit appellatio modice distincta ejusdem gentis, ait: *Hodie quae fuerit olim gens Wandalorum in universum ignoraremus, niſi vernacula Saxonum lingua hoc vocabulum conservasset, vt inter eos qui olim, Wandali, fracto (vt fit) vocabulo nunc Wenden vocentur.* Cùm ergò & Crantzius & eo antiquior Helmoldus tentiant Vandalos ac Vendos seu Venedos Codani sinus accolas vna fuisse gentem, nullo jure Cluverius, & alij recentiores eos ab invicem moluntur secernere, & afferere quod Vendis seu Venedi aut Vindi post excessum Vandalarum ingressi sint Vandalam ab ea postmodum denominati Vandali. Hoc quippe arbitrariè, & ex sola conjectura afferitur, nec ullo antiqui authoris testimonio roboratur: cùm potius vetustiores vide-

antur Vandalos & Vindos pro eodem populo agnovisse, uti paulò ante adstruximus ex Helmoldo & Crantzio, quibus consentire censendus est Jornandes, qui Winidarum nationem populosam ab ortu Vistulæ fluminis in Aquilonem longè diffusam profitetur. Prioris seculi author Carniolus, qui in Saxonia scripsit ubi Vendorum notitiam habere potuit, sic sentit, *Quotquot hactenus historias conscripserunt, & in eis gentium originem, & mores rimari sunt, omnes in eo consentiunt;* *Henetos, Venetos, Windos, Wandalos, & Slavos eandem & unius ejusdemque esse originis gentem.* Omnia hic Epitheta a frequenter & sàpè mutatis sedibus illis convenient. Sed parùm refert ad nostrum institutum fuerintne Vandali & Vendi idem populus an diversus: melius queritur secundò, utrum Vendi seu Venedi, aut Vindi qui hodie Slavi appellantur in numero Germanorum, aut potius ut contendit Cluverius, in numero Sarmatarum locandi sint. Quia in re non desunt authores, qui Sarmatas ipsos à Germanis originem habere censem, ut Irenicus allegans Aeneam Sylvium: quod verunt aliquia ratione esse potest, antiquissimas populorum appellations si respicias. Nam ut supra differuimus post Hyperboreorum nomenclaturam Scythæ sunt dicti ferè omnes populi Septentrionales, & postmodum divisi in Germanos & Sarmatas teste Plinio, qui ait: *Scytharum nomen usquequaque in Sarmatas & Germanos transiit.* Et hac ratione forent Germani & Sarmatæ ejusdem antiquissimæ originis. Imo si fides esset Berofo, utrique hi populi ab uno Tuiscone ortum haberent. Is enim de Tuiscone omnium Germanorum patre agens, ait: *Sarmatas maximos populos fundavit.* Et rursum: *Sarmatas legibus format apud Rhenum.* Supponamus vero Sarmatas & Germanos diverse originis, & inquiramus an Vindi potius Sarmatis quam Germanis tribuendi sint. Non sum ne- scius passim id vulgo persuasum, quod Ireneic Ger- man. lib. 1. cap. 41.

Adatibohem. ritich Arct. Horula. præfat.

Berofo. lib. 2. & lib. 5. ap. Ireneie.

Laz. de mi-
grat. lib. 11.
Crantz. in
Pref. Wan-
dal.

linguæ diversitas, efficiat diversa gentē, cum tamē antiquitūs patriæ & regionis potius habita sit ratio. Unde si quæratur de genere Vindorum omnino vi-dentur à Sarmatis habere originem, cùm eorum idioma per vñiversam restrictiorem Sarmatiam usurpetur multis seculis, Poloniā, Russiā, Mo-schoviā &c. quanquam & de idioma te potest dubitari, vtrum antiquis illis Vinidis & Venedis ad sinum Venedi-cum & Codanum maris Suevi ci seu O-ceani Germanici accolis fuerit nativum, vel fortè à vicinis Sarmatis desumptum, sensim obliterato nativo. Si verò quæratur de regione & patria, è qua primo certis testimonijs constat prodijisse Windos seu Venedos, sepositis recentiorum conjecturis, certum est illos Germanis accenseri debere; & quidem limitaneis ad mare Suevicum, & à parte Septen-trionali Germaniæ. Nam vt taceam modernos Germaniæ vñiversæ limites, qui sunt multò ampliores, quam fuerint flo-rente Romanorum Imperio, antiquorum Scriptorum sententia Venedos illos veteres inclusit Germaniæ, vt planè mirer Cluverium, quod contrà tanto-rum virorum clara testimonia pronun-tiare non vereatur. Tacitum audiamus cui plurimum ipse tribuere solet. *Germania omnis à Gallijs, Rhætijsque & Pan-nonijs Reno ac Danubio fluminibus, à Sar-matis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur: cætera Oceanus ambit latos si-nus, & Insularum immensa spatia comple-ctens, nuper cognitis quibusdam gentibus à Regibus, quos bellum aperuit.* Ecce hic ab Oriente Sarmatas & Dacos, à Septen-trione verò Oceanum & Insulas inOcea-no Septentrionali Germaniæ attribuit, multò magis cenifferi debet attribuisse populos circà litorales ejusdem maris si-nus habitantes. Cùm ergò Venedi situm habuerint ad partem meridionalem cum aliqua inclinatione ad orientale la-tus maris Suevi ci, & sinus Codanus ab ipsis nomen acceperit sinus Venedici,

fuerintque teste Tacito Rugi, Heruli, Gothi, Æstii, Peucini, Venedi, Finni, & hi quidem multò magis Septentrio-nales, quàm Venedi, accolæ illius ma-ris & sinus; consequens est Venedos seu Windos omnino ad Germaniam per-tinuisse. Id affirmat ipse Tacitus cum ait: *Peucinorum, Venedorumque, & Fen-norum nationes Germanis an Sarmatis ad-scribam dubito: quanquam Peucini, quos quidam Baſturnas vocant, sermone, cultu, ſede ac domiciliis, ut Germani agunt: Sor-des omnium ac torpor; cæterum connubiis mixtis, nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur.* Venedi multum ex moribus tra-xerunt. Nam quidquid inter Peucinos Fen-nosque Sylvarum ac montium erigitur la-trocinij pererrant. Hi tamen inter Ger-manos potius referuntur, quia & domos figunt, & ſcuta gſtant, & pedum uſu ac perniciitate gaudent: quæ omnia diversa Sarmatis ſunt, in plauſtro quoque viventi-bus. Ex his verbis Taciti colligitur Venedos fuſſe à Peucinis & Fennis cinc-to, & ab una parte ſinum, cui nomen dabant adcoluiſſe, ab alia verò hic Peucinis ad meridiem, inde Fennis ad Se-ptentrionem fuſſe contiguos: fanè verba illa *inter Peucinos Fennosque* denotant hos geminos populos collimitaneos fuſſe, & Sylvis ac montibus ſolūm diſcretos, Venedos autem ab alterutro latere ijsdem propinquos; non à latere or-ientali prout in tabula eos designavit Cluverius, quia ſinus Codanus ab illis velut remotis nulla de cauſa nomen ob-tinuiſſet, ergò à latere occidentalī, adeo-que ad ipsum uſque litus Suevi ci maris Venedos coluiſſe oportuit, cinctos ab Æſtiijs, Peucinis seu Baſturnis & Fen-nis seu Finniſ. Deinde verba illa Taci-ti: *Hi tamen inter Germanos potius refe-runtur:* de Venedis planè accipienda ſunt, quos immeiatè in präcedenti pe-riodo inter Peucinos Finnosque locavit. Si ergò Cluverius Æſtios, Peucinos seu Baſturnos & Finnos Germaniæ attri-buit, cur Venedos ab illa ſecernit?

Tac.lib.de
Germ.fin.

Tacit. de
Germ. ini-
tio.

præ-

præsertim cùm Bastarnas extendat in hodiernam Russiam & Podoliam, à qua sat procul abest sinus Codanus & littus Veneticum, quod Venediseu Vindi ad coluerunt, vbi nunc Prussia & Livonia. Nempè idioma, quod hodieq; Vindi residui in Mechelburgica, & Brandenburgica ditione aliquatenus conservant, & Polonico, Russico, Moscovitico, aliisque Slavorum idiomatis affine est, illi persuadet Vindos nonnisi Sarmatici generis pronuntiandos esse. Verùm oportebat advertere id multis esse commune Provinciis, prout ipse observat de moribus inquiens: *Sic quippe hodieque conterminas diversi generis gentes, alteram ab altera non nihil diversi moris veluti contagione quadam contrahere videmus: id multò verius est de commercio linguae, & idiomatis, quod diversorum populorum confinia plerumq; invicem solent communicare.* Et si Æstios Germanis adscribit Tacitus: & id Cluverius omni conatu firmare nititur, licet iis fuerit *lingua Britanicæ propior quam Sueorum, quid mirum & Venedis linguam fuisse diversam à cæteris populis Germaniæ?* Quod verò Ptolomæus Venedos Sarmatis adnumeret, vbi inquit: *Incolunt Sarmatiam gentes maximè istæ: Venedæ apud omnem Veneticum sinum, & supra Daciam Peucini ac Bistarnæ: nihil me movet in contrarium, cùm fateatur Cluverius hic Ptolomæum errasse: Ptolomæi hic authoritas nulla est, quandois Bastarnas quoque, & horum partes Peucinos, Carpos, & Burgiones item Burgundiones, & Guthones Germanicas gentes perperam inter Sarmatas connumeravit.* Sed Plinii sententiam ait hoc loco plus habere ponderis, cùm dicat: *Nec est minor opinione Fennia. Quidam hæc habitari ad Vistulam usque Fluvium, à Sarmatis Venedis, Scyris, Hirris tradunt.* Hæc quoq; authoritas non est tanta, quantam suspicatur Cluverius, qui à I. Plinius id scribit ex aliorum mente. 2. alij Sarmatis Venedis, duas voces interpungunt comma-

Cluv. Germ.
lib. 3. c. 43.

Ptol. l. 3. c. 5.

Clu. cit. l. 3.
c. 44.

Plin. lib. 4.
c. 43.

A. te, vt diversas species populorum insinuent, ipse verò putat Sarmatas esse genus ad Venedos Scyros, Hirros. Atque ità plura sunt, quæ Venedos seu Vindos non solum patriâ, sed & gene- re gentis Germanos faciunt, quām quæ Sarmatis admisceant: vt proinde jure dixeris omnes Vindos, & Slavos origi- ne gentis Germanos esse: jam verò per plures sparsos Provincias, alibi Sarmatas, vt in Polonia Liburnia, Moschovia, alibi Germanos ut in Styria, Carinthia, Carniola, alibi Illyricos, vt in Croatia, Dalmatia, Slavonia, alibi etiam Italos vt in Histria, juxta patriæ quam colunt diversitatem appellari, & diversas fortiri nuncupationes. Adamus Bremen- sis, qui Anno M. LXX. fioruit. Slavos non solum Germanos, sed & eosdem cum Vandalis agnoscit. Verba ejus ap- pono: *Slavonia amplissima Germanicæ Provincia à Vinulis incolitur, qui olim dicti sunt Wandali &c.* Franciscus Irenicus de Carnis ità sensit: *Carni autem & Tauri- sci Germani sunt.* De Bohemis idem pro- nuntiavit allegato Ænea Sylvio. Quin & Polonos, & Hunnos veteres, non tam Hungaros in consortium Germanorū admisit, quod planè probare non possum: licet enim Panonia olim per diversas populorum migrationes habitata sit à Germanis, nunquam tam præter superiorē attributa fuit Germaniæ. Et quod Hunnos etiam Germanis adscribat, perperam agit, ni- hil unquam illis commune cum Ger- manis, nec quidem animus. Poloni tamen eo jure, quo partem aliquā veteris Germaniæ colunt, possent dici Germani, quiā & mores Germanorum affectant; quos Hungari suorum tena- cissimi, repudiant, neque distinguunt hi nationes per patrias, & regiones, sed per generationes, vnde qui Romæ na- sceretur patre Vngaro, non Romanus sed Hungarus apud illos audiret. Inta- li fortè consideratione hatid gravatè subscriberem Pessinæ, qui (vti & Balbi- Pessin in Mart. Mor. l. i. c. i. Balbi in Epit.

Adam Brem.
l. 2. c. 10.

Iren. Exeg.
Ger. l. 1. c. 20.

nus) multis argumentis conatur evincere Slavos nihil omnino cum Germanis habere commune, sed origine Sarmatas esse, linguâ, moribus habitu di-

A. versos à Germanis. Mihi hic pars estratio *Tros Tyriusve fuat*. Restat nunc inquirere unde Vindis nomen Slavorum, & quando attribui cæptum.

§. XIV.

Unde Vindis enatum Slavorum nomen.

Ort Synon.
lit V.



Pud Abrahamum Ortelium lego : *Vandali, Venedi, Fenni & Sclavi teste Melanchtonem in Tacitum, sunt unius gentis variæ appellations*. Rursum alibi ait : *Sclavi qui nostrâ consuetudine Wili, sed suâ lingua Welatabi dicuntur. Sic Eginhartus in vita Caroli Magni. Item Regino, qui & Sclavos quosdam Vncranos vocat Wittichinus eorum nonnullos Vchros, Hevellos, Lusios, Lusicavicos, & Wlaines dici tradit*. Plura nomina Vandalarum, & Vindorum suprà retulimus ex antiquioribus authoribus. Primus quantum hactenus licuit obsermare Slavos nominavit Jornandes, qui floruit anno Christi DL. post eum verò Paulus Diaconus, seculo vno iunior, & alij recentiores. Fallitur verò Rattkaius cum Orbino, qui legatos Scytharum ad Alexandrum Magnum Slavos fuisse suspicantur, & nomen recentius multis seculis anticipant. Unde divinandum erit ex Jornande, circa quod tempus, & ubi hoc nomen enatum sit : de etymo quippe Jornandes statuere nihil potuit, quia linguæ ignarus. Quiā tamen Jornandes suam de Geticis rebus historiam fertur ex Cronico Gothorum Magni Aurelij Cassiodori compendiosè contraxisse, si non de suo adjecit, quod de Slavis producit, nomen Slavorum circa annum D. Christi, quo Cassiodorus vixit, vel non multum ante emerserit. Primis sanè quatuor seculis Vandali, Vindili, Venedi notifuerunt, & priscis authoribus nominatio non verò Slavi, vt planè mireris Rattkaius, qui Franciscum Glavinich allegat, & ex eo producit nescio quod commentitum Diploma Alexandri Ma-

gni, in quo præter alia insulsa, etiam hæc leguntur : *Nobilitati Sclavorum, & eorum linguae gratiam, pacem & salutem &c.* Audiamus Jornandem : *Introrsus Dacia est ad coronæ speciem arduis Alpibus emunita, juxta quarum sinistrum latus, quod in Aquilonem vergit, & ab ortu Vista- lae fluminis per immensa spatha venit Wini- B. darum natio populosa confedit, quorum no- mina licet nunc per varias familias, & loca mutentur, principaliter tamen Sclavini, & Antes nominantur. Supponit prius dictos Winidos, & nomina eorum nunc mutari ait id est sno tempore. Et alibi rursum, de iisdem seu Venedis aut Vindiis loquens ait. Ab una stirpe exorti tria nunc nomina reddidere, id est Veneri, Antes, Sclavi. Cœterum ut de nominis hujus occasione, vel causa agamus, ipsius pri- mò Jornandis afferatur opinio. Ait ergò loco suprà allegato. *Sclavini à civi- tate Nova, & Sclavino Rumunense, & loco, qui appellatur Musianus, usque ad Danastrum, & in Boream Viscla tenuis commorantur.* Quæ Gruterus ex Palati- C. nis Codicibus legit : *Sclavini à Civitate Novi, & Vnense, & lacu qui appellatur Marsiano.* Ex hoc colligitur Sclavinos, quorum Jornandes hic meminit habuisse in Pannonia inferiore, ubi Mursia civitas, & ab ea fortè dictus lacus, & alia item civitas dicta Nova, de qua Paulus Diaconus in Miscella agens de tempo- ribus Mauritij Imperatoris, & denique locus aliquis dictus Sclaviqum Unense vel Rumunense, à quo Venedi Sclavi- norum nomen adepti sunt : hunc quippe sensum habere videntur Jornandis verba. Ambiguum tamen est an à loco nomen traxerint Sclavini, an locus vice-*

Ratkay. in
memor. Reg.
& Ban Slav.

Ratkay. me-
mor. Reg. de
Ban. lib. 1.

Jan. Grute.
in Notis ad
Jornand.

Paul. Misce-
lib. 17. c. 33.

verfa

Crantz.
Wandal. L.
I. cap. 6.

Dubrau. hist.
Boh. I. i. init.

Miscell. I. 19.
cap. 30.

Bohorizh. in
Arctic. hor.

versa à Sclavinis. Sed aliorum etiam sensum promemus. Albertus Crantzius subscribens Aeneæ Sylvio Sclavos putat dictos à verbositate: ait quippe: *Slavonos suâ lingvâ verbosos appellari, quod multa loquinationum sit genti.* In idem tendebat Joannes Dubravius. *Slavonorum vocabulum ex commercio vñjus linguae natum: id enim Slouvo apud Sarmatas, quod verbum apud Latinos personat. Quoniam igitur omnes Sarmatarum nationes latè jam tum longèque per regna, & Provincias sparsæ, vnum tamen eundemque sermonem, atque eadem propemodum verba sonarent, se uno etiam cognomine Slavonos cognominabant.* Hæc derivatio nominis vindetur longè petita, præfertim cum Slavicæ linguae multa desint verba, quæ ab aliis necessariò mutua debet accipere. Verosimilius est, quod subiicit: *Ab ipsa præterea gloria, quæ apud illos Slauva appellatur, Slauutnij dicti &c.* Primis quibus innotuit hæc gens temporibus, nihil illâ gloriosius: vnde Justinianus II. Imperat. Anno Christi 685. juxta computum Authoris Miscellæ tantum de virtute Slavorum accepit opinionis, vt ex sola hac gente conscriperit exercitum triginta millium, quem appellavit POPULUM ACCEPTABILEM. Fuit etiam hujus opinionis Adamus Bohorizh cùm scripsit: *Slavorum Epitheton à rebus præclarè gestis genti huic merito suo obtigit. Nam Slauva nostris hominibus gloriam significat: hinc SLAVI quasi ludi biles, celebres & clari dicuntur. Siquidem etymon vocis nunquam quis melius divinaverit, quam ex cuiusque gentis propria lingua.* Quod confirmat assumptâ paritate de Germanis: qui dicti sunt Germani, quasi gar Mann, ac Alemanni Alle Männer. Mihi verò alia potius origo videtur hujus nominis; quod scilicet Venedi seu Vindi ab oceano Germanico, & antiquis suis sedibns sensim ad Istrum seu Danubium promoti, cùm consedissent proximi inferiori Pannoniæ, tandem sub Justiniano Imp. I. anno

A. 548. træcto Danubio occupaverint nostram Pannoniæ Saviam teste Procopio, qui refert eos in Illyricum erupisse postquam Totilas in Italiam transferat, ipsius Totilæ (vt suspicio erat) investigatione. Verba Procopij hæc sunt. *Slavini verò, qui ante has terras invaserant, & gentis ejus alij subsecuti Histrio transmisso, cum suis statim se jungunt, qui jam regionem paulò ante & licentius incursarant, nonnullis existimantibus Totilam ipsum barbaros hos pecuniâ non parvâ corruptos, atq; adeò persuasos, idcirco in eam Romanorum Provinciam immisisse, ut Imperatori adversus Goths, nulla de Cætero foret, ex aequo bellum administrandi facultas &c.* In his verbis duo potissimum insinuantur, tempus scilicet, quo Vindi seu Venedi in Pannoniam magno numero irruerunt, & quod jam ante hoc tempus eiusdem gentis plures, id est in Pannonia habitaverint, quibus se recentes advenæ quasi sociis ejusdem gentis junxerunt: hos verò priores alias suisse quam Vandalo non credidero, quia de his constat ex probis authoribus, quod longo tempore Pañonias tenuerint, quilibet maiori ex parte in Gallias dein & Hispanias se contulerint, multi tamen eorum in Pannonia mixti Gothis & Langobardis remanserint, & hi sine dubio ab Interamensi Pannonia quām colebant, nempè Savia, Græcis appellata Suavia, dicti fuerint Suavi (vt alibi arguebam) & demum molliori pronuntione Slavi. Hinc apud Jornandem & Paulum Diaconum modo *Slavinia*, modo *Slavia* legere licet. Quiā verò gens ista jam tunc longè latèque diffusa, ad ipsum Codanum seu Venedicum sinum adhuc se extendebat, nihil mirum, quod natum in Pannonia Savia nomen *Slaviae* & *Slavoniae* cœteris quoque regionibus communicatum fuerit à cognata gente, & post hæc tempora commune evaserit tam Vindis ad sinum Codanum quām Russis, Polonis, Moschis, Dalmatis &c. Quæ conjectura etiam inde roborari potest,

Proc. de reb.
Goth. lib. 3.

Cluv. Ger.
l. 3 c. 46.

poteſt, quod vti ex Plinio colligit, & probat Cluverius Vandalorum nomen A. generale fuerit pluribus populis Codanum ſinum accolentibus, licet ipſe Vandaloſ velit diſtinguere à Vindis. Ait enim: *Videndum nunc, quæ nationes Vandalicis fuerint generis.* Plinius nominat ſo-los Burgundiones, Varrinoſ, Carinoſ, Gut-tones &c. verū nibil mirūm. Plinius nullius generis populos omnes recenſet; ſed unoſ atque alteroſ tantum, quos viſim fuit: proinde ex cæteris authoribus ſunt ſupplendi, Vandaloſ igitur adiicio Lemovios, He-ruloſ, Rugioſ, Sidinoſ, Suardoneſ &c. Nui-thoneſ & Langobardoſ. Ubi maniſtum eſt inter Vandaloſ populoſ, numerari etiam Guttones, ſeu Gothoſ, & Langobardoſ, de quibus conſtat, quod ante annum 548. coluerint Pannoniam, & licet inde exceſſerint maiori ex parte, multoſ tamen remanſiſſe credibile eſt, qui à Pannonia Savia denominati Savi, & Suavi, mox etiam Slavi, accedenti-buſ noviſ à ſeptentrione ejuſdem gen-tiſ copiis auēti, vniuersiſ appellari cæ-perunt Slavi. Hæc ſi tibi non arrideant per conjecturaſ allata, deprome meliora. Occurrit porro hic quærere cur paſſim apud authores præfertiſ Italioſ inveniatur vox hæc *Slavus* interjecta (C)litera *Sclavus*, & vnde proveniat, quod paſſim hodie *Slavus* tantuſdem ſonet ac mancipium. Quætionem reſolvit Joannes Lucius, cùm obſervat Slavoſ tempore Justiniani Imperatoris in Italia cum Græci contrà Gothoſ mi-litaſſe, vt conſtat ex Procopio, Paulo Diacono, & aliis. Cùm verò Græci imò & Latini voceſ cum SL. pronuntiandi uſum non haberent, *Slavoſ* Græca pariter & Latina pronuntiatione *Sclavoſ* di-xerūt. Corrupta deinde puritate linguaſ Latinæ Itali(c l)mutarunt in *Chi*, vt Claveña Chiavenna, Glemona Ghiemona &c. hinc ex *Sclavo* formarunt iidem Itali *Schiavus*. Itaq; vt ego reor ex *Suavus* for-matū eſt *Slavus*, ex *Slavus* deinde *Sla-vus*, & demum *Schiavus*. Sed cum ver-

bum Schiavo (inquit ille) apud Italos ſer-vum quoque ſignificet, cauſa indaganda eſt. Slavoſ, qui Dalmatiam occuparunt Chro-batoſ, & Serbloſ dictoſ à Græciſ, qui Slavè dicuntur Hruati & Serbli, conſtat; à Ro-manis verò ad uilia Servitia conducti ex ſi-militidine uocum Serbli à Romano Græciſ ſervi vocati ſunt, & conſequenter vox Schiavo apud Italos ſuccelit uoci ſervi apud Latinos uſurpatæ: & patria Sla-voruſ, qui Serbli dicti, coepit uocari Servia pro Serbia, quæ olim dicebatur Moefia, Chrobatorum verò, qui pari-ter Slavi & Serblis contermini fuerant, poſtquam Dalmatiæ partem maritimā, B. & mediterraneam pulſis Avaribus oc-cupauſſent, eam Sclavoniam, Schiavo-niam, & melius Sclavoniam tam autho-reſ, quam ipsi inquilini nominarunt, prout hoſdieq; nominatur. Ex hac igi-tur affinitate nominis Serbli & Servi, quod eſt gentile, ortum eſt, quod qui ſervirent Sclavi appellari cœperint, cùm Serbli gente Slavi eſſent. Unde concludit Lucius. *Nil mirūm ergo ſicuti* Luc. Dalm.
lib. 6. c. 4. *Serbli lingua Rōmanā antiquā à Græciſ ſer-vi vocati fuerint, ita Croati quoque ex uni-versali nomine Sclavorum eadem lingua Ro-mana corrupta Schiavi pro ſervis dicti ſint, cum à Dalmatis & Italiſ empti Croati pro ſervis habituſ fuerint: hincque uſu receptum fit, quod olim lingua Latīna ſervum, id de-C. inde Italica ſchiavum ſignificaret, & ex nominib⁹ ſlavoruſ, & ſervoruſ confuſis univerſale Schiavorum remanferit, no-menque Schiavi pro iſpa natione Slava, & pro ſervis promiscue ſumptum fuerit, taleq; ſignificatum hodie retineat. Ubi noto, quod cùm dicat Serbloſ, imò Croatoſ pro ſervis emptoſ à Dalmatis & Italiſ, nullum pro hoc authorem (vt alibi fo-let) adducat, videturque ſuoſ Dalmatias melioris conditioniſ velle facere, quam Croatoſ, cum tamen à Croatis (ipsi Chrobatis) fateatur Dalmatiæ po-tiorem partem occupatam, vt proinde etiam fateri debeat hodiernos Dalmatias eſſe posteros Croatorum. Magis de-cauſa*

causa cur Sclavi dicti sint Serbli à Græcis, & servi à Latinis placet id, quod notavit Porphyrogenitus vbi inquit : *Serbli Romanâ lingua servi dicuntur & Serbula vulgo servorum calceamenta. Serbli autem cognominatis sunt, quod Romano Imperatori serviunt.* Facit etiā huc illud Crantzij de Slavis Septentrionibus: *hodie ad summan indignitatē apud nos tractum est, nomē quod cum nostrae regionis Wandalis sint hodi gravissimā pressi à Saxonibus servitute servi-les homines, & ultimae sortis mancipia Sclavos cum indignatione solent vocitare.* Ità scilicet non minùs glorioſa nomina sæpè numero cōtemptus excipit, quām ipsas magnorum glorias ignominia sepeliat. Qui tamen latinè loqui volunt à voce *Sclavi* substituenda voci *Servi* abstineant necesse est, quiā barbara est hæc substitutio, nec apud ullum probum Latinæ linguæ authorem invenitur. Deniq; & illam attingam hoc loco quæſtionem, an Veneti qui hodie Foro Julienses vocantur fuerint ejusdem vel diversæ originis cum Venedis & Vindis de quibus nunc agimus. Controversū hoc fuit adhuc Strabonis ætate, qui ita differit : *De Venetis duplex fertur sententia: quidā enim hos quoq; faciunt Gallorum (id est Celtarū seu Germanorum) progeniē eodem nomine Oceanum adcolentium: alij ē bello Trojanō Duce Antenore hic evasisse tradunt Hene- torum ex Paplagonia quoſdam.* Alibi dixerat in descriptione Galliae : *Post dictas gentes Belgæ sunt, Oceanum adcolentes.* *De his Veneti navalī pugna cum Cæſare congreſſi sunt.* Hos ergo Venetos existimo Venerorum ad Hadriaticum ſinum authores, quando reliqui etiam ferè Galli, qui Italianam incolunt ex Transalpinis eo immigraverunt regionibus. Propter nominis autem similitudinem Paplagones eos esse aiunt: verū tam pro certo id ego non affirmo. Posset hic adduci etiam locus ex Polybio : *Ad Hadriaticum mare alia gens longè antiquissima nomine Veneti, sermone diverſo à Gallis utentes, cætera moribus & cultu parum differentes.* Vixit Polybius ante Christum natum

A. in Græcia, et si Venetos ab Henetis Paplagoniæ Asiaticis ortos scivisset, non dixisset Germanis similes moribus, & cultu. Et hoc scire poterat homo Græc. qui noſſet Gallo Græcorum ſermonē inter quos & Paphlagones. Suspiciatur Cluverius ex citato loco Polybij ſuæ versio-^{Clu. Ital. lib. 1. cap. 17.}nis pro fabula habuisse Polybium, quod Veneti ex Paplagonia ortum habeant. Versio nihilominus Polybij apud Nicolaum Perottū expreſſè habet : *Loca verò mari Adriatico vicina antiquū ex Paplagonia genus colit, hi Veneti appellati, neq; moribus neq; ornatū corporis sed tautummodo lingua à Gallis differt.* Cui nunc credam? B. Cluverio an Perotto Cluverio potius, qui Græcum textum adducit, & ſuppono fi- deliter, & in eo nullum de Paplagonia verbum. Strabo insuper ſuā ætate in Pa-^{Strabol. 12.}phagonia nullum vestigium Henetorū fuiffe teſtatur. Livius patriotis ſuis velifi- cans, licet multa è Polybio defumpſerit omnino Venetos è Paplagonia vult oriundos & Catonē adducit teſtē. Secuti Liviū posteriores Plinius, Trogus, Mar- tianus Herocleata & alii. Contrà hos ta- men pronuntiat Herodotus, qui Vene-^{Plin. I. 3. c. 18 Justin. ex Trog. lib. 20. Mart. Herac. in Periegeli. Herod. lib. 1. Chrys. Dio. orat. de Ilio.}tos appellavit Illyricā gentem. Et Dio Chrysostomus tradit ante adventū An- tenoris in Italia & ante bellum Trojanū Venetos ea locatenuiffe pulsis Euganeis, C. quæ etiamnū tenent circā mare Adriaticū, cùm inquit : *Antenor Henetos, & o- ptimam circā Adriatum ſinum regionem ſui juris fecit.* Quin etiam Servius Virgilij ^{Virg. I. 1. En.}commentator ad illa Virgilij : *Antenor potuit mediis elapsus Achivis Illyricos penetrare ſinus, atq; intima tutus Regna Liburnorum.* Sic desuper ſuam pronit opinionē : *An- tenor non Illyricum, non Liburniam, ſed Ve- netiam tenuit.* Fruſtrà hoc; quiā Virgi- lius non afferit, quod Illyricum, quod Liburniam tenuerit, ſed quod penetra- verit, quiā hoc neceſſarium erat ut in Ve- netiam perveniret. Hoc tamen ad pro- poſitum, quod dicatur tenuiffe Venetiā; ex quo colligitur jam ante ejus adven- tum

tum sic dictam: at vnde dictam? Idem Servius: Ideò Virgilius dicit Illyrico: sinus, quod inde vnit quidam Enetus Rex qui Venetiam tenuit, a cuius nomine Enetiam dictam posteri Venetiam nominaverunt. Hoc absq; antiquiori teste assertū non mereatur fidem. Credibilius posset conjecturari Venedos Septentrionales ante Trojanum bellū redundāte populi multitudine è patria egressos novas terras, quas colerent inquisivisse, & demum circā sīnum Adriaticum pulsis Euganeis confidisse, quod de illis Septentrionalibus populis facilē est suspicari, præsertim cùm de plurimis ejusmodi migrationibus Aquilonarium fidem faciant historiæ, & Gothi quoq; vicini Venedorum multis ante Christum seculis ferantur digressi in orientem, & circā Pontum Euxinum

A confedit̄, tametsi de certo tempore scriptorum defectu non constet. Quod si factum est, vt fieri potuit, fortè etiam Carnini (quos inter Vandalorum gentes numerat Plinius) vna cum Venedis in has horas progreſſi, Carnorum nomen Carniæ vicinæ, sicuti Venedi Venetiæ intulerunt; certe vtrumq; nomen vetustissimum est. Cæterūm quod Paulus Diaconus Venetos derivet ab Ζinos Græco, quod gloriam vel laudem significat, atque Venetos dici *laudabiles*, id fortè in mētem reduxerit nostris Vindis, cùm inter Græcos versarentur, vt postmodum etiam suā lingā Slavi id est *laudabiles* & gloriōsi appellari vellent, quæ conjectura de vocis origine videri forsan posset cæteris prius adductis par, si non verisimilior.

Paul. Diac.
de reb. Lan.
lib. 2. c. 14.

§. XV.

Quando Slavi Carnioliam incolere cæperint.

 Uprā ostendi, quod Vandali & Vindi fuerint vna gens, cōtrā Cluverium & nonnullos recentiores, qui nullo antiquo fidejussore dato, affirmant Vandalos & Vindos eodem situ Vistulam flumen & sīnum Codanum (dictum etiam Venedicum) coluisse, sed Vindos seu Venedos Vandalis emigrantibus successisse, & diversas fuisse gentes. Et omnino reor hoc à Cluverio & sequacibus odio fortè linguae, quam non callebat excogitatū, vt in medio limitis septentrionalis Vindorum gentē vndiq; ipsiusmet confessione circumdatam Germanis, Sarmaticā pronuntiaret. Nulla quippe Vandalorū migratio è patria ostendi potest apud antiquum authorē, ante quam non posset ex antiquis ostendi Venedos seu Vindos sīnum Codanū ad coluisse. Imò Tacit. Venedis certum locum ad mare Suevicum assignat, nullum verò Vandalis, quos Vandalios nominat, quasi adjectivè Vandalicos, supponens plures populos comprehendit sub hac nomenclatura, vti ex Plinio suprà memoravimus. Cū igitur Vandalos constet inhabitasse Carnioliam nostram an. CCC XXXVI, & sequē-

tibus vñq; ad an. decimumtertium Arcadij Imp. jam liquet quo primum tempore Vindi quos hodie Slavos dicimus Carniolia sint ingressi. Verūm quia his successerunt Gothi occupatores Pannoniæ, & mox Langobardi, licet ex Vandali seu Vindis non modica pars remansisse censenda sit, ex qua fortè postea Chunimundus & Alaricus Suavorum Reges, nihilominus investigare oportet quando recentes Vindi sub Slavorum nomine Carnioliam colendam ingressi sint: quod ante an. D. XLVIII. vix evenierit, cùm eo primum anno Danubium transgressi ferantur. Unde non capio quomodo Megiferus Slavos seu Vindos in Carinthia habitasse & Theodoni Duci Bavariæ anno D. X. militasse affirmet, ex Aventino, Paulo Æmilio, & alijs; apud quos nihil simile nisi apud vnum Aventinum, qui ait: *Irabit in societatem belli rector Bojus Hunnorum reliquias Abaras & Avaros, Angilos, Venedorum nationem Charimos adhuc in certis sedibus vagantes &c.* Sed quis hoc vetustiorum authorum asseruerit nec Megiferus ostendit, nec Aventinus. Expludit igitur ista merito recens Bojorum Anna-

Procop. I. 3.
de bel. Goth.
Inchof. in
Chron. Vng.

Megif. lib. 5.
c. 1. Avent.
lib. 3.

Adelzreit,
P. lib. 6.

lium scriptor & decernit : *Nihil est cur Iudeonis sine causa multos affingamus tri- umphos, ex meritis Arenpekhij & Aventini commentationibus, & bellis prorsus incom- pertis.* Et si bella fabulosa, utiq; & auxilia ex Venedis Charinis, ex quibus vult A- ventinus formare Vindos Carinthos, Megiserus verò duplarem gentem, die *Vindischen vnd dic Kärner*: cùm apud Plinium Carini sint pars Vindilorum. Quod mihi hactenus deprehendere li- cuit An. Christi D. XLVIII. vt supputat Lu- cius prima in Illyrium irruptio facta est per *S L A V O S*, qui vt ait Procopius. *Cùm in tres partes Sclavini partiti copias essent, diversim vagati, Europam malis insanabili- bus affecere.* Quam verò Illyrici partem aut quas regiones aggressi sint non pos- sum pro certo statuere. Lucius opinatur Dalmatiam tunc ab iis vastatam, nondū tamen inhabitatam. Crantzius verò ait : *I testimonio colligitur omnium Italorum Wā- dalos (quos illi Sclavos appellant) primò sub Mauritio Imp. transisse in Croatiam, Dal- matiamque.* Cæpit autē imperare Mau- ritius an. DLXXXI. licet biennio tardius ponat Crantzius. Idem alij insinuant : Lucius verò nonnisi sub Heraclio Imp. post an. DCV. à Slavis occupatam Dalma- tiam putat. Audiamus iterum Procopiū de an. decimotertio Gothicī belli, qui est annus Christi DXLVIII. Per id tempus Sclavorum exercitus flumine Illo trajecto Il- lyrios omnes ad usq; Epidamnum malis ingentibus affecere, partimq; sine ullo ætatis di- scrimine in servitutem quos licuit abigendo, & eorum bonis direptis deserviebant. Quæ seqvuntur benè notanda : *A hæc præ- sidia illis in locis non paucæ, & quidem præ- valida occuparunt.* Cum ergò hoc tempo- re Dalmatia latè extensa fuerit, & inclu- serit forte etiam Epidamnum si rectè Lu- cius tabulam suam tertiam formavit, nul- lum dubium amplius esse debet de tem- pore, quo Dalmatiam & forte vicinam Pañoniam ingressi sint Slavi, eamq; in- habitare cæperunt. Quià verò Hunis ha- bitandam Pannoniam cesserant Langobardi, Slavos Hunnis mixtos habitare cir-

cà hæc eadem tempora cæpisse creden- A. dum est, quibus & alia Hunnis cognata gens Abarorum vel Avarorum accessit, vt dicemus in Annalibus, quos Porphy- rogenitus cum Slavis permiscet & ean- dem gentem esse existimat, sed fallitur, quià Abari (apud Evagriū) *Scythica Ha- maxobiorum gens, qui campos ultra Cauca- sum existentes depascuntur à vicinis Turcis pulsi litora Euxini relinquente, ad Bospho- rum venerunt, & expugnatis omnibus Bar- baris ad Istrum pervenere, &c.* Nimirum sub Justiniano Imperatore, vt dicemus suo loco. Apud Eginhartum idem sonat *Eginh in Unni, Hunni, & Avares.* Erant igitur A- vares idem populus cum Hunnis sed di- versus à Slavis, cum his tamen illi amici- tiam coluerunt usq; ad tempora Mauri- tij Imp. vt notavit Lucius. Ex Dalmatia porrò sensim in Liburniam, vicinam, Ja- pydiam, Pannoniam, Noricum; idest in hodiernam Carnioliam & Carinthiam progressos Slavos hoc ipso tempore cō- vincent ea quæ mox referemus. Nam i- terum Procopius ad an. decimum septi- mum belli Gothicī, qui est Christi DLII. *Slavini ingenti multitidine Illyrios invadē- tes malis in explicabilibus affecere.* Sub Illy- ricorū nomine non sunt hic intelligen- di Dalmatæ, quià Dalmatæ præsidia jam ante Slavi occupaverant, ergo vici- næ Illyrici regiones. Hujus opinionis C. fuit Velserus, qui asseruit Slavos in Ca- rantanum è Dalmatia venisse, ac proin- de si in Carantanum veneant (vt mox dicam) ante ann. D XC. necesse est illos in Dalmatia consedisse circà an. DL. vt mo- do dicebamus. Conjecturæ lucem affer- re potest quod in Pseudo Synodo Mara- nensi an. Christi DLXXXVIII. celebrata, vel biennio tardius (vt alij habet) questi sint Venetiarum Episcopi, Tiburniensi Ec- clesiæ (quæ Bollandus censet esse Villa- censem) datos Sacerdotes ab Episcopis Galliarum, cùm antea Patriarcha Aquile- jensis earum partium curam haberet. Videtur enim tunc Slavos qui Idolola- træ advenerant cæpisse converti, ideoq; Sacerdotes accepisse ab Epis. Galliarum,

Evagr.
Schol. lib.
§. cap. 1.Eginh in
vit. Car.Luc. Dalm.
lib. 1. cap. 8.

Velser. init.

Bolland. in
vita S. Dom.Procop. cit.
fap.Crantz.
Wand. lib.
1 c. 16. &
lib. 2. c. 1.Luc. Dalm.
lib. 1. c. 9.Procop. lib.
3. cit.

præterito Patriarcha, qui sub Langobardorum imperio erat. Certè An. DXCV. postquam Thassilo inauguratus fuit Rex Bojariæ expeditionem suscepit contrâ vicinos Slavos, vt testatur Sigebertus, cùm ergo jam tunc metuendi essent, nullum dubium quin à pluribus annis in Carinthia & Carniola sede fixa sese radicaverint. Unde & Anno DC. Bojos magnâ clade affecerunt, testibus Paulo Diacono, Brunnero, Velsoro. Fallitur ergò Lucius, qui Slavorum in Dalmatiam adventum differt ad tempora Heraclij Imperatoris, cùm prius Dalmatiam quam Noricum occupaverint, ut ex dictis elucefcit. Fuisse verò illos primùm amicos, dein subjectos partim Avaribus, partim Langobardis ex Diacono pariter colligitur, qui ait: *Boarij usque ad duo millia virorum supra Slavos jurunt: superveniente Cagano omnes interficiuntur.* Erat verò Caganus Rex Avarum sive Avarorum. Et hoc factum Anno DC. Rursum idem Diaconus: *Mortuo Gisulpho Foro Julensi Duce (Anno ut ego. supputo DCXIV.) Taso & Caco filij ejus Ducatum regendum suscep- runt. Hi suo tempore Slavorum regionem quæ Azellia appellatur, usque ad locum qui Medaria dicitur possederunt.* Quid sit Azellia dixi alibi, videri tractum agri Celebensis: adeoque partem inferioris Carnioliae Celejam usque possederint. Unde (pergit ille) usque ad tempora Raticbis Ducis ijdem Sclavi pensionem Foro Julianis Ducibus persolverunt. Sed & vivo adhuc

A. Gisulpho Slavos si non subjectos, saltem amicos Langobardorum fuisse eos, qui Japydiam & partem Norici occupaverant ex alio loco Diaconi colligitur; vbi ait: *Langobardi cum Avaribus & Slavis, Histrorum fines ingressi, universa ignibus & rapinis vastaverunt.* Id ego ad annum DXCVIII. arbitror pertinere. Cæteri Slavi in superiore Carniola, & in Norico seu Carantano *Hunnis qui & Avares* (vt loquitur idem Diaconus) post hæc tempora subjecti, gravissimam pafsi sunt servitutem, donec è Francia orientali seu Franconia veniret Samo, quem sibi Anno DCXXIV. Ducem constituerunt, jugo Avarum seu Hunnorum excusso. Verba Aimoini hic lib. 4.c. 9. Aimoia. lib. 4.c. 9. bet apponere: *Anno quadragesimo principatus Clotharij (est ipse An. DCXXIV.) Homo quidam nomine Samo natione Fran- cus pago Senonico multos negotiatorum mer- candicauit in Sclavorum patriam, quietiam Winidi dicuntur, secum adduxit. Sclavi jam dudum Hunnis, qui & Avares dicun- tur, subjecti, dominationis eorum jugum detraetare tentabant, &c. Ad quos Samo cum sociis adjumento Winidis futurus forte profectus est, factaque congreessione Winidi Hunnos superant. È occasione Samo, de negotiatore Rex constitutus, ut ait ille: sed Ducis titulo contentum fuisse vero- similius est. Eadem habet Fredegarius, ut alibi referam. Vixit autem Samo in Principatu usque an Annū Christi DCLXII.*



§. XVI.

Duodecimi Carnioliae veteris inquilini Avares & Hunni.

H Unnorum gentem è Scythia egressam, & per aliorum populorum excidia grassatam in Pañonia tandem nostra confisse, omnium penè veterum scriptorum testimonia ostendunt. Primam eorum originem inquirere operæ preti-

um non reor. Ex incubis Faunis & dæmonibus natos dudum scripsierunt Jornandes & Sigebertus, quod fabulis attribuunt sapientiores. Illud potius instituto deferviat, sub quibus nomenclaturis eadem natio diversis temporibus innotuerit. Scythæ haud dubiè fuerunt

cum

Jornand. lib.
1. de reb.
Get
Siegbert,
Gembac.
init. Chro-
nograph.

cum à Mæotide palude Scythiae reces-
serunt, mox appellati Hunni, non ab
Hunno Tuisconis filio, vti ex corrupto
Berofo non nulli existimaru it, quos in-
ter Franciscus Irenicus, & Albertus
Crantzus; nihil enim Hunnis cum Tui-
scone Germanorum patre commune:
non etiam ab Hunor filio Nemroth in
sacris literis memorati; id quoppe lon-
gè petitum, & ex sola nominis allusio-
ne arbitrariè excogitatum, neq; certum
Nemorotho filium aliquem dictum
fuisse Hunor, cum id sacræ literæ tace-
ant, sed fortuità fortè aliquâ occasione
cujus causam indagare, melius intermi-
seris, nisi malis assentiri iis, qui volunt
sic appellatos ab Hunno Duce illorum,
quos Mœetica palus primùm in Euro-

B. pam ceu alium orbem emisit. Id quan-
do factum, suo loco dicemus. Appel-
lati etiam sunt Thunni ab Eustathia &
Plinio, vt testatur Hermolaus apud Or-
telium. Item Turci apud Simocattam,

& Landulphum, qui ait *Hunni quippé*,
quos Turcos dicere consuevimus. Saberi a-
pud Nicolaum Calystum, & Authorem

Miscellæ: Onogori apud Agathiam,
Vnni & Avares apud Eginhartum, quin
etiam Vgrī & Magores apud jam me-
moratum Ortelium: Taifali quoque a-
pud Marellinum, licet Aurelius victor

Hunnos & Taifalos distinguat, fortè vt
speciem subalternam. Denique apud
Jornandem audiunt etiam nonnulli
Hunnorum Sacromontisj, & Fossati-
sj, vt refert in rebus Geticis, vbi mores

illorum ad amissim describit. Non sum
nescius, quibusdam videri distinctos es-
se populos Hunnos & Avares, Hunnos
& hodiernos Hungaros, vt benè adver-

tit eruditissimus Inchofer, sed nulla ra-
tio persuadet distinguendi eandē gen-
tem bis vel ter ex eodem orbis angulo
erumpentem. Unde ille quærit ab eius-
cmodi authoribus: *vnde habent ex Luit-
prando Ticinensi, quem laudant, Hunno-
rum gentem post Attilæ fata desideratam
concidisse, & penitus exolevisse, vt neque*

A. *Hungaros ex se gignere, neque si ipsi sibi ac-
cesserint, in unum populum coalescere po-
tuisset crediderimus?* Certè antiquioribus
in tali argumento subscribendum est,
quales sunt Isidorus, Jornandes, qui At-
tilæ posteros Hunnos remansisse in Pan-
nonia indicant: vel fugatos in Scythiam,
denuo revertisse: Blondus, Sabellicus,
Ranzanus &c. quorum postremus alle-
gat Elinium Francum, qui ante qua-
dringentos annos scripsit Hunnos, &
Hungaros eandem esse gentem: sed
Hunnos ab Hunno Duce, Hungaros
verò à loco Sarmaticæ regionis appella-
tos, qui Moscho paret, vnde is hodie-
que Ducls Hungar titulum usurpat.
Quo ad appellationem verò Avarum
seu Avarorum, & Avirorum testis est

B. Paul. Diaconus, qui ait: *Alboin verò
cum Avaribus, qui primum Hunni, poste à
de Regis proprij nomine Avares appellati
sunt, fædus perpetuum iniit.* Et Sigeber-
tus Gemblacensis: *Chaianus Rex Ava-
rorum, id est Hunnorum, pacem cum Man-
ritio Imperatore solvit.* Neque piget ad-

C. scribere verba Jornandis, qui eo tempo-
re scripsit, quo Avarum nomen ena-
tum est. Ait itaque: Hunni quasi for-
tissimarum gentium fœcundissimus
celpes in bisariam populorum rabiem
pullularunt: nam alii Avulziagri, alij

Aviri (id est Avares) nuncupantur, qui
tamen sedes habent divisas: juxtà Cher-
sonem Aulziagri, qui æstate campos

pervagantur effusos, sedes habentes pro-
vt armentorum invitaverint pabula,
hyeme suprà mare Ponticum se refe-
rentes. Hunugria autem hinc sunt no-
ti, qui ab ipsis pellum murinarum

venit commercium, quorum mansio-
nem primam esse in Scythiae solo juxtà
paludem Mœotidem, secundò in Mæ-
sia Thraciaque, & Dacia, tertiò suprà
mare Ponticum rursus in Scythia legi-
mus habitasse. Hæc ille. Malè proinde

Auth. Miscellæ Avares distinguens ab
Hunnis Gepidum esse posteritatē asse-
ruit cum scribebat: *Et Gepides quidam, ex*

Paul. D'ac.
de gest Lan.
1.1.num.27.

Sigeb. in
Chron. ad
ann 534.

Jornand
reb. Get. c.

Auth. Milte.
1.14 n.3.

quibus postmodum divisi sunt Langobardi, & Avares, villas, quæ sunt circa Singidunum & Sirmium habitavere. Gepidae si quidem & Longobardi Germanica fuerunt natio, penè omnium authorum consensu, à quibus naturali quadam antipathiâ abhorruerunt semper Avares sive Hunni. Maneat ergo Hunnos, Avares, & Hungaros eundem esse populum, vnam eandemque nationem origine Scythicam; nunc an & quando Carnioliam nostram occupaverint, vel insederint disquirendam. Pannoniam ingressos Hunnos circa annum 401. notavit Bonfinius, quod de inferiore intellegendum, quando scilicet excedentibus Gothis Alarico in Italiam migrante, & paulo post Rhadagaiso cum ingenti bus copiis subsecutopenè vacuae relictæ fuerunt Pannoniæ. In partem verò illam superioris Pannoniæ, quæ nostram modo complectitur Pañoniam vix credam ingressos, priusquam Attila flagellum Dei petiturus Italiam, velut decumanus turbo hanc invndavit, excisis vbique & solo æquatis vibribus, quas inter etiam Æmona nostra in rudera conjecta, longo post tempore jacuit desolata. Id ad annum Christi 451. referunt melioris notæ authores. Credibile est tunc sanguinarij Regis ductu non solùm transisse Carnioliam Hunnos sed partem eorum etiam remansisse mixtam prioribus inquilinis, adeoque per totas Pannonias extensem Attilæ jugū. Quo post ejus mortem excusso, Goths & Gepides iterum obtinuerunt dominium, vt observavit Jornandes, Hunnis partim in Scythiam suam repulsis, partim per Pannonias dispersis. Anno deinde 551. innotuit primum nomen Avarum, vt ex Landulpho Miscellæ continuatore colligitur: Byzantium quippe ingressi petierunt ab Imperatore lo-

A cum ad habitandum, eumque in Moësia impetrarunt, latius deinde progressi Sirmio civitate inferioris Pannoniæ potiti sunt circa annum 556. sequenti mox anno instigante Alboinò Langobardorum Rege moverunt in Gepidas, qui Daciam, id est hodiernam Transylvaniam obtinebant, & oppresso eorum regno simul cum Langobardis se dilatarunt, donec excedentibus è Pannonia Langobardis ipsi non tantum occuparunt Pannoniam superiorem, sed etiam Slavos, qui postmodum sub finem seculi in Noricum usque processerunt sub jugum missos oppresserunt, vti ex cursu Chronologiæ constabit. Anno 616. vt habet Sigebertus Hunni Langobardos in Italia, debellarunt & Forum Julii proditione cæperunt, quos non alios fuisse Hunnos quam Avares alij historici tradunt, & quidem Slavis permixtos. Anno Christi 788. jam eo processerant potentiae, vt cum Francorum Regibus certarent. Unde Regino ad dictum Annum: *Pugnatum inter Avares & Francos, qui in Italia habitaverunt* (intellige Foro Julio) & *Deo largiente victoriam obtinuerunt Franci.* Hoc quippe tempore exciso jam regno Langobardorum in Italia Carolus Magnus Forum Julium per suos Duces regebat: C Hi ergo Avares sive Hunni duodecimi fuerunt Carnioliae nostræ posseffores, an potius violenti infeffores, saltem ejus partis, quæ Styriæ vicinior est, cum reliquam tenerent Langobardi, usque dum Carolus M. tam Pannoniam quam Forum Julium, & Istriam occuparet, extenderunt tamen etiam dominium in Carinthiam, vbi Slavos sensim oppresserunt, donec Carinthi Samone Dece eorum jugum excuterent, quæ omnia fusius in Annalibus prosequemur.

Jornand. de bello Getic.

Regino in
Chron. ad
an. 788.

§. XVII.

Decimi tertii Carnioliae veteris inquilini Franci.

Rancorum nomen vnde e-
natum sit ferè convenit inter
authores. Lazius, qui à Phry-
gibus eos derivare vult, respi-
cit nihil ominùs vocem **Freyen**, quām
ait postea depravatam in **Frian** / & ad-
dita aspiratione **Friancken**. Melius Clu-
verius: *In univera hodieque Germania ne-
mo tam infans, nemo tam rusticus invenia-
tur homo, qui ignoret Franci idem significa-
re, quod Frey, id est liberum. Manet in
hanc usque diem vulgare apud Germanos
verbum die Freye Franken.* Originem
Lazius à Phrygia repetit, Paulus Æmi-
lius ab Antenore, vnde ait: *Valentinia-
num Imperatorem eos, qui prius vocati e-
rant Troiani, deinde Antenoridæ, postea Si-
cambi, Francos Atticâ lingua appellasse,
quod lingua Latinâ significet feroce.* Me-
ritò hoc repudiat Cluverius, cuius con-
jectura de nominis, & gentis origine
non displicet, tametsi contrà multos vi-
ros etiam doctos pronuntiet: quod sci-
licet Chatti Ansivarij, Chamavi, Chau-
ci, Cherusci, Bructeri & alij plures po-
puli, posteaquam se in libertatem ven-
dicaverant excusso Romano jugo inter-
se appellari voluerint **die Freyen** vel an-
tiquiore illius ætatis vocabulo **Franken**.
Et quidem postmodum secessione aut
distinctione factâ alij transrhani seu
occidentales, qui nunc Galli, alii Cis-
rhani seu Orientales, qui nunc Fran-
cones appellantur: Et de his Francis
potissimum orientibus nunc agimus, eoque Carniolae veteris inquilinos af-
serimus. Nec difficilis erit de tempore
conjectura. Anno Christi D XLIX. à
Francis Venetiam occupatam adstruit
Lucius, simul & partem Norici: vero-
simile, quod etiam tunc superiorem
Carnioliam & Carniam Venetiæ conti-
guam; sed has regiones iterum recepit
Narses Anno DL VII. pulsis ex inde
Francis. Certiora sunt, quæ jam pro-

Laz. Migr.
13. pag. 63.

Cluver. Ger.
lib. 3. c. 20.

Jon. Luc.
Dall. 1. c. 7.

A memus. Igitur post multas patriæ no-
stræ jactationes. Circà annum Christi
DCCLX. Suasu Ducum Bavariæ se se
Carantani, & qui his cohærebant Cra-
nioli Regum Francorum tutelæ com-
miserunt, quo facilius Hunnorum in-
cursionibus resisterent. Servarunt ta-
men adhuc suos Duces, de quibus in
Annalium decursu: nec constat utrum
jam tunc aliqua è Francis præsidia ad-
missa sint. Anno DCCLXXII. Thassi-
lo Bavariæ Dux Regibus Francorum
æque subjectus ac Carinthi & Carnoli,
rupto foedere, sive armis, sive metu so-
lo Carinthiam, & Carnioliam compel-
lit ad homogium sibi præstandum: sed
cum Carinthi cernerent Carolum Ma-
gnum contrà Langobardos feliciter pu-
gnare, iterum Boico se subduxerunt im-
perio anno mox subsecuto. Capto au-
tem Desiderio Langobardorum Rege
ultimo in Italia, occupata est tota ditio
qua latè patebat Langobardica, Vene-
tia simul cum Carnia, Istria, Liburnia,
inferiorque Pannonia, quæ Rotgando
Foro Juliensium Duci sunt commenda-
tæ, ut tradit Palladius, addens & præsi-
dia variis locis imposita. Tunc ergò
primum Francorum non paucos im-
migrasse Carniolae credibile est, præ-
fertim nobiles, quibus cura incumberet
Slavicum vulgus in officio continendi.
Et hæc sunt illa tempora quibus post-
quam Rachis Langobardorum Rex an.
DL. monasticen professus, Slavi à Lan-
gobardis desciverunt, à tributo dein-
ceps liberi, sed ab Hunnis seu Avaribus
vexati, tandem admissis Francorum
præsidiis securiores degere, & fidem
Christianam amplecti coeperunt, quæ
fusius in Annalibus prosequemur. An.
subinde DCCLXXXIX. Carolus Ma-
gnus regni sui limites usque ad mare A-
driaticum protensos munivit novis
præsidiis, Duces insuper constituit Ca-
rantanis

Pallad. lib.
2. p. 2.

Meg. 1. 6. c. 9.
Fug. Spec.
Hor. mihi
pag. 309. A-
delzreit. p. 1.
lib. 8. n. 3.

rantanis Inguonem nobilem Francum, Foro Juliensibus Ericum, quorum isti etiam Japydia & Carniola comendata fuit, vt ex actis colligitur, quæ referemus ad annum DCC XCVI. Hoc verò in Liburnia interfecto à Tarsatenibus anno DCC XCIX. domitis iterum Avaribus octennali bello, quo limites regni Carolini promoti sunt in Pannoniam inferiorem & Dalmatiam, qui Duces Carnioliam nostram Caroli auspiciis rexerint, Annales dabunt. Ab anno saltem DCCC. certum est plurimos Francos (seu potius Francones Germanos) ac præsertim nobilium familiarum traduces nostræ immigrasse Carniolæ à quibus multas adhuc propagines in hodiernum diem superesse ostendemus, Deo annuente, in Genealogiis nostris, quas colligimus, & augemus ex scripturis authenticis. Status hic patriæ nostræ

^{A.} prout fuit ferè sub Carolo Magno seculo octavo inchoato, idem nunc est cum plebs è Slavis, nobilitas potior è Germanis Franconibus orta in vnum corpus coalescat: nisi quod tamen inter nobiles non nullæ particulares familiæ subinde accedant è diversis Provinciis, quam inter plebeios sæpè numero sedem figant variis ex omni ferè natione. Unde hodie dum hæc scribimus in ipsa Labacensi vrbe suprà viginti familias civiles numerare liceret distinctarū nationum. Sunt hic Suevi, Bavari, Francones, Saxones, Pomerani, Bohemi, Silesitæ, Dani, Hollandi, Pruteni, Angli, Belgæ, Galli, Veneti, Croatæ, Dalmatæ, Liburni, Hungari, vt vicinores Tyrolenses, Styros, ^{B.} Carinthos, Austriacos aliosque præreami. Er hæc de antiquis Carniolæ nostræ inquisitoribus.

CAPUT VII.

De antiquis Inscriptionibus Carnioliae.

Ertissima vetustatis testimonia sunt Inscriptiones antiquæ in lapidibus & ruderibus, quæ ipsis historiis lucem afferunt. Sed proh dolor in eorum plerumque manus, & potestatem incurunt, à quibus non æstimantur; quod vel ignorantiae tribuendum est, vel avaritiæ; dum vix in lucem erutæ denuò novis ædificiis sepeliuntur. Non tam malè de nobis meruit Lazius, prot suspicantur nonnulli, qui ante annos centum quantum potuit collegit, & licet sæpenumerò deprehendatur errasse, & arguatur familiarum quarundam nimiam, quarundam nullam fecisse mentionem: id tamen ipsis debemus omnes, & nisi ingratius vel antiquitatis osores simus, fateri cogimur, quod plurima nostræ patriæ antiquitatum monumenta intercidissent penitus, nisi ea Lazij scriptura servasset. Nec dimidium amplius earum Inscriptionum extat, quas Lazius collegit; perierunt per sordidæ avaritiæ leges, dum architecti elaboratos pridem lapides ex figura æstimator, non ex scriptura, & pessum-

pessundant veteres, ne novos emant. Quare quod olim Lazio impulit, me quoque stimulat, sacræ antiquitatis honor & æstimatio, vt quod adhuc remansit intactum ab Harpyis ignorantibus, cessurum haud dubiè vti cœtera, vel avaritiæ, vel negligentiæ ; scripto conservem, & transmittam posteritati. Id verò discreto faciam ordine, vt prius ea de promam, quæ hodie adhuc reperiuntur, subinde verò ad ijciam, quæ apud alios Authores notata interim vel latent, vel perierunt.

§. I.

Antiquæ Inscriptiones, quæ extant Labaci in
vrbe & extrà vrbum.

 Rima inscriptio in lapide qua-
dro vel potius ejus fragmen-
to à me observata in Porta vr-
bis Labacensis Occidentali,
quæm vocant Teutonicam, exprimit
nomen antiquum civitatis, & quæ ad-
huc legi possunt, sic habent:

| | |
|---------------|--|
| VARIO TI | |
| P. NARBON. | |
| VET. LEG. XV. | |
| ::::: VENIX. | |
| P. EMONIAE. | |

Cùm lapidem hunc observasse, omnem lapidem movi, vt impetrarem à civibus illum ex porta sublatum alio securiore loco reponi: sed vel negligētia vel ignorantia antiquitatis hactenùs restituit meo conatu. Peribit etiam hoc nobile fragmentum & aliquando desiderabitur, nisi brevi reperiatur aliquis honoris patriæ suæ studiosus, qui trans ferri curet, ne à transeuntibus curribus penitus atteratur. Aemonia hic expre sè scribitur non Æmona, vnde suspicor Plinium eandem vrbum dupli loco reposuisse, & nominasse Æmoniam in Norico, ac Æmonam in Pannonia sub Norico, nec apud alium vetustum authorem reperies diversas vrbes Æmoniam & Æmonam.

II. Altera inscriptio extat in Ec-
clesia B. Virginis Ordinis Teutonici, cu-

lus lapis vna cum structura prima Ec-
clesiæ ante ducentos & amplius annos
A. immuratus cernitur à parte occidentali
ad aream Domus Teutonicæ obversus.
Inscriptio hæc est:

| | |
|-----------------------------|--|
| M. TITIO M. F. CL. TI. | |
| BARBIO. TITIANO. DE- | |
| CVRIONI. EMONE. T. | |
| LEG. II. ADIVTRIC. ITEM | |
| LEG. X. FRETENS. HA- | |
| STATO. IN. COH. LEG. II. | |
| TRAIAN. EXCORNICVLAR. | |
| PR. PRO. LARCIA. VERA. | |
| FILIO. PISSIMO. L. D. D. D. | |

B. Descripsit hoc monumentum etiam Lazius, sed correxit lapidam ponendo *Æmonæ* pro *Emone*. Fidelius hic relatum est. Lapidis multa oportet ignoscere: & prudens ac literatus facile advertit ejusmodi errores. Idem Lazius posuit PR. PR. cum in lapide expres sè habeatur PR. PRO. quod cum Goltzio legendum putem Præfecto Proconsulis, vel Proconsulari: quamvis etiam reperiatur apud eundem *Cornicularius Præfecti Prætorio*.

III. Tertia eiusdem vrbis Labacensis inscriptio extat in pariete Domus Illustrissimæ familie Aurispergicæ, quæ parte vna respicit portam Teutonicam, altera verò Palatum Provinciæ: vbi ante

multos annos insertus est lapis quadra-
tus referens officiem pectoralem viri
cum hac Epigraphe.

D. M.
AVR. AV.
PI. Θ. AJ.
LXX.

IV. Quartus lapis ante septem
vel octo annos erutus est in horto Ex-
cellentissimi Domini Comit. D. Wolff-
gangi Engelberti ab Aursperg supremi
Capitanei Provinciæ, & ibidem muro
insertus cum hac Inscriptione

D:IS MAN.
L. PVBL. A. PRO
LIB. ET. TABVL.
REI. PVBL. AVG.
GRATVITO
VIVVS FEC. SIB

Peribit & iste lapis propediem, quia
expositus scopo jaculatorum.

V. Quintus lapis cernitur in pa-
riete Palatij Episcopalis, obverso plateæ
cujus sub tribus humanis capitibus hæc
est inscriptio:

D. M. S.
DVR RIVS AVITVS
E PETRONIA
MAXIMILLA VIVI
FECERVNT. SIBI. E
FILIÆ. MAXIMÆ Θ
AV. XVII. INFELICIS.
SIME. PARENTES

VI. Sextus lapis est in eodem
Palatio Episcopali in ambitu medio,
quæ Ecclesia acceditur, parieti immu-
ratus, cum hac inscriptione:

Q. ANNAIVS. Q. L.
TORRAVIVS
M. FVLGINAS M. L
PHILOGENES
MAG. VICI. DI
VIC S. PORTIC. F. COIR.

VII. Septimus lapis repertus est
circè annum 1635. cum ab Ædile civi-
tatis ædificaretur publicum hospitium

A. in subvrbio versus S. Christophorum,
quod hodie adhuc extatè regione Cæ-
nobij Patrum Discalceatorum. Lapis
muro iusertus ad publicam viam hanc
exhibit inscriptionem.

SECVNDAE.
EPPONIS F.

GVEDIVS RVFVS
:::::::::: FECIT
:::::::::: VXORI
ET SABINO E
IN FRONT. P. XII.
IN AGRO P. XVIII.

B. Sub hoc lapide inventa fuit tum-
ba lapidea trium vel quatuor pedum
longa: in ea pauca ossicula, & annuli
duo brachiales aurei, cum parva cate-
nula aurea. Pars scripturæ in hoc la-
pide scalpro jam olim erasa est: viden-
tur tamen in quarta linea vestigia lite-
rarum M. O, ut suspicer scriptum fuis-
se EMON.

VIII. Octavus lapis cernitur in
pariete Ecclesiæ S. Bartholomæi extræ
civitatem in villa dicta Sishka, cum hac
inscriptione.

D. M.
M. OCTAVIUS
SATULLVS
VIUS F. SIBI. ET
C. CONIUGI. DOMITIAE
FORTUNATAE.

IX. Nonus lapis erutus est An-
no 1674. in horto D. Francisci de Zer-
gollern, videtur fuuisse basis vnius statuæ
cujus unus superior angulus fractus est.
Inscriptio hæc est.

I. O.
M. AUREL.
SERENUS.
VIR. E. EX.
VOTO. P.

X. Decimus lapis esto Recen-
tior, huc tamen spectat, quia ex eo a-
gnosci potest sensus maiorum nostro-
rum, de veteri nomine urbis Labacen-
sis, quis si habet:

PAM.

PAMPHILO FRUMENTINO VIRO
INTEGERRIMO. TULMINI. JURIS.
DICTIONIS. LEGITIMO. CONSORTI.
LEONARDUM Eius FILIUM PRUS.
SIENSIS MILITIAE EQUITEM. JAM
JAM SUPREMI IN HOC ORDINE
TRIUM PROVINCiarum GRADU
AC DIGNITATE COMMENDATORIS

A. INSIGNITUM, INVISENDI GRA-
TIA HUC PROFECTO, MORTEQUE
HIC EMONE PREVENTO, VBI
MINIME OPTAVERAT, IDEM PISSI-
MUS FILIUS BENEMERITO PARENTI
HOC MONUMENTUM FIERI. C. OBIIT IN
CHRISTO. XII. FEB. M. D. LXVIII.

§. II.

Antiquæ Inscriptiones, quæ olim extabant Labaci
nunc latent.

 Esciremus hodie de his quid-
quam nisi Lazius ante cen-
tum annos descriptas suis com-
mentariis de Repub. infervis-
set. Harum ergo prima fuit è regione
Templi D. Nicolai, in domo quadam
privata

D. M. S.

IO. VIBI. F.

V. POSVIT SIBI.

ET CONIVGI. LASCIO
ANTIE. Q. SVBLOAN. I. F.

Θ. AN. XXXX. ET F.

FIBIONI. Θ. AN. VII.

II. Altera ibidem extabat in a-
lia domo, quam etiam studiose quæ-
sitam non amplius reperio.

D. M. S.

PANNEI SATVRNINI ET
PANNEI. SECUNDI. ET. M.
SECUNDINAE.

III. Tertia quam descripsit La-
zius extabat in Domo Teutonici Ordi-
nis, jam aliis vībus insumpto lapide.

L. ÆLIO. AVRELIO. AUG.
FIL. COMMODO COS.

D. D.

IV. Quarta extabat in eadem
Teutonica domo, exprimens nomen
antiquæ vrbis Aemonæ, in lapide, quē
(vti refertur) nostrâ ætate quidam of-
ficialis pessundedit, lapidemque ap-
plicuit pro Epitaphio Equitis Teutonici
ne novum emere cogeretur. Inscriptio
hæc erat, prout eam Lazius refert:

ENNIO SECCONIS F.
VIVUS F. CETETIVM
RUSTICO F. Θ N. L.
ET FIL. VALENTIONI
Θ AN. XXXV. EISECV
SECCO. EMONS. Y.
Θ. A N. LI. EMON. Y.

Θ.

Cætera legi non poterant
Dolendum de tam nobili antiqui-
tatis fragmento, quod per sordidā ava-
ritiam ignorantissimi hominis, quales
ferè sunt Præfecti dominiorum, perie-
rit. Bis exprimit nomen Emonæ,
quod nulla Istriæ civitas ostendere po-
test in suis lapidibus.

V. Quinta fuit eruta ex ruderis
antiquæ Emonæ extrà portam
C. Teutonicam in horto mei parentis An-
no 1648. quam ego non semel legi, &
loco alicui publico destinabam. La-
pis erat altitudinis duorum pedum
cùm dimidio, latus in quadratum paulò
amplius vnum pedem instar basis ali-
cuius; inscriptio hæc erat:

NEPTUNO. AUG. SAC.

HOSTILIU. SER.

GIANO. EX VOTO.

Me peregrè absente dono datus
hic lapis viro alijs intelligenti, absum-
ptus est; olim fortè iterum ex aliis ru-
deribus proditus, cum ædificii
fundamenta dijsecta
fuerint.

§. III.

Antiquæ Inscriptiones Nauporti seu Hyperlabaci.

Laz. Com.
lib. 12. sect.
§. c. 6.

 Rima Inscriptio relata à Lazio
hæc est in pariete Ecclesiæ
propè Lugeum, vt ait:

Q. ANNAIUS. Q. L.
TORAVIUS
M. FULGINAS. M. L.
PHILOGENES
MAG. VICI. DE.
VIC. S. PORTIC. F.
CO IR.

Hæc postrema sic scripta sunt di-
visim, cùm deberent conjungi, & COIR.
idem sonat ac CURAVIT. vt advertit
Goltzius. An fortassis hæc inscriptio B.
Labacum translata sit ad Palatum Epi-
scopale, cùm nulla talis amplius extet
Hyperlabaci, relinquo alienæ indagini,
licet multæ Inscriptiones in nullo ab in-
vicem discrepantes in pluribus locis sæ-
pè reperiantur.

II. Altera Inscriptio ibidem ha-
betur in hæc verba, apud eundem La-
zium, quæ hodie ibi non reperitur.

P. PETRONIUS. P. L.
AMPHIO
FABIUS C. L. COR. BO.
MAG. VICI. ÆDEM
ÆQUOR. DEVI
S. P. COIR.

III. Tertia Inscriptio ibidem eo-
dem Lazio teste, adhuc hodie cernitur.
S.

Q. FULGINAS
M. F. V. F.
CANNUTIA TI. F.
PAULLA
FULGIN. Q. F.
PROCIA. H.
S. E.

IV. Quarta Inscriptio nuper mi-
hi communicata est, non observata à
Lazio, vel fortè tunc nondum inventa,
quæ sic sonat:

D. M.
FL. CONSTA.
MAXIMO
Y. Θ. ANN.

§. IV.

Antiquæ Inscriptiones Magni Vicis seu hodierni Iggij.

Laz. cit. c. 7.

 Eferam ordine, quas Lazius C.
descripsit, ante annos centum
& plures. Nunc solùm quin-
que aut sex supersunt, quas
dum hæc scribo ipse meis oculis videre
volui. Accessi locum, inspexi, omnes
ferè attritæ jam & illegibiles. Prima i-
gitur est apud Lazio

D. M.

VENIX EM.

PEONIS F.

V. F. QUARTION.

F. Θ. AN. XXX. E.

ROMANUS ER. P.

F. V. PROCURAVIT

SECUNDAM.

ISSONIS FILIA Θ. L.

AN. LXV.
FIRMUS
VOLTRECIS F.
VIVE COLUG.
QUI ECCONIS
Θ. AN. XL.
SEVN.

Hæc videtur superesse in pariete
sacrificiæ, sed usque adeò extitæ sunt li-
teræ, vt vix aliquæ dignosci possint.

II. Secunda est aquid eundem
Lazio, videturque in pariete Ecclesiæ
Parochialis adhuc extare absumptis
maiori ex parte literis.

VOLTREX. LA.
SON. ISE. P. VIUS.
SIBI ET QUART.
C. NS. NE.

III.

III. Tertia in hæc verba legitur apud Lazio, cuius vestigia nulla deprehendere potui, cùm lapides inspicerem.

SECUNDUS
VOLTUREGIS
TAL. SI. F. V. E.
SIBI ET VOLTIAE
SEX. F. COI. K.
POSTERISQ. SUIS.

IV. Quarta fuit in Saxo picto & quadrato, sculpto, sed fracto, cuius forte adhuc vestigia sunt ad portam cæmeterij, licet characteres extitit.

VOLTREIBUS
C. TORIS FI
F. ENINNAE
ET SUÆ VIV.
CO. VICTOR
ET S. TRITO
F. T.

V. Quinta in cella vinaria Domus Parochialis adhuc extat, benè legibilis, sed à Lazio malè descripta hoc modo:

AMATU F. VOLTA
PRONIS FILIUS OPA
OSTI FILIU.
A. A. A. V.
F. M.

Ego verò sincerius descriptam, & meis oculis visam exhibeo: C.

AMATU. F. VOLTA
RONIS FILIUS OPALO
OSTIUS FILIV
IL. P. ÆMONA. V. F. M.

VI. Sexta ibidem ità legebatur olim.

D. M.
VOL. TA NI.
OPPA ONISE
Θ. AN. LXX. ET
ENNEÆ RUF. F.
VXO. AN. LX.
FF. SURO VOL
AN. Θ.

VII. Septima in templi & turris A. pariete sic habebat.

TERTIUS OTTO
HIS F. VIVS CES.
SIBI ET ENNIANA
XUMI. F. CONIVGI
ET LASAIVN. FILIAE
Θ. AN. XXV. F. FILIA.

Hanc inscriptionem absumptam esse cum nova Turris ædificaretur, probabile est: quia plerumque Architecti Antiquitatum sunt ofores.

VIII. Octava in alio sculpto la- pide, vt exhibetur à Lazio.

B. VOLTREX EXPIÆTORIS
F. POX. VENIX. M. A. E.
ILVNCONIS F. Θ.
UXORI SUAE SI.

Extat hic lapis in Cæmeterio pa- rieti Ecclesiæ Orientali immuratus, quæ ego melius lectum exhibeo.

DIS. MANI. SAC.
VOLTREX PIA
ETORIS. F. PO
VENIX. M. A. E.
ILVNCONIS F. Θ.
VXORI SUÆ Ε SI.

IX. Nona ità exprimitur apud Lazio, nunc reperiri non potest.

PLOTIO. M. X. I. M.
F. Θ. ET QUARTAE
VOLTREGIS F. VIVE
SABINUS ET GEMNUS
Ε FRONTO FILII.
FEKERUNT
ET VOLTRICI SI.
FRONTONI FI. Θ.
AN. L.

X. Decima in dextro latere tem- pli, nunc quæsita reperiri non potest.

D. M.
SEXTIO O
RUSTICI
F. OPPE. CONIUGI VIVE
ET FIL. PARENTIBUS
Dd 3 FECE.

FECERUNT AE. C. P.

Q. AN. L. V. F.

QUARTA CONIUNX

Θ. AN. XL.

XI. Vndecima in introitu tem-
pli, & alio lapide

ANTONIUS

ODECO I MONS F.

ENNÆ VOIAPUS F.

VOLARENI B.

FECERUNT.

Optassem hanc invenire & inspi-
cere, reperissem haud dubiè vestigia ex-
tritæ literæ E in secunda linea, vbi le-
gendum puto EMONS. F.

XII. Duodecima in latere fini-
stro altaris, quando Lazius eam descri-
bebat.

BUIO BROCCI. V. F.

SIBI ET MAXIMAE EP
PONIS F. CONIVGI SUAE

Θ. AN. LX. ET SEVERO

ET O. BUCIORI. F. V.

QUINTIO SEVERI F. Θ.
AN. XX. ET LASON. I. D.

VOTA. JONI.

Hæc inscriptio extat nunc solùm
dimidia : lapis ab aliquo loci Parocho
imperito translatus est ab altari ad limen
portæ primariæ Ecclesiæ, quem rusti-
ci ingressu suo sensim totum exterunt.
Legi adhuc possunt Buio. sibi. Po-
nis &c. linearum initia : cætera mal-
leis confracta ne lubricus foret ingressus
templi, perdunt sacram antiquitatem.

XIII. Decima tertia fuit in con-
ditorio ossium templi teste Lazio:

ENIGNVS P. L. M.

CONIS F. V. SIBI

ET ENNÆ OPPALONIS

F. VXORI SVÆ AN. LXX.

ET REGAE FILIÆ SVÆ

A. AN. II.

VOLTREX AN. XXX.

LIVNCO Θ. EMONI. F.

A. XXI. INTIONVS Θ.

Hanc inscriptionem de industria
quæsivi, sed conditorum ossium vide-
tur esse recens, ac proinde antiquum il-
lud dirutum fuerit, & haud dubiè lapis
alio applicatus. olim fortè proditus
cum conditorum ossium disijscitur, &
novum ædificabitur.

XIV. Decimaquarta in Cœme-
terio S. Vrsulæ ; sed modo reperire non
potui.

B.

VEITRONI.

BVTTONI S. F.

ET TETTAE AD

NOMATI. F. V.

VXORI BVTTO

PARENTIBVS

SVIS F.

Decimaquinta non observata à La-
zio, est defacto in limine sacrificiæ Ec-
clesiæ Parochialis, quæ sensim pedibus
ingredientium exteritur. Id quod ad-
huc legi potest exscribo :

O. C. AMPONI

VE. SIBI. E. CON

GI. ..TIÆ E SV

OMNIBVS. V.

Hæ quondam fuerunt in Iggio seu
Magno vico Inscriptiones ; nunc ab an-
nis centum pleræque absumptæ , quià
rudes homines æstimare non solent ,
quæ doctis sunt in pretio. In alio pago
propè Iggium, dicto Lackh seu Loca,
dicuntur etiam extare aliquot similes
inscriptiones, sed à nullo mihi commu-
nicatae sunt, nec ipse ad omnia
loca possum excur-
rere.

§. V.

Antiquæ Inscriptiones Crainburgi Rattmanstorffij
& aliorum locorum.

Rima Inscriptio extat adhuc A.
Crainburgi in pariete Domus
Eckianæ in hæc verba, quæ
ipse legi & descripsi.

TERTIA
RUFFI F. AN. XXV.

H. S. E.

MAXIMUS RUSTICI F.
CONJUGI ET LASCON.
CIÆ TERTII. F. SOCE.
RÆ FACIUNDUM CU.
RÁVIT.

Laz. comm.
Reip. l. 12.
sect. 5.c.4.
Hanc Lazius in Monspurgo locat;
sed nil mirum lapides aliquando de lo-
co in locum transferri, vel duos similes B.
in diversis locis reperiri. Sic inscriptio,
quàm suprà §. I. n. 5. dedi. **DURRIUS**
Avitus &c. non solùm Labaci reperitur,
sed etiam Frisaci in Carinthia ijsdem
verbis. Aliam inscriptionem Crainbur-
gi hoc tempore observare non potui, li-
cet studiosè inquisiverim.

Laz. ibid.
c. 5.
II. Altera Inscriptio legitur a-
pud Lazio in Rattmanstorff, nunc
verò in pariete Ecclesiæ B. Virg. suprà
Rattmanstorff in Leess mei Beneficij,
in hæc verba:

M. O. AVITUS. D. C. E.
ET OCIATA AVITA
JUSTO FIKOBITO AN.
XVI. PARENTES INFE-
LICISS. FECFRUNT
SIBI ET SUIS.

III. Tertia item Rattmanstorff
vel propè legebatur à Lazio, quæ sic
habet:

L. HELIO. QUINCTO IUN.
MENS. XIII. L. HEL. VERE-
CUNDUS DEC. ET COR-
DIA SECUNDINA PAR.

IV. Quarta propè Locopolim
seu Bischofflack in fracto lapide.

RIO Q.
PAULINIA FA.
VS. CEL. SV.
C. SEPULT.

V. Quinta in castro Aursperg,
quàm Lazius promit citato loco.

D. M.
AUR. SENECTIONIS
MIL. COH. V. PR. P.
V. EX CECIL. QUI
VIX. ANN. XXX.
M. VIPIUS TITIUS
COMMANDIPUL. ET
HER. CONTUBER.
CAR. POS.

VI. Sexta extabat cùm Lazius
Carnioliam lustraret ante centum an-
nos Sitticij quatuor milliaribus infrà La-
bacum Monasterio Cisterciensium ,
quæ hodie non amplius invenitur.

C. FABIUS TERCIUS SIBI
ET SUIS. VETURIÆ P. L.
FAUSTÆ UXORI VETURIAE
SPURIAE HABENTI
VETURIÆ SPURIAE PE-
REGRINAE P. ANNIO
PHILADI.

C. VII. Septima, quæ etiam Emo-
næ veteris nomen exprimit commu-
nicata mihi est ex Monasterio Cartusian-
orum duobus milliaribus suprà La-
bacum sito, & appellato Freyenthal seu
vallis Jocosa, sic habet.

NEPTUNO
AUG. SACR.
I. SERVILIUS I. F. I.
VEL. SABINUS
AEDEM.
EM. PORTICVM
FECIT
PECVNIA SVA.

Hunc lapidem verosimile est La-
baci

baci erutum in ædibus PP. Cartusianorum, quæ sitæ sunt suprà rudera veteris Aemonæ, & ad Monasterium Freydenthalense avectum. Qui primus hanc inscriptionem mihi transmisit notavit non benè posse legi, an sit Em. vel En. Alter verò Adm. R. P. Georgius Vicarius Freydenthalensis putat legendum E T. Est lapis ab ea parte exesus, quem ego nondum vidi. Idem etiam interpungit. V. E. L.

VIII. Octava mutila extat suprà vicum Parochialis Ecclesiæ Laafensis in monte, vbi ego reor olim stetisse Terponum urbem Appiano nominatam. Insertum est lapidis fragmentum altari maiori Ecclesiæ S. Martini ad cornu Epistolæ; initium inscriptionis à lapicida seu murario resectum est, solùmque leguntur sequentia.

A. **ÆDAGONIUS
SEPULTUS HIC EST
NOR. XXV. MENS.**
Cætera, quæ seqvuntur propter imminentem tabulam altaris maioris legi non possunt, nisi tabula magno labore amoveretur. Extat ibidem aliud fragmentum lapidis, in cuius vno latere inscriptio vetus adeò corrupta, & extrita est, vt vix vna vel altera litera dignosci possit. T. I. ----
E. -----
I. -----

B. in altero latere, quod eminet, sculptum est labarum Romanum. Videtur esse fragmentum alicujus basis ex ædificio magnifico, si non portæ Triumphalis. Jacet ante portam Ecclesiæ S. Martini sub Turri.

§. VI.

Antiquæ Inscriptiones Gurckfeldi, & vicinorum locorum.

 Este Lazio ante centum annos in valvis templi (vt ipse ait) seu potius in propylæo & ostio extabat Gurckfeldi hæc inscriptio, quæ jam non invenitur.

CONSTANTINO VALENTINO C.
FRATRI ET LUNÆ MATRI
CONSTANCIUS MAX. F. C.

II. Ibidem adhuc extat, sed male à Lazio descripta est sequens inscriptione:

SEDATO
AUG. SAC.
PRACONIUS
EDEM ET ARAM
DD.

III. Hodie ibidem Gurckfeldi in æde Parochiali extat ex pago proximo Wiher adiecta columna confracta, in qua adhuc leguntur sequentia:

A. E. S. L. SEPT.
SEVERUS PERTINAX.

IV. In prædicto pago Wiher vno milliari extrà Gurckfeldum stat Pyramis erecta cum hac inscriptione, exprimente licet non integrum, nomen *Novioduni* id est Gurckfeldi:

C. A. P. S. T. ÆLI.
ADRIANI. ANTONINI. AUG. PII.
COS. FIL.
II. D. T. IIII. ----
ODVNI. M.
III.

V. In pago Haselpach vno quadrante extrà Gurckfeldum, extat etiam columna cum hisce incisis literis:

I. O. M.
GENIO. LOCI.
AA. IBARCVS
BE. COS. LXIIII.
GEM. PRO. B.
E. E. S. V. J. S. V. S. L. M.
VI. Ibidē penes Grossdorff medio miliari extrà Gurckfeldum visitur columna cum hac Epigraphe.
IMP.

IMP. CÆS. M.
AURELIUS. ANTONINUS. AUG.
TRIB. POTEST. AUGUSTUS
PIUS. IMP.
CÆSAR. AURELIUS VERUS AUG.
TRIB. POTEST. COS. ITERUM
D. ANTONINI FILII. D. HADRIANI
NEPOTES. D. TRAIANI PARTHICI
PRONEPOTES. DIVI
D. NERVÆ. ABNEPOTES.

VII. Ad pagum Podlog tribus
quadrantibus extrà Gurckfeldum extat
antiquus lapis, cuius literæ penè om-
nes extitæ sunt, & solùm adhuc legitur

----- DRIANUS

VIII. Ibidem ad Gurckfeldum
recens An. 1676. erutus est lapis cum
sequenti inscriptione:

IMP. CÆ. SE
PTIMIUS. SEVER.
PIUS. PERTINAX

A. ARAB. ADIAB. PART.
MAX. PONT. MAX. TRI.
POTEST. V. INI. L. M. P.
COSMI. PROCOIS. P.
ET. IMP. CAE M. AVRE
VS. ANTONINIUS. P.
AUG. FELIX. TRIB. P
OTES. III. PROC
CAES. VIAS. ET P.
ES. VETUSTATE
N. RUPTAS. RESTITUE
RUNT
CURANTE. FABIO. CR. C.
LEGA. AUG. PR. PR.

B. Hæc inde mihi comunicata sunt à
Clarissimo viro Doctore Caspero Tun-
ckhelsteiner loci Parocho, rerum anti-
quarum curioso, qui etiam suprà DC.
numismata veterum collecta habet,
ac longè plura in dies se inventurum
sperat.

§. VII.

Antiquæ Inscriptiones in limitibus Carnioliae.

 NAdrante, seu monte Dran-
bcrg(vulgo nunc Traianberg) C.
in finibus Carnioliae, vbi à
Styria dividitur, extabat La-
zi tempore lapis cum hac inscriptione:
VLPIA. FIRMINA. ANNOR. TRIG.
M. VLPIUS N. MNTA. FIRMINUS
ET. CANNONIA. STATUTA. V. F.
FECERUNT. SIBI. ET VLPIO
FIRMIANO. AN. XIII.
II. Ibidem in columnæ frag-
mento legebatur

I. O. M.
ANTONIUS
IULIANUS
PROC. P. P. X.
VS. L. M.

III. Ibidem vel propè Saxenfel-
dum

D. M. S.
IULIÆ. DIL. LIB. QUINTA
IULIUS. DIL. LIB.
AMANT. PARENTES. V.

IV. Ibidem prope Saxenfeldum olim extabat teste Lazio etiam hæc in scriptio.

FL. CL. CEL.
O. II. VIR ID
M. F. MATELET
T. ROS. PAULÆ
VV. D. F. VN.

V. Item in Castello S. Petri propè Celeiam, eodem Lazio referente comment. Reip. Rom.

C. NONIÆ F. VRSI SACERDOTIS CABESIS MONTIS ALBANI CURIONIS. C. NONIUS JUSTINUS ALUMNO DULCISSIMO VIX. AN. II. M. XI. D. XII.

VI. In castro Saanegk propè Celeiam hanc quoque observavit olim Lazius.

MAXIMUS ANTONI. LIB. ET VERCILLA V. F. SIBI. ET NUNDINÆ. FIL. AN. V. ET VRSO. ANN. XXX

VII. In ruinis Sisciae, quæ modo Sissegk dicitur fuitque olim limes Japydiae, apud memoratum Lazio.

M. SEXTIO VETOMANO
ÆD. M. ÆL. CET. AN. LXX.
ET VINDÆ MATRI. ET
VINDÆ. TERTI F. MEL.
CON. IIII. PRÆF. AN. XX.
STIP. III. ET AVÆ MAXIMI
F. COMVN. LXXX. M. S. SEXT.
QUÆSTOR ÆL. CEF. N. L. E.
POTITA C. RO. P. E. M. SS.
MUC. VET. X. L. H. G. N.
XLVII. SS.

VIII. In ijsdem ruinis vetus hæc sed Christiana inscriptio reperta est, quæ videtur corpus alicujus sanctæ contine re, neque statim ab ejus obitu posita,

sed à posteriorum temporum fidelibus A. cessante persecutione

HUIC ARCHÆ INEST SE VERILLA FAMULA CHRI STI. QUÆ CUM VIRO SUO VIXIT NOVEM CONTINUIS ANNIS. CUIUS POST OBITUM MARCELLIANVS HANC SEDEM VIDETUR COLLOCASSE MARITUS.

Illæ voces *videtur collocasse*, innuunt dubitasse illos, qui addiderunt inscriptionem quisnam Severillam arcæ lapideæ incluserit. Et cum appelletur *famula Christi*, sonat quid sanctum, sicuti Treviris ADA ANCILLA CHRISTI, B. filia Caroli Magni inter Beatas numeratur.

IX. Inter Flumen S. viti & Ter satum Anno 1675. erutus est lapis vetustus cum sequenti inscriptione:

C. LIVIO. C. F. SERG.
CLEMENTI. MIL. COH.
VIII. PR. T. C. MARCI
GEMELINI. LIVIUS. OB.
SEQUENS LIB.
V. F.

X. Extant apud Lazio in Commentariis Republicæ Romanæ inscriptiones vrbis Tergestinæ novem: sed plures aliæ modo illic inveniuntur, de C. perditis plerisque prioribus, quas ne intercidant tanquam vicinas Carnioliae, hoc loco producere libet. Prima est in Basi portæ Turris ad Cathedram Ecclesiam à parte sinistra, quam Lazius adduxit.

L. VARIO
PAPIRIO
PAPIRIANO
II VIR. I.D. II VIR. I.D. QQ.
PRÆT. FABR. ROMÆ.

ET TERGESTE.
FLAM. HADR. PONT. AUGUR.
COLLEGIUM FABRUM
PATRONO MERENT.

XI. In Basi eadem ejusdem Turris à parte sinistra legitur ; quam Lazio non vidit :

IMP. CÆS.
FL. CONSTANTINO
MAXIM. P. F. AUG.
R. P. TERG.
D. N. P. F.

XII. In porta maiori Cathedralis Ecclesiae Tergestinæ tres lapides sejuncti, qui olim invicem erant superimpositi, in quorum duobus tria, in uno duo capita sculpta cernuntur. Inscriptio primi hæc est.

L. BARBIO. L. BARBIO. L. BARBIO.
L. F. LUCULLO. L. L. DDÆ. SP. FR. TO
PATRON. ----- FILIO

Inscriptio secundi cum tribus captibus hæc est.

L. BARBIO. BARBIA. L. L. L. BARBIO.
L. F. FAUSTO. PH. OSTATÆ. L. L. --- IC
FILIO ----- SIBI SUIS FIERI. FILIO
JUSSIT.

Inscriptio tertii cum duobus capitibus talis est :

TULLIÆ BOL. L. BARBIÆ. L. L.
SECUNDÆ. OPTATÆ FILIÆ.

XIII. In ipsa Ecclesia Cathedrali ibidem in Cappella S. Caroli ad laevam portæ.

I. MARCIUS. SECUNDUS
III VIR. AUG.
MARCIA. II. QUARTA VXOR.

XIV. In eadem Ecclesia in quadrato lapide ad Altare S. Joannis Baptiste, & Baptisterium :

C. VIBIUS.
VALENS.
VI VIR. AUG. T. FL.
IX IIS XX.

XV. In lapide oblongo muri Cathedralis Ecclesiae ad laevam portæ Baptisterij.

P. PALPELLIUS. I. F. MAEG. CLODIUS.
QUIRINALIS. P. P. LEG. XX. TRIB.
MILIT. LEG. VII.

XVI. In muro Domus D. Joannis Francisci Bonomi ad portam Ribiurgi extat lapis etiam à Lazio descriptus cum hac epigraphe :

Q. PUBLICIO TERGEST. L.
FELICI. SEPTUMIA. SP. F.
SEXTA. Q. PUBLICIUS.
FELICIS L. INGENUUS F.

XVII. Sub fenestra D. Paduini gemini sunt lapides muro inserti cum simili inscriptione ambo :

LX. RESPONSO
ANTISTITVM
PROSPOLOIIS.
C. LVCANVS. SEVERVS.
PRO.
L. LVCANO. FILIO.

XVIII. In domo D. D. dell Argento in veteri platea extat lapis cum tali inscriptione :

C. HASTILIO. C. F.
FRUGIO
C. HASTILIO. C. F.
NEPOTI F.
L. MUTILIO. L. L.
NYMPHODATO F.
HOSTILIA. C. F.
PROVINClA..
V. F.

Laz. Comen.
Reip. l. 12.

Atque hæ sunt vndeциm , quæ nunc extant Tergesti Antiquæ Inscriptiones , prout mihi significat Reverendissimus Dominus Vincentius Scusfa Canonicus ibidem antiquitatis studiosus cultor , quarum duæ solum à Lazio descriptæ sunt , reliquæ forsitan post Lazio erutæ & in lucem protractæ. Præter has descripsit olim Lazio adhuc alias septem , quæ apud

ipsum videri possunt. Nihil dubito tam in vicinia , quam ipsa nostra Carniola superesse multa ejusmodi antiqua monumenta , quæ cum mihi communicata non sint , referre hoc loco non possum. Inquisivi per alios , rogavi , nihil impetravi : absolvor proinde à culpa , & hic Tomi primi Annalium Carnioliae Apparatus terminum figo.

FINIS APPARATUS.



INSCRIPTIONUM ADDI- TAMENTUM TARDIUS COM- MUNICATUM.

I. Labaci in Ecclesia B. V. Teutoniæ corum Equitum ad altare Capellæ in cornu Evangeliæ, suppedaneum scabellum; cui sacerdos celebrans insistit, est lapis antiquus, eujus Inscriptionis posterior pars extrita est. Id quod legi adhuc potest fideliter describo:

C. JULIO. C. F.
O. QUADRATO
ET VIBUNN...
AE. VS
DIV
VX
VRI
FIRMU....
V.

II. Extrâ Labacum ad castrum vicinum Kaltenprunn repertus est ad ripam Labaci fluminis lapis antiquus anno 1681. cum hac epigraphe quam ipse exscripsi:

LABURO
EX VOT
SACR.
M. MARCELI.
FIL. ET
M. VIBIVS
MARCELLUS
FF.

III. Tergesti præter suprà relatas est tumbalapidea in platea ad mare, quæ

nunc equis ad aquandis servit, habetque sequentem inscriptionem partim exesam:

TABURIÆ RIOTIÆ
D. M.
TALIONIE...

V. Ibidem Tergesti in Ecclesia SS. Rosarij mensa altaris maioris confecta est ex antiquo lapide, qui hanc habet Inscriptionem:

M. SEPTIMIUS. M. F.
RUFUS.
TESTAMENTO
FIERI. IUSSIT. SIBI. ET
I. FIGILLO. T. F.
STAIO. FRATRI. SVO
ET L. FIGILLO. T. F.

VI. Ibidem Tergesti superest lapis in domo DD. Codoppi cum hac inscriptione.

D. M. S.
L. CLODIVS
L. LIB.
SERVATVS.
V. F. SIBI. ETSVIS
CLODIÆ VXORI
L. CLODIO
AMANDO. FIL.
ANN. XXVIII.

၁၃၁၂ ၁၃၁၃ ၁၃၁၄ ၁၃၁၅ ၁၃၁၆ ၁၃၁၇ ၁၃၁၈ ၁၃၁၉ ၁၃၁၀ ၁၃၁၁ ၁၃၁၂ ၁၃၁၃ ၁၃၁၄ ၁၃၁၅ ၁၃၁၆ ၁၃၁၇ ၁၃၁၈ ၁၃၁၉ ၁၃၁၀ ၁၃၁၁

Menda sic emenda.

PAg. 14. col. 2. c. montes Ceraunios, *adde.* statuere.
 pag. 35. titul. Istriæ limites, *lege.* Carniæ limites.
 pag. 48. col. 2. b. quomodo. *lege* quando.
 pag. 65. col. 2. Quando verò, *lege.* quandocunque verò.
 pag. 73. col. 2. b. Jesolano, *lege.* Isolano.
 pag. 79. col. 1. b. quem occiderunt, *lege.* cui oculos eruerunt.
 pag. 80. col. 2. a. occiderant, *lege.* exoculaverant.
 pag. 95. col. 2. c. procul in à Japydibus. *dele.* in
 pag. 212. col. 1. a. Maneat ergò, *adde.* saltem ex aliquorum opinione probabili, cu-
 jus oppositum infra amplectemur.
 Minutiora quisque prudens excusat.

INDEX

Rerum & Verborum in Apparatu.

A.

- A** Drantis antiqui situs p. 86. a.
Æmona veterum est Labacum. p.
45. & seqq. 56. seqq.
vnde nomen traxerit. p. 47. & seqq.
qui authores ejus meminerint. p. 48.
ejus conditor Jason cum Argonautis p. 46.
eam adiit Alaricus Gothorum Rex. p. 56.
erroneè à quibusdam ponitur in Istria p. 57.
non stetit inter Carsi jugi. p. 50.
nec stetit in sylva Pyrina. p. 50.
nec stetit in Carnia Glemonæ. p. 51.
appellatur à Pacato Pia p. 64. a.
ante Alpes in Pannonia sita p. 75. 6. c.
Aeneas Sylvius laudatus. p. 69.
Aguntum, Albici popul, Alicanū, Anamatia,
Albius mons habitatus à Japydibus. p. 33.
Albius mons, Alpius mons. p. 115. 6.
Alexandro M. illudunt Legati Germanorum
Japydiæ nostræ inquilinorum. p. 8.
Alpes Carnicæ, Juliae, Noricæ. p. 113. a.
Alpium diversitas p. 110. 6.
Alvī civitas Istriæ, nunc Cittanova p. 58. 6. c.
Ambidravi, Ambilici, Ambifontii qui fuerint
p. 26. 87.
Anassum, Aquama, Aquæ, Arrabo, Assisia,
Azellia, quæ loca & vbi sita. p. 139. & seq.
Argonavis, Argonautæ. p. 54. seq. a 6.
Arupium, Avendo vbi. p. 88.
Avares an Carnioliam incoluerint. p. 210.
Auracz lacus quis. p. 115. c.

B.

- B** Assiana, Bathanatum, Bedacum, Bono-
nia Bastarnæ qui populi. p. 11.
Beloia via, Bregetium, Boiorum deser-
ta vbi p. 140.
Bilbilis situs p. 88.
Boiorum quondam patria. p. 22.
Bollia flumen. p. 116. a
Burni situs. p. 58.

C.

- C** Andobiana, Candilaca, Capedunum,
Carnuntum, Celcia, Claudia, quæ vbi
p. 143.
Carniolæ nomen quando primum auditum.
p. 7.
Carniola olim dicta Hyperborea. p. 9.
Carniolæ antiquæ vicina loca p. 138. & seqq.

- Carniæ nomen, limites p. 34. 38. 44.
Carni antiqui Germani p. 35. & seq.
Carni exclusi à Norico p. 21.
Carvancas mons quis dicitur p. 24. 116. c.
Carroduni, Coletianorū, Corinni situs p. 90. b
Carusadius mons. p. 116. c.
Celtae commune nomen ad Germanos, &
Gallos p. 8.
Celtica vetus ad totum septentrioñem exten-
fa. p. 11.
restrictior postea p. 11. n. 4. 42. 158.
Cetius mons quis sit. p. 18. 23. 118.
quam procul protensus. p. 18. 24.
Cittanova Istriæ nunquā fuit Æmona. p. 73.
ejus episcopatus & Episcopi. 78. & seqq.
Colapis fluvius. p. 116. c. 120. b.
Corcoras fluvius. 121. a.

D.

- D** Aciæ antiquæ situs. p. 145.
Dalmatiæ nomen, limites. p. 39.

E.

- E** Deatæ qui populi p. 31. b.
Enona situs. p. 91. c.
Episcopi Istriæ, qui quando p. 79. a. b. &
seqq.

F.

- F** Lanona, Fines vbi p. 91. c.
Flavium, Flexum ubi p. 146. a.
Formio amnis olim Istriæ terminus p. 29.
Franci Carniolæ inquilini p. 213.
Frigidus fluvius in Japidia. p. 121. b.

G.

- G** Esatæ Galli qui fuerint. p. 12.
Gefodunum, Gesaces mons, Gravia-
cum p. 148.
Galli & veteres Germani eadem natio p. 9. 12.
Gallorum in Italiam transitus p. 36.
Galli Senones circè Adriaticum mare p. 37.
Gallia nomen subinde extensum in Panno-
niā p. 64. b.
Gallia Cisalpinæ extensio. p. 147. b
Gavanodurum vbi. p. 146. c.
Germaniæ nomen quando natum. p. 11.
Germani & Galli distingui cæpti. p. 12.
Germaniæ limites p. 12. 13.
Goritiæ Comitatus pars veteris Carniæ p. 44.
Goritienses ab antiquo Germani. p. 45.
Gothi

INDEX.

**Gothi Carnioliae olim inquilini
an diversi à Getis
corum gesta & migrationes**

p. 194. b.
ib. & seq.
p. 196.

H.

Heortes vrbs vbi p. 149. b.
Hunni an Carnioliam incoluerint p. 211.
Hyperborei qui olim dicti p. 183.

I.

IApides Germanica natio p. 30. 34.
vnde nomen traxerint p. 182. a.
Japydes extra Noricum p. 21.
Japydia fubalpina & Inalpina p. 72. 182.
Japodum situs, & regio p. 14. 16. 30. & seq.
Jason Æmonæ conditor. p. 46.
ejus navigatio p. 54. 83. b. 130. a.
Idunū, Julium Carnicū, Julio bona vbi p. 150.
Illyrici limites, nomen p. 13. 14. & seq. 43.
Illyricum auctum duplex p. 16. 17.
Inscriptiones antiquæ de Æmona p. 68.
Inscriptiones antiquæ Carnioliae p. 214.
Istria olim pars Japidiæ p. 9.
Istria exclusa aliquando ab Illyrico p. 14.
mox inclusa. p. 15.
Istria vnde dicta, ejus limites p. 27. 44. 53.
Itinerarii Romani author quis fuerit p. 49. 65.

L.

LAbacus fluvius olim Nauportus p. 51.
Labeates populi, Laciacum Lentia ripa.
Lentudum, Loncium vbi p. 151.
Langobardi Carnioliae olim inquilini p. 197.
corum gesta & migrationes p. 198.
Latovici, Latovicorum Prætorium vbi p. 926.
Longatica mansio vdi p. 936.
Lugea palus, & specus. p. 121. b.

M.

MAdronum vallis, Magistrice, Maletum
marcena castra, Meneiana castra,
Montana castra, Muroela, ad mu-
ros, Mursia, Mursella, Mutila, quæ
loca p. 152. & seqq.
Magniana, magnus vicus vbi p. 94. a.
Maranensis Episcopatus an translatus Citta-
novam. p. 80. c.
Mauritius Istriæ Episcopus cuius loci p. 79. &
seq. 80. c.
Maximinus ad Æmonam cum exercitu p. 60.
Metulum primaria vrbs Japidiæ p. 95. c.
Moncetium vrbs Japidiæ antiquæ p. 97. b.
Moësia vnde dicta p. 14.

N.

NAuportum Tauriscorum coloniæ p. 22.
52. 98. a.

Nauportus fluvius p. 52. 55. 124. b.
Nefactium, Noreia, Noricum vbi p. 155. c.
Ad Nonum locns vbi. p. 99. a
Norici & Taurisci ex parte idem populus p.
21. 189.
Norici limites. p. 22. 44
Noricum fuit aliquando regnum. p. 26
Novidunum Pannoniæ. p. 99. b.

O.

OCra promontorium vbi. p. 52. 131. c.
Ocra vrbs Japidiæ. p. 100. b.
Olimacum, Ovilabis vbi. p. 160 a.

P.

PAnnoniæ nomen, limites &c. p. 17. 186
Pannones Japydibus contermini. p. 18
Pecentinum, Pelsodis lacus, Polybianum
Promona vrbs. p. 160
Phlygadius mons Norici. p. 131. c.
Picis mons. p. 133. c.
Ad Pirum in Japidia. p. 101. a.
Polyphemus cur author Germanorum puta-
tus. p. 14
Ad Publicanos in Pannonia. p. 101. c.
Pucinum Istriæ quod p. 102. c.

Q.

QUadrata vrbs Pannoniæ. p. 103. c. 168.

R.

RAgando vbi. p. 168
Regius mons vbi. p. 169. c.
Rhegines qui populi. p. 12.
Rhispia vbi. p. 169. c.
Romani Carnioliae inquilini. p. 191. c.
quando eam occupaverint. p. 192. b. c.
Romula vrbis Pannoniæ. p. 104. b.

S.

SAbatinca, Sala, Sianticum, Savaria vbi.
p. 170.
Saloca, Segeste vbi. p. 104. c.
Savia Pannonia, quæ. p. 19
Savus fluvius quo adverso Jason navigavit.
p. 42. 134. c.
Savarias flumen. p. 171. a.
Scarabantia, Scordisci populi, Segesta, Singi-
dunum, Sirmium, solvense. p. 173. &c:
Scytharum appellatio & situs. p. 13.
Scythiæ nomen quæ procul extensum. p. 184
Segestica insula vbi. p. 120. c.
Senia plures vrbes. p. 105. b.
ad Silanos locus in Norico. p. 106. b.
Senones circâ mare Adriaticum. p. 37
Seniam & Senogallium condunt. ib.
Senones accolæ Adriatici verè Germani. p. 12.
Scordisci qui populi. p. 11.
Sena-

I N D E X.

| | | | |
|--|-------------|--|-------------------|
| Sevaces populi qui. | p. 26. 105. | Tergeustum aliquando in Istria. | p. 29. 170 |
| Sontius fluvis | p. 131. c. | donatum Episcopis Tergestinis. | p. 29 |
| Soragra, ad statuas vbi. | p. 176. a. | aliquando Carniæ vicus. | p. 38 |
| Slavorum nomen, origo, migratio in Carnioliam. | p. 200. 204 | Terpo vrbs Japidiæ. | p. 108. c. |
| an iidem cum Vindis & Vandalis. p. 201 | | Theodosius contra Eugenium pugnat in Carnia. | p. 64 |
| quando Carnioliam cäperint incolere. | | Timavus olim Istriæ limes. | p. 29 |
| | p. 208 | deinde Japidiæ. | p. 32. p. 125. a. |
| Styriæ nomen vnde. | p. 21 | Torgium quæ vrbs. | p. 109. b. |
| Suavia eadem, quæ Savia Pannonia. p. 8. 198 | | Tullus mons. | p. 137. b. |
| Suevian Carnioliam aliquando coluerint. p. | | Turres in Japidia. | p. 109. b. |
| | 8. 198. c. | | |

T.

| | |
|------------------------------|---------------|
| Tarfatica, Tasinemetum. | p. 107. a. b. |
| Taurunum, Teurnia, Tiburnia. | 176 |
| | 177. |
| Taurisciæ nomen, limites. | p. 20 |
| Taurisci etiam in Thracia. | p. 23. |
| Tedanium flumen. | p. 137. c. |

| | |
|---|--|
| V | Acorium, Variana castra, Virunum, |
| | Vindobona. p. 179. & seq. |
| | Valeria Pannonia, quæ vnde dicta p. 63 |
| | Vandali Carnioliae olim inquilini. p. 193. |
| | eorum gesta & migrationes. p. 193. & seq. |
| | Vendum Japidiæ. p. 109. c. |
| | Vinundria. p. 179. & seqq. |

F I N I S.



